8-7-20

L. XXVIII. 37

40946/B/1

E 6

PHARMACOPŒIA

MATRITENSIS.


De fr. Narciso Goli ad usum

52645

PHARMACOPŒIA
MATRITENSIS
REGII, AC SUPREMI HISPANIARUM
PROTOMEDICATUS

Auctoritate, juſſu atque auſpiciis elaborata.

EDITIO SECUNDA
Locupletior, et longè emendatior.



Cruz del. et Sculp.

MATRITI ASPECTUS OCCIDENTALIS.

De fr. Narciso MATRITI. Gali ad usum

Typis ANTONII PEREZ DE SOTO. M. DCC. LXII.

WELLCOME INSTITUTE LIBRARY

CAROLO III.

HISPANIARUM REGI

PATRI PATRIAE

PIO FELICI AUGUSTO

LITTERARUM BONARUMQUE ARTIUM

FAUTORI EGREGIO

IN AETERNUM GRATI DEVOTIQUE ANIMI

MONUMENTUM

HANC SUAM

PHARMACOPOEIAM



COLLEGIUM PHARMACEUTICUM MATRITENSE

D. O. C.

PRÆFATIO.

Viginti duo & eo amplius anni ſunt, cum PHARMACOPOEIA MATRITENSIS, *typis fuit mandata; idque curâ, & ſtudio* CURIÆ SUPREMÆ MEDICÆ ARTIS PROFESSORUM; *neque ſanè fruſtra, aut parvo fructu; quin è contrario optimo conſilio, atque utilitate non mediocri; immo vero maxima. Namque ex eo tempore* Pharmacopòlæ *noſtri certiores regulas, tutiora præcepta, denique ſecuriorem agendi rationem ſine dubio ſunt aſſequuti: unde factum eſt, quod erat magnopere deſiderandum, ut & hominum ſaluti, vitæque conſultum ſit, & illi faciliori negotio Artem ſuam exerceant; cum ante ea tempora, quæ* MATRITENSIS PHARMACOPOEIÆ *primam Editionem præceſſere quiſque* Pharmacopòla *ſuo potius arbitratu, quam Artis præceptis, & inſtitutis bene utens in his omnibus, quæ ad utile Artis ſuæ exercitium atti-*

nent, ſeſe gereret. Quæ ex re quanta incommoda in hominum perniciem ſuborirentur, aut ſaltem poſſent, nemo eſt ſalutis ſuæ vel minimum ſatagens, qui non perſpiciat acutiſsimè.

Exinde profectò, ſi qua Ars eſt Medica, ſi qua hominum ſaluti providendi ratio, ſi quid & Ars & Medicina valent ad morbos depellendos, ad varia, aut penè innumera, quibus humana corpora afficiuntur, incommoda aut ſananda, aut ex parte levanda; ſi quid præſidii eſt in Arte Medica ad ſalutem humani generis tuendam, ſi quis denique in medelis, fomentis, medicamentis, à præclara adeo ſcientia excogitatis, fructus & utilitas ad vitam hominum conſervandam, id omne ex uno, eodemque peſsimo Medicamentariorum abuſu inefficax penitus, & inutile prorſus ad eas, quas proximè diximus, ſalutis, vitæque humanæ commoditates comparandas, efficiebatur. Quod ſi non omnes hujus Artis cultores eo vitio laborarent, ut ſenſu ſuo potius, quàm Arte ducerentur in medicamentis conficiendis; at pauci,

aut fortaſsè nulli illud vitium vitabant (neque enim poterant) quòd alii aliam in remediis eiſdem parandis ſectarentur viam: id quod propterea vitio non vertebatur, quod utrique Artis Medicæ rationem ducem habere viderentur; ſed tamen ea diverſa eorundem fomentorum, & potionum conficiendarum ratio, ſin minus ex cauſa proximè exposita vitium eſſet exiſtimanda; at revera quidem ex ea uſque adeo varia apparandorum Medicaminum ratione non parva, neque modica proveniebant incommoda; inter quæ illud non infimo loco ponendum, quod Medici etiam peritiſsimi, & in Artis ſuæ uſu diligentiſsimi de remediis à ſe præſcriptis ſperare nihil unquam poſſent, nam tametſi illa eſſent exploratiſsimæ virtutis, ſi certa ratione confecta eſſent; at exiguæ, aut nullius forent, aut fortaſsè exitioſa, ſi aliter diſponerentur: adeoque nihil certe Medici ex medicamentis à ſe præſcriptis expectare poterant, quæ opem aliquam ægroto afferrent. Reſtabat unum, ut non modò remedia præſcriberent, ſed certam

etiam regulam, ſingularemque rationem ad illa paranda deſignarent; quod & immenſi laboris eſſet, & factu nonnunquam difficillimum.

Quibus ſanè incommodis, ſi non omni ex parte (quod neque audemus) ſaltem non parùm, quod nemo negabit, proviſum eſt, atque conſultum, dum primùm MATRITENSIS PHARMACOPOEIA *in lucem prodiit. Sed cum humani generis* SALUS *tanti ſit, ut labor omnis in ea promovenda inſumptus ita exiguus ſit exiſtimandus, ut neque unquam qui in hominum vitam tuendam, & morbos, qui eam undique impetunt arcendos incumbunt, quique proinde meritò vitæ humanæ cuſtodes & dici poſſunt, & debent, tantum in Arte ſua profeciſſe ſibi perſuadeant, quin majores in dies profectus ex aſsiduis ſuis laboribus, curis, & ſtudiis expectare debeant: effectum eſt, ut* SUPREMÆ, *hujus* MATRITENSIS CURIÆ *hodierni Medici, non impari, quo priſci* PHARMACOPOEIAM *primùm evulgarunt, humanæ vitæ ſtudio, & ſalutis hominum*

conſervandæ, quantum fieri poterit maximè, deſiderio accenſi eandem PHARMACOPOEIAM *ſecundis typis ſubiiciendam exiſtimaverint; at emendatiorem, at auctiorem, & multis denique nominibus locupletiorem.*

Eam in rem multa ſunt præſtita, quæ omnia verbo uno ſatis, abundeque erunt expoſita, ſi quod verum eſt, ſimpliciter profiteamur: conſultos principes Auctores, qui hanc Artem penitius calluerunt, & felicius edocuerunt: quæ in eis eſſent optima ſeligendi provinciam peritiſsimis Viris, eiſdemque valde ſolertibus fuiſſe commiſſam: nulli denique labori parcitum fuiſſe, ut nova hæc primævæ MATRITENSIS PHARMACOPOEIÆ EDITIO, *quantum humana diligentia caveri potuit, partibus ſuis omnibus integra, & numeris abſoluta prodiret.*

Sed illud ſingulatim explicare non eſt prætermittendum, quod in hac nova Editione ſingulare unum præſtitum eſſe conſtat, quod tametſi unum, ſingulareque ſit, non immerito cenſemus non

unam , ſed plures ; non ſingularem , ſed pene utilitatem univerſalem allaturum. Nam ad noſtra uſque tempora Medici ſchedas ſuas , quas vulgò Recetas *dicunt , adeo implexa ratione , & ad decipiendum proclivi deſcribebant , ut frequentiſsimè* Pharmacopòlæ *eas parum perpendentes , in re graviſsima turpiſsimè errarent , nec rarò peccarent quoque , tametſi pro ſuo munere diligentiſsimè eas diſcuſsiſſent : tanta in eis apprime percipiendis erat difficultas. Cujus rei cauſa ea habenda eſt , quod Medici in gratiam , & uſum* Pharmacopòlarum *, ubi medicamenta injungebant, eorum cujuslibet pondera , nomina , propriam doſim præcipiebant , ad ea omnia , aliaque ejuſdem generis exprimenda non propriis vocibus , & integris dictionibus uterentur ; ſed notis quibuſdam, atque figuris , mutilis , & ferme dimidiatis dictionibus : quæ omnia cum , Medicis ipſis inter ſcribendum aliud agentibus , facile poſſent commutationem aliquam accipere , quæ etſi leviſsima foret ; graviſsimum tamen quæ humanæ incolumi-*

tati importaret exitium : tum præterea, quod erat magis pervium, Pharmacopòlis *peccandi multum in Arte ſua occaſionem præberent. Quare nemo diffitebitur, quin res ſit maximè profutura, ſi deinceps quotquot in Regnis Hiſpaniarum Artem Medicam profitentur, ad medicamenta ſingula præcipienda, & deſcribenda, non jam amplius priſcas notas uſurpent, nec antiquas figuras aſſumant, non jam deinde inchoatas voces, aut dimidiata nomina conſcribant; ſed in unaquaque ex memoratis rebus exprimenda medicamentorum ſcilicet, ponderum, ſeu menſurarum, doſis cujuslibet, aliorumque id genus, perfectam, & abſolutam expreſſionem deſcribendo perficiant per integras voces, & perfecta vocabula unumquodque horum ſignificantia.*

Is eſt ſingularis hujus nuperæ Editionis uſus, idemque non modo non contemnendus; ſed magni etiam habendus : nam etſi in rebus minimis conſtitutus eſſe videatur, revera tamen non

eſt ea res quaſi parvi momenti exiſtimanda, quæ magnis, & frequentibus erratis obſiſtat. Eiſque in negotio, ſi quod eſt aliud, graviſsimo, cujus eſt generis, nemine mortalium diffitente, humanæ valetudinis tutela, & debita ope Artis Medicæ conſervatio, aut ejuſdem ruina, & fatale exitium.

Quid præterea? In hac nova Editione apparanda, (quod minime recitendum erat) concinnanda, & perficienda, cum Supremæ hujus Curiæ ſinguli ILLUSTRES VIRI, ET IN ARTE MEDICA PRIMORES MAGISTRI partes ſuas habeant, tum verò illi præcipuè, quibus commiſſum eſt ejuſdem negotii perficiendi munus, & officium, ſed maxime omnium, qui omnibus jure merito ad eandem Curiam ſpectantibus præſidet, quem religio eſſet proprio hoc loci nomine non compellare, primas inquam partes agit in hoc novo opere, quantum quantum illud eſt, ILLUSTRISSIMUS D. D. EMMANUEL MARTINEZ de la RAGA Supremæ noſtræ Curiæ mul-

tis titulis digniſsimus PRÆSES, *REGIÆ MAJESTATIS HONORATISSIMUS ARCHIATRUS*; *quem certe Virum multis commendaremus, ſi noſtra commendatione ratione aliqua egeret; quod non eſt ita profecto, cum ejus merita ſint clariora, quàm ut noſtris præconiis opus habeant.*

Jam vero quas, quantaſve utilitates ex hac nova Editione Pharmacopœiæ *ſint habituri, opus non eſt ut exponamus; cum ex ſuperioribus ſatis perſpicuum ſit eas & multas, & magnas eſſe futuras. Habebunt enim cum minus operoſum laborem, tum longè pauciora in Arte ſua delinquendi pericula, aut certe nulla, ſi in munere ſuo exercendo non ſint incurioſi. Quod ſi fuerint (hoc Deus avertat) quodque non eſt ab eis ullo modo expectandum, ſuſtinebunt jure meritam cenſuram, ut in re adeó gravi nullus delinquat impunè.*

Id vero ita demum fiet, ſi ea lex antiqua ſervabitur, quam in prima PHARMACOPOEIÆ MATRITENSIS EDITIONE his verbis con-

¶¶ 2

ceptam reperies : Ut librum hunc, quem *PHARMACOPOEIAM MATRITENSEM* inſcripſimus penès ſe habeant ac ſervent; ita ut illius exhibitio ſit *Articulus reſidentiæ* in Generali, quæ juxta Regni ſtatuta peragitur, Viſitatione. Necui in poſterum liceat, in remediorum cujuſcumque generis præparatione, elaboratione, temperatura, doſi, operari, ac procedere contra quàm in hac *PHARMACOPOEIA* præſcriptum habetur; aut ſecùs elaborata, ac fortè jam confecta, adhibere, venundare, aut ullo modo diſtribuere.

Ad hæc : neque ii ſumus, qui putemus ita omnia collecta, ac in hoc opus congeſta eſſe, ut ea præter nihil quod bonum, ſalutareque ſit, reperiri queat : neque in animo ullatenus nobis eſt diſcrepantes à noſtris opiniones reprobare, iiſque, qui alibi gentium eas ſequuntur, litem movere. Operis præcipua cura in eo verſatur, ut in tanta, quanta eſt, remediorum multitudine, utiliora ſaltem, atque uſitatiora proponerentur,

ac inter hæc ipſa, in HISPANIA NOSTRA fixum quid, ratumque haberi oportebat. Quanquam nec illud prætereundum eſt, quædam in hoc opus invaſiſſe remedia, minimè illa quidem periculoſa, inania tamen, & quæ nullâ ad morborum curationem virtute ſint prædita; ſerviendum enim fuit conſuetudini Medicorum, qui abſque ullo emolumento, aut citra perfectam tamen ſecuritatem, iiſdem frequentiſsime utuntur.

Neque vero diſsimulandum, omnimodam ſermonis latini puritatem in hoc opere expeti: ſed non tam de verbis, quam de doctrina tradenda fuimus ſolliciti, atque tironibus morem gerere oportuit, qui PHARMACIAM ARABUM *&* CHYMICORUM *vocabulis deturpatam addiſcentes, comptiori ſtilo traductam, fortaſsè non intelligerent.*

Speramus autem, ut hoc novum opus, aut potius antiqui novam evulgationem omnes benigne excipiant, cum omnium cauſa in eo agatur; nam tametſi fortaſsis illud non ſit tam perfectum,

& abſolutum, quantum ex appoſita cura, & adhibito ſtudio eſſet expectandum; tamen non defuit voluntas illius ita abſolvendi, ut nihil deinde deſiderari deberet. Atque ita curatam hanc Editionem uſui publico commendamus.

DESPACHO
DEL REAL TRIBUNAL
DEL PROTO-MEDICATO.

NOS el Preſidente, y Proto-Medicos del Tribunal del Real Proto-Medicato de eſtos Reynos, Alcaldes, Examinadores, y Jueces Mayores en ellos de los Medicos, Cirujanos, y Boticarios, &c. Por quanto en atencion à lo prevenido en una Real Pragmatica del Señor Rey Don Phelipe Segundo del año de mil quinientos noventa y tres, incorporada en las Leyes del Reyno, en que ſe ordena ſe hicieſſe una *Pharmacopea General*, por la qual, y no por otra particular fueſſen viſitados los Boticarios, con el fin de remediar los daños experimentados: en veinte y ocho de Enero del año paſſado de mil ſetecientos treinta y nueve, ſe determinò por nueſtro Tribunal ſe imprimieſſe la *Pharmacopea Matritenſe*, que en fuerza de ſu reſolucion ſe havia formado, reviſto, y aprobado, mandando à todos los Boticarios de eſtos Reynos que travajaſſen por ella todas las Medicinas Galenicas, y Chymicas, obſervando en la compoſicion de ellas eſcrupuloſamente ſus reglas, ſin apartarſe de ſu methodo particular, bajo la pena de doſcientos ducados, y privacion de oficio; y que para ſu debido cumplimiento los Viſitadores de Boticas, y Miniſtros de nueſtro

Tribunal, hicieſſen requerir à todos los Boticarios de ſus reſpetivos diſtritos compraſſen dentro de ſeis meſes la mencionada Pharmacopea, la que havia de tener cada uno en ſu Botica, ſiendo lo contrario capitulo de reſidencia, pues por ella, y no por otra havian de ſer reſidenciados por los citados Viſitadores, en las que dieſſen de ſus Boticas; cuya reſolucion para ſu mas puntual, y mejor obſervancia fue auxiliada con Proviſion de los Señores del Real Conſejo de Caſtilla, ſu fecha ſeis de Febrero del miſmo año, è incorporada en la Pharmacopea, à que nos remitimos. Y aora por parte del Real Colegio de Boticarios de eſta Corte (à quien hemos cedido el uſufruto de la Pharmacopea, procurando ſus mayores adelantamientos, y progreſſos) ſe nos ha hecho relacion, diciendo, que haviendoſe conſumido la impreſsion que de nueſtra orden ſe hizo en el citado año de mil ſetecientos treinta y nueve de la Pharmacopea Matritenſe, ſin que fueſſen ſuficientes ſus exemplares al ſurtimiento de los Boticarios de eſtos Reynos, como ſe verificaba de las repetidas inſtancias que eſtos hacian, buſcandoles à que no podia ſatisfacer el Colegio por no tenerlos. Nos ſuplicò le concedieſſemos licencia para la reimpreſsion, con ciertas correcciones, y adiciones que juzgaban neceſſarias para ſu perfeccion, en cuya viſta, y atendiendo à la pública utilidad que ſe ha ſeguido de haverſe pueſto en practica el uniforme methodo que en ella ſe eſtablece para la eleccion de las Drogas, y Fabrica de las medicinas Galenicas, y Chymicas, y repoſicion de unas, y

otras, de que tenemos repetidas experiencias, por Decreto que provehimos à veinte y ſeis de Noviembre del año proximo paſſado de mil ſetecientos y ſeſenta, concedimos al referido Real Colegio de Boticarios la licencia que pedia, con calidad que la nota de adiciones, y correcciones que hicieſſe nos la preſentaſſe para ſu aprobacion, y haviendoſe executado dicha Nota, viſta, examinada, y reconocida por Nos con la atencion, y madurèz que pide aſſunto tan importante, en otro Decreto que provehimos à once del corriente, aprobamos la citada Nota de adiciones, y correcciones, y determinamos ſe puſieſſen en los reſpectivos lugares de la mencionada Pharmacopea Matritenſe, librandoſe para la reimpreſsion de ella, y para que ſe obſervaſſe ſu methodo, el Deſpacho correſpondiente; en cuya conſequencia, y uſando de la facultad perpetua que ſe nos concede por Decreto de ſu Mageſtad, comunicado al Conſejo en treinta de Junio del año de mil ſetecientos cinquenta y ſiete, cumplimentado por los Señores de èl en ſiete de Julio del propio año, para adiccionar, reimprimir, y vender, la citada Pharmacopea Matritenſe, expedimos el preſente nueſtro Deſpacho, por el qual concedemos nueſtra licencia, y facultad al Real Colegio de Boticarios de eſta Corte, para que ſin incurrir en pena alguna pueda reimprimir, y vender el dicho libro intitulado Pharmacopea Matritenſe corregido, adiccionado, y aprobado por Nos, arreglandoſe en la reimpreſsion à lo prevenido por las Leyes. Mandamos à los Boticarios de eſtos Rey-

nos, ſugetos à nueſtra Juriſdiccion, ſe conformen con el dicho libro en la compoſicion de las medicinas Galenicas, y Chymicas, ſin apartarſe de ſu methodo en coſa alguna, teniendole à eſte fin en ſus Oficinas, pena de doſcientos ducados y privacion de oficio, que deſde luego les imponemos, verificandoſe la contravencion. Mandamos tambien à los Viſitadores de Boticas de eſtos Reynos, y à los Miniſtros de nueſtro Tribunal, que baxo la miſma pena executen las Viſitas de ſus reſpectivos Partidos, por lo ordenado, y diſpueſto en dicha *Pharmacopea*. Y para que mas bien ſe cumpla eſta nueſtra reſolucion, queremos ſe auxilie con Proviſion de los Señores del Real, y Supremo Conſejo, y que una y otra ſe impriman en la mencionada Pharmacopea, exhortando deſde luego como exhortamos à los Señores Jueces, y Juſticias de ſu Mageſtad de eſtos Reynos la hagan cumplir, y executar en todo, y por todo, ſegun, y como en ella ſe contiene, ſin ir contra ſu tenor por ningun motivo; ni pretexto, con apercibimiento, que haciendo lo contrario lo pondremos en noticia de ſu Mageſtad, para que ſe ſirva reſolver lo que fueſſe de ſu Real juſtificacion, por convenir aſsi à ſu Real Servicio, y beneficio general del público. Dado en Madrid à veinte y cinco de Febrero de mil ſetecientos ſeſenta y un años. Don Manuel de la Raga. Don Muzio Zona. Doctor Joſeph Amar. Doctor Andrès Piquèr. De acuerdo del Real Proto-Medicato, Don Franciſco Xavier de Queſada.

AUXILIATORIA
DEL REAL, Y SUPREMO CONSEJO
DE CASTILLA,
PARA QUE TODOS LOS Profeſſores Boticarios ſe arreglen en la compoſicion de los Medicamentos, por lo diſpueſto en la Pharmacopea Matritenſe, &c.

DON Carlos, por la gracia de Dios, Rey de Caſtilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Jeruſalén, de Navarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Sevilla, de Cerdeña, de Cordova, de Corcega, de Murcia, de Jaèn, Señor de Vizcaya, y de Molina, &c. A todos los Corregidores, è Intendentes, Aſiſtente, Governadores, Alcaldes Mayores, y Ordinarios de todas las Ciudades, Villas, y Lugares de eſtos nueſtros Reynos, y Señorios, y demás à quien lo contenido en eſta nueſtra Carta tocare, y fuere notificada, y à cada uno, y qualquier de Vos en vueſtros Lugares, diſtritos y Juriſdicciones, ſalud, y gracia. Sabed que Martin de Villanueva, en nombre del Colegio de Boticarios de eſta Corte, nos hizo relacion que en veinte de Febre-

ro proximo paſſado, ſe havia librado à ſus partes Deſpacho por el Tribunal del Real Proto-Medicato, para que pueda reimprimir, y vender el Libro intitulado Pharmacopea Matritenſe, corregido, adiccionado, y aprobado por dicho Tribunal, al qual ſe havian de arreglar los Boticarios de eſtos Reynos para la compoſicion de las Medicinas Galenicas, y Chymicas, que han de tener en ſus Boticas, y dàr las Viſitas de ellas, como mas por menor ſe expreſſaba en el citado Deſpacho que original en debida forma exhibia; en cuya atencion nos ſuplicò fueſſemos ſervido librar nueſtra Real Proviſion Auxiliatoria, para la obſervancia, y cumplimiento de dicho Deſpacho. Y viſto por los del nueſtro Conſejo, y lo expueſto en ſu razon por el nueſtro Fiſcal, por Decreto que proveyeron en primero de eſte mes ſe acordò expedir eſta nueſtra Carta. Por la qual os mandamos que luego que con ella fuereis requerido veais el Deſpacho librado en veinte de Febrero proximo paſſado por el Tribunal del Real Proto-Medicato de eſta nueſtra Corte, que original con eſta nueſtra Carta os ſerà moſtrado, y le guardeis, cumplais, y executeis en todo, y por todo ſegun, y como en èl ſe contiene, ſin permitir ſu contravencion en manera alguna, que aſsi es nueſtra voluntad. Y Vos dichas Juſticias lo cumplireis, pena de la nueſtra merced, y de cinquenta mil maravedis para la nueſtra Camara, baxo de la qual mandamos à qualquier nueſtro Eſcrivano os la notifique, y de ello dè Teſtimonio. Dada en Madrid à ſeis de Abril de mil ſetecientos ſeſen-

ta y uno. Diego Obiſpo de Cartagena. Don Thomás de Maldonado. Don Joſeph del Campo. Don Pedro Martinez Feyjoò. Don Pedro Cantos. Yo Don Joſeph Antonio de Yarza, Secretario del Rey nueſtro Señor, ſu Eſcrivano de Camara, la hice eſcribir por ſu mandado, con acuerdo de los de ſu Conſejo. Regiſtrada. Don Nicolàs Berdugo. Theniente de Chancillèr Mayor, Don Nicolàs Berdugo.

LICENCIA DEL ORDINARIO.

NOS el Licenciado Don Joſeph Armendariz y Arbeloa, Presbytero, Abogado de los Reales Conſejos, y Theniente Vicario de eſta Villa, y ſu Partido, &c. Por la preſente, y por lo que à Nos toca, damos Licencia para que ſe pueda reimprimir, y reimprima el Libro intitulado: *Pharmacopea Matritenſe*, corregido, adiccionado, y aprobado por el Real Proto-Medicato, al que han de arreglarſe los Boticarios de eſtos Reynos, para la compoſicion de las Medicinas Galenicas, y Chymicas, que tengan en ſus Boticas; atento que de nueſtra orden ha ſido viſto, y reconocido, y no contiene coſa alguna que ſe oponga à nueſtra Santa Fè, y buenas coſtumbres. Dada en Madrid à diez de Junio de mil ſetecientos ſeſenta y uno.

Lic. Armendariz.

Por ſu mandado
Joſeph Antonio Ximenez.

LICENCIA DEL CONSEJO.

DON Joſeph Antonio de Yarza, Secretario del Rey nueſtro Señor, ſu Eſcrivano de Camara mas antiguo, y de Govierno del Conſejo. Certifico, que por los Señores de èl ſe ha concedido Licencia à el Colegio de Boticarios de eſta Corte, para que por una vez pueda reimprimir, y vender el Libro intitulado: *Pharmacopea Matritenſe*, corregido, adiccionado, y aprobado por el Real Proto-Medicato, al que han de arreglarſe los Boticarios de eſtos Reynos, para la compoſicion de las Medicinas Galenicas, y Chymicas, que tengan en ſus Boticas, con que la reimpreſsion ſe haga en papel fino, de buena eſtampa, y por el exemplar que ſirve de original, y và rubricado, y firmado al fin de mi firma, y que antes que ſe venda, ſe trayga al Conſejo dicho Libro reimpreſſo, junto con ſu exemplar, y Certificacion de el Corrector de eſtar conformes, para que ſe taſſe el precio à que ſe ha de vender, guardando en la reimpreſsion lo diſpueſto, y prevenido por las Leyes, y Pragmaticas de eſtos Reynos. Y para que conſte lo firmè en Madrid à tres de Junio de mil ſetecientos ſeſenta y uno.

Don Joſeph Antonio de Yarza.

TASSA.

DON Joſeph Antonio de Yarza, Secretario del Rey nueſtro Señor, ſu Eſcrivano de Camara mas antiguo, y de Govierno del Conſejo. Certifico, que haviendoſe viſto por los Señores de èl el Libro intitulado: *Pharmacopea Matritenſe*, corregido, adiccionado, y aprobado por el Real Proto-Medicato, al qual han de arreglarſe los Boticarios de eſtos Reynos, para la compoſicion de las Medicinas Galenicas, y Chymicas que tengan en ſus Boticas; que con Licencia de dichos Señores concedida al Colegio de los de eſta Corte, ha ſido reimpreſſo, taſſaron à diez y ſeis maravedis cada pliego, y dicho Libro parece tiene ſeſenta y tres ſin principios, ni tablas, que à eſte reſpecto importa mil y ocho maravedis; y al dicho precio, y no mas mandaron ſe venda, y que eſta Certificacion ſe ponga al principio de cada Libro para que ſe ſepa el à que ſe ha de vender. Y para que conſte lo firmè en Madrid à nueve de Julio de mil ſetecientos ſeſenta y dos.

Don Joſeph Antonio de Yarza.

ELENCHUS CAPITUM.

PARS PRIMA.

CAPUT. I. *Quid, & Quotuplex ſit Pharmacia, ac de de ejus ſubjecto, & objecto.* Pag. 1.
CAP. II. *De Simplicibus Officinalibus, & eorum Collectione, Exſiccatione, Repoſitione, & Duratione.* 3.
CAP. III. *De Simplicibus Exoticis, id eſt, de eorum Hiſtoria, Electione, & Virtutibus.* 22.
CAP. IV. *De Succedaneis.* 94.
CAP. V. *De Simplicibus, ſine diſtinctione ſcriptis.* 96.
CAP. VI. *De Ponderibus, & Menſuris Medicis.* 102.
CAP. VII. *De Inſtrumentis Pharmaceuticis.* 103.
CAP. VIII. *De Operationibus Pharmaceuticis uſualibus, & earum deſcriptionibus.* 105.
CAP. IX. *De Præparationibus, & Correctionibus quorumdam Medicamentorum uſualium.* 111.
CAP. X. *De Succis liquidis Vegetabilium.* 125.

PARS SECUNDA.

CAP. I. *De Compoſitione, ſeu Miſtione Medicamentorum.* 129.
CAP. II. *De Infuſionibus.* 130.
CAP. III. *De Vinis, & Cerviſiis Medicatis.* 131.
CAP. IV. *De Acetis Medicatis.* 134.
CAP. V. *De Decoctis.* 136.
CAP. VI. *De Ptiſanis.* 146.
CAP. VII. *De Apocematibus.* 149.
CAP. VIII. *De Emulſionibus.* 150.

¶¶¶¶

CAP. IX. *De Potionibus, & Miſturis.* 152.
CAP. X. *De Gargariſmatibus.* 156.
CAP. XI. *De Collyriis.* 158.
CAP. XII. *De Clyſteribus, ſeu Enematibus.* 161.
CAP. XIII. *De Injectionibus.* 163.
CAP. XIV. *De Suppoſitoriis, & Peſſariis.* 165.
CAP. XV. *De Errhinis.* 167.
CAP. XVI. *De Epithematibus.* 169.
CAP. XVII. *De Bolis.* 171.
CAP. XVIII. *De Pulpis.* 172.
CAP. XIX. *De Eleoſaccharis.* ibid.
CAP. XX. *De Suffitis, ſeu Suffimentis.* 173.
CAP. XXI. *De Dentifriciis.* 174.
CAP. XXII. *De Frontali.* 175.
CAP. XXIII. *De Cucuphis, & Semicucuphis.* 176.
CAP. XXIV. *De Scutis.* 177.
CAP. XXV. *De Fotibus, ſeu Fomentis, & Embrochationibus.* 178.
CAP. XXVI. *De Balneis, ſeu Lotionibus.* 181.
CAP. XXVII. *De Sparadrapis.* 182.
CAP. XXVIII. *De Cataplaſmatibus.* 183.
CAP. XXIX. *De Sinapiſmis.* 187.
CAP. XXX. *De Veſicatoriis.* 188.
CAP. XXXI. *De Cauteriis.* 189.

PARS TERTIA.

CAP. I. *De Rob, ſeu Sapa, & Succis Inſpiſſatis.* 191.
CAP. II. *De Extractis.* 195.
CAP. III. *De Mellibus Officinalibus.* 201.
CAP. IV. *De Conſervis.* 205.
CAP. V. *De Lohoch, ſeu Eclegmate* 209.
CAP. VI. *De Gelatinis.* 213.

CAP. VII. *De Julapiis.* 214.
CAP. VIII. *De Mivis.* 217.
CAP. IX. *De Syrupis.* 218.

PARS QUARTA.

CAP. I. *De Pulveribus.* 241.
Purgantibus. 242.
Alterantibus. 243.
CAP. II. *De Electuariis, ſeu Confectionibus.* 259.
Cordialibus Alterantibus. ibid.
CAP. III. *De Electuariis, ſeu Confectionibus Purgantibus.* 273.
CAP. IV. *De Electuariis Solidis, ſeu Tabellis.* 280.
CAP. V. *De Pilulis.* 283.
Purgantibus. ibid.
Alterantibus. 290.
CAP. VI. *De Trochiſcis.* 294.

PARS QUINTA.

CAP. I. *De Oleis.* 303.
Per Expreſsionem. ibid.
CAP. II. *De Oleis per Infuſionem, & Decoctionem paratis.* 306.
CAP. III. *De Balſamis Artificialibus.* 319.
CAP. IV. *De Unguentis, & Linimentis.* 325.
CAP. V. *De Emplaſtris, & Ceratis.* 347.
CAP. VI. *De Cadaverum Conditura.* 373.

¶¶¶¶ 2

PARS SEXTA.

DE OPERATIONIBUS CHYMICIS.

CAP. I. *De Aquis ſimplicibus diſtillatis.* 377.
CAP. II. *De Aquis compoſitis diſtillatis.* 389.
CAP. III. *De Aquis ſine diſtillatione.* 408.
CAP. IV. *De Spiritibus Ardentibus, & Volatilibus.* 410.
CAP. V. *De Spiritibus ſub-Acidis.* 422.
CAP. VI. *De Spiritibus Acidis.* 425.
CAP. VII. *De Oleis diſtillatis ex Herbis, & Floribus aromaticis.* 430.

PARS SEPTIMA.

CAP. I. *De Tincturis, ſeu Eſſentiis, & Elixiriis.* 433.
CAP. II. *De Præparationibus Antimonii.* 453.
CAP. III. *De Præparationibus Mercurii.* 464.
CAP. IV. *De Crocis.* 473.
CAP. V. *Methodus Generalis conficiendi ex Vegetabilibus Sal Alkali fixum, ſeu lixivioſum.* 475.
Methodus Generalis conficiendi ex Vegetabilibus Sal Eſſentiale. 476.
CAP. VI. *De Salibus fixis acidis.* 477.
CAP. VII. *De Salibus Alkaliis.* 483.
CAP. VIII. *De Salibus Neutris.* 484.

PHARMACOPŒA
MATRITENSIS.

PARS PRIMA.

CAPUT PRIMUM.

QUID, ET QUOTUPLEX SIT PHARMACIA, ac de ejus ſubjecto, & objecto.

PHARMACIA eſt Ars, quæ medicamenta ſeligere, præparare, & miſcere docet.

PHARMACIA dici ſolet: GALENICA, & CHYMICA.

PHARMACIA GALENICA eſt Ars, quæ rectè præparando Simplicia, & miſcendo Compoſita, in majori mole Medicamina minùs ſubtilis, & actuoſæ indolis miniſtrat.

Pharmacia Chymica eſt Ars, quæ, plerùmque ignis ope principia corporum ſeparando, in minore mole Medicamenta citiora, efficaciora, & forſan jucundiora elicit.

Subjectum, circà quod utraque Pharmacia verſatur, eſt Corpus quodcumque naturale, ex tribus ita dictis Regnis (Animali nempe, Vegetali, & Minerali) depromptum.

Objectum utriuſque, ſive finis eſt Medicamentum, ex hiſce rectè tractatis reſultans, quod interiùs, exteriùſve adhibitum, præſentem ſanitatem ſervare, vacillantem firmare, & jam collapſam reſtituere, citò, tutò, & jucundè potens eſt.

Doctrina Pharmaceutica triplicem complectitur operationem: Electionem nempè, Præparationem, & Miſtionem.

Sub Electione comprehenduntur: Collectio, Miſtio, Repoſitio, & Simplicium duratio.

Sub Præparatione omnes artificioſæ elaborationes, tùm Galenicæ, tùm Chymicæ.

Sub Miſtione, methodus exactè miſcendi Simplicia, & Compoſita.

Medicamentum, quod eſt Objectum, ſeu finis Pharmaciæ, aliud eſt Naturale, aliud Artificiale.

Naturale eſt, quod nativam formam, & figuram, ſibi à natura inditam, retinet: cujus notitia, & deſcriptio ab Hiſtoria naturali Simplicium, vel à propria cujuſque obſervatione peti debet.

Medicamentum Artificiale eſt, quod ex diverſis ſimplicibus permiſtis, vel ex uno artificiosè tractato emergit.

Medicamentum artificiale, aliud dicitur Simplex, aliud Compoſitum.

Simplex, quod ex unico ſimplici artis miniſterio emergit.

Compositum eſt, quod ex duobus, aut pluribus ſimplicibus arte miſtis reſultat.

Compositum etiam vocatur ſimplex, quando comparatum ad aliud ejuſdem nominis minori gaudet compoſitione.

Corpora, tàm naturalia, quàm artificialia, item à Medicis in Alimentum, Medicamentum, & Venenum dividuntur.

Alimentum eſt, quod partibus corporis appoſitum in ſimilem ſubſtantiam convertitur, ac proindè earum deperditionem reſtaurat.

Medicamentum eſt, quod ægrotanti quomodólibet adminiſtratum, ipſum alterare, & à ſtatu præternaturali in naturalem reducere aptum eſt.

Venenum eſt, quod interiùs, exteriùſve infuſum non utcumque naturam alterat; ſed ipſam inſenſibili corpuſculorum figura, & modo, ita vehementer corrumpit, ut ſæpè ſæpiùs ipſius omnimoda deſtructio ſubſequatur.

CAPUT II.

DE SIMPLICIBUS OFFICINALIBUS, ET EORUM Collectione, Exiccatione, Repoſitione, & Duratione.

Simplicia Officinalia dicuntur omnia ea Corpora, quæ ex triplici Regno Animali, Vegetali, & Minerali ad uſum medicum trahuntur. Hæc corpora in Pharmacopoliis reponuntur ad Medicamentorum elaborationem: primò autem debent eligi.

ELECTIO.

Electio itaque eſt perfecta cujuslibet ſimplicis cognitio juxta propria ejus ſpeciei ſigna, magnitudinem ſcilicèt, figuram, colorem, odorem, ſaporem, & conſiſtentiam.

Simplicia, quæ in noſtra regione naſcuntur, ſuis nativis locis ſunt colligenda, vegetiora, & floridiora, utpotè

præſtantiori virtute prædita. Exotica verò juxta regulas deſignatas tertio Capite eligantur.

Quò ad Vegetalia obſervandum eſt, quòd radices initio veris, ubi prima pullulaverint folia evellantur, tunc enim copioſo, & bene cocto ſucco turgent, ſuperfluoque humore quàm minimùm ſcatent: hujus perfectionis nota eſt, quòd nec valde flaccidæ, & humidæ; nec nimis lignoſæ, & duræ ſint.

Herbæ colligendæ ſunt, dum magnitudine, colore, & odore folia vigent, præcipuè ſub meridiem, & Cœlo ſereno.

Flores in ſuæ perfectionis vigore carpere oportet, præter flores Rosarum, qui ad Conſervam efficiendam, & ad alios uſus ante apertionem ſunt decerpendi.

Fructus juſtam debent nanciſci maturitatem, priuſquam evellantur; niſi immaturi deſiderentur, ut Mespili, Cydonia, Sorbi, & alii.

Semina, perfecta dum fuerint, fructuſque, quibus includuntur, debitam nacti fuerint maturitatem, colligantur, & ſicco, non autem callido loco ſerventur.

Cortices (dum Arbores maximè vigent) ſunt abſcindendi; hoc tamen diſcrimine, quod craſsiores, ſi leviter inhæreant, ipſa manu; ſi verò tenaciùs, cultro ſunt avellendi; tenues, & membranoſi, veluti Sambuci, Fraxini, & ſimiles cultello radantur.

Resinæ, & Gummi media æſtate colligantur.

Ligna, veris initio.

Visca, denique dum majora, & vegetiora ſint.

Animalia, Animaliumque partes autumno, aut vere (quo præcipuè tempore ſolent eſſe magis nutrita, & valida) comparentur.

Mineralia, quocumque anni tempore, ritè extrahuntur: Aquæ vero minerales æſtate media præſtantiores ſunt, utpotè mineralibus particulis, tunc temporis maximè onuſtæ.

Poſt Electionem, & Collectionem (hoc eſt Simplicium jam electorum cumulationem) ſequitur Exiccatio, quæ nihil aliud eſt, quàm eorum ab humiditate ſuperflua purgatio. Exiccantur autem in Solem expoſita, quæ tenaciorem humiditatem habent, ut ROSÆ, flores BORRAGINIS, MALVÆ, & ſimiles, à quibus nihil volatile expetitur, prætereaque, humore viſcido citiùs avolante, commodiùs ad pulveriſationem, & alios uſus medicos aptantur.

Exiccantur ad umbram, aut levem calorem pleraque VEGETABILIA, quorum expetita virtus in particulis volatilibus ſita eſt, veluti flos ANTHOS, SALVIÆ, CHAMÆMELI, & ſimilium, ne vehemens calor unà cum humore vires eorum diſsipet.

Animalia, & eorum partes in hypocauſto, aut clibano (poſt panis extractionem) exiccentur, ſuorum enim principiorum, nimia humiditate immerſorum, motum indutum abs dubio inſequeretur putrefactio; niſi prompta, & violenta fieret exiccatio: ejus exemplum habetur in JECINORIBUS, & PULMONIBUS LUPORUM, VULPIUM, & aliorum hujuſmodi, quæ, ſi ſemel furno immiſſa, ſatis exiccata non fuerint, quam citiùs iterùm immittantur, ut optimè exiccentur.

Hìc obiter animadvertendum occurrit, ea, quæ aeri, vel ſoli ad exiccationem exponuntur, ut uniformiter penituſque ſiccitatem acquirant, frequenter revolvi oportere, ne forſan ab aliqua latente humiditate, poſtmodùm putredinem contrahant.

Exiccata ſimplicia reponi debent commodo loco; id eſt, frigido, & ſicco, ad uſum ſervanda; alioquin motu ab aere inducto, vel putreſcunt, vel inſectis corroſa, evaneſcunt, aut (ſi pinguia ſint) rancida fient.

Hinc provenit ipſorum duratio, nam tàndiu durant, quàndiu ſuas vires immunes, & integras conſervant, quibus præter ſubſtantiæ modum, non parum loci commoditas opitulatur: ſuarum autem virium durationem indicat

(juxta uniuſcujuſque ſpeciem) odor ipſe, color, & ſapor, undè eò validiorem ſervabunt virtutem, quò propiùs ad ſui naturam accedant.

Ad præcavenda Simplicia Inſectis obnoxia, ut RHABARBARUM, radicem Chinæ, & ſimilia, ſolent pleriquè, non ſine fructu, cera undequaque eadem obducere, ut præpedito aeris commercio (quo medio volitantia Inſectorum ſemina in Vegetalibus, velut in Matrice, consídere ſolent) per plures annos à carie, aut alia noxa ſerventur immunia.

REGNI VEGETALIS STIRPES, HERBÆ, ET FOLIA magis uſualia.

A

ABrotanum Mas.
Abſynthium Vulgare.
Adiantum, ſeu Capillus Veneris.
Agrimonia, ſeu Eupatorium.
Alchimilla, ſeu Pes Leonis.
Amaracus, ſeu Majorana.
Anagalis aquatica, ſeu Becabunga.
Anethi ſummitates.
Anthos, ſeu Ros marinus.
Apiaſtrum, ſeu Meliſſa, ſeu Citrago.
Artemiſia.
Aſplenium, ſeu Cæterach.

B

BArdana, ſeu Lappa major.
Beta alba.
Betonica.
Biſmalva, ſeu Althæa.
Branca urſina.
Brunella, ſeu Conſolida minor.
Bugloſſum.
Buphtalmum.

C

CAlamintha.
Calendula, ſeu Chalta.
Capillus Veneris.
Carduus benedictus.
Cauda Equina, ſeu Equiſetum.
Centaurii minoris ſummitates.
Centumnodia, ſeu Polygonum.
Ceterach, ſeu Aſplenium.
Chamædrys, ſeu Triſſago.
Chamæmelum.
Chamæpitys, ſeu Iva arthritica.
Chelidonium.
Cichorium.
Cicuta.
Citrago, ſeu Meliſſa.
Cynogloſſum.

D

DEns Leonis, ſeu Taraxacum.
Diapenſia, ſeu Sanicula.
Dictamnus Creticus.

Dypſacus ſilveſtris, ſeu Virga Paſtoris.

E

ENdivia, ſeu Cichorium latifolium.
Epithymus.
Equiſetum, ſeu Cauda Equina.
Eryſimum.
Eupatorium, ſeu Agrimonia.
Euphraſia.

F

FArfara, ſeu Tuſilago.
Ferraria, ſeu Scrophularia.
Fœniculum.
Folium Indicum, ſeu Malabathrum.
Fragaria.
Fumaria.

G

GAlega, ſeu Ruta Capraria.
Galeopſis, ſeu Urtica mortua.
Gallium.
Geniſta.
Geranium.

H

HEdera terreſtris.
Hepatica, ſeu Lichen.
Hyoſcyamus albus.
Hyperici ſummitates.
Hyppomarathron, ſeu Fœniculum.

J

JAcobea.
Jovis barba, ſeu Sedum.
Jujula.
Juncus odoratus, ſeu Schœnanthum.

L

LActuca.
Lavendula.
Lauri folia.
Linaria.
Lingua cervina, ſeu Phyllitis.
Lupulus.

M

MAjorana, ſeu Sampſucus, ſeu Amaracus.
Malabathrum, ſeu Folium Indicum.
Malva.
Marrubium, ſeu Praſsium album.
Marum Cortuſi.
Matricaria.
Melilotus, ſeu Trifolium odoratum.
Meliſſa, ſeu Apiaſtrum.
Mentha ſativa.
Mercurialis.
Millefolium.
Muſcus arboreus, ſeu Lichen cinereus.

N

NArdus Celtica, ſeu Spica Celtica.
Nardus Indica, ſeu Spica Indica.
Nardus Germanica, ſeu Lavendula.
Naſturtium.
Nepeta.
Nicotiana.

O

OCimum citratum, ſeu Baſilicum.
Ononis.
Origanum.
Oxalix.

P

PArietaria, ſeu Helxine.
Perſicaria urens, ſeu Hydropiper aquaticum.
Phyllitis, ſeu Lingua cervina.
Piloſella major.
Pimpinella.
Plantago.
Polium montanum.
Praſsium, ſeu Marrubium.
Primula veris, ſeu Verbaſculum odoratum, ſeu Herba paralyſis.
Pulegium.
Pulmonaria foliis Echii.
Pulmonaria maculoſa.
Pyrola.

R

ROris marini ſummitates.
Rhus.
Ruta.
Ruta Capraria, ſeu Galega.

S

SAbina.
Salvia.
Sampſucus, ſeu Majorana.
Sanicula.
Scabioſa.
Schœnanthum, ſeu Juncus odoratus.
Scordium.
Sennæ folia.
Spica Celtica, ſeu Nardus Celtica.
Spica Indica, ſeu Nardus Indica.
Spica Germanica, ſeu Lavendula.
Stœchas.
Sumach.

T

TAmariſcus.
Thè.
Thymi ſummitates.
Tilia cum floribus.
Triſſago., eu Chamædrys.
Tuſsilago, ſeu Far ara.

V

VErbaſcum, ſeu Thapſus barbatus.
Verbena.
Veronica.
Vinca Pervinca.
Virga aurea.
Ulmaria.

FLORES.

A

Acaciæ.
Anethi.
Anthos, ſeu Roris marini.
Aquilegiæ.
Aurantiorum, ſeu Naphæ.

B

Balauſtriarum.
Bellidis.
Borraginis.
Bugloſsi.

C

Calendulæ.
Carthami, ſeu Cnici.
Centaurii.
Chamæmeli Romani.
Chamæmeli Vulgaris.
Croci Sativi.

F

Fabarum.
Farfaræ, ſeu Tuſilaginis.

G

Galopſidis, ſeu Urticæ mortuæ.
Geniſtæ.
Granatorum, ſeu Balauſtriarum.

H

Heliotropii.
Hyacinthi.
Hyperici.

J

Jaſmini.
Iridis.

L

Lamii.
Lavandulæ.
Leucoli.
Liliorum Convalium.
Lupuli.

M

Malvæ.
Malvæ arboreæ.
Matricariæ.
Meliloti.

N

Naphæ.
Narciſi.
Nymphææ albæ, ſeu Nenupharis.

P

Papaveris erratici.
Pœoniæ.

Perſicorum.
Primulæ veris.

R

ROris Marini, ſeu Anthos.
Roſarum Rubrarum.
Roſarum Albarum.
Roſarum Alexandrinarum.

S

SAlviæ.
Sambuci.
Schœnanthi.
Stæchados Arabicæ.

T

TAnaceti.
Tiliæ.
Tunicæ, ſeu Caryophylli hortenſis.

V

VErbaſci.
Violarum.
Urticæ mortuæ, ſeu Lamii.

SEMINA.

A

ACetoſæ.
Agnicaſti, ſeu Viticis.
Althææ, ſeu Biſmalvæ.
Ammeos Cretici.
Amomi racemoſi.
Anethi.
Anguriæ, ſeu Citrulli.
Aniſi.
Aniſi Indici.
Apii.
Aſparagi.
Atriplicis Hortenſis.

B

BArdanæ.
Baſilici, ſeu Ocimi citrati.
Bombacis.
Bruſci.
Burſæ Paſtoris.

C

CAffé.
Cardamomi majoris, ſeu Granorum Paradyſi.
Cardamomi medii.
Cardamomi minoris.
Carthami, ſeu Cnici.
Carvi.
Cebadilla.
Cichorii.
Citri, ſeu Limonis.
Citruli, ſeu Anguriæ.
Coriandri.
Cubebæ.
Cucumeris.
Cucurbitæ.
Cumini.
Cydoniorum.

D

DActylorum oſſa.
Dauci communis.
Dauci cretici.

E

EBuli.
Endiviæ, ſeu Scariolæ.
Erucæ.

F

FAbarum.
Fœniculi.
Fœnugræci.
Fraxini, ſeu Linguæ avis.
Fumariæ.

G

GEniſtæ.
Goſsypii, ſeu Bombacis.

H

HEderæ.
Hordei.
Hyoſciami albi.
Hyperici.

L

LActucæ.
Lentium.
Limonum.
Linguæ avis, ſeu Fraxini.
Lini.
Lupini.

M

MAlvæ.
Melonis.
Milii Solis, ſeu Lithoſpermi.
Myrti.

N

NApi, ſeu Buniados.
Naſturtii.
Nigellæ.
Nuclei cæraſorum.

O

OCimi, ſeu Baſilici.
Orobi, ſeu Ervi.
Oricæ.

P

PÆoniæ.
Papaveris albi.
Paſtinacæ.
Petroſelini Macedonici.
Petroſelini Vulgaris.
Plantaginis.
Portulacæ.
Pſyllii.

R

RAphani.
Roris Marini.
Ruſci, ſeu Bruſci.
Rutæ.

S

SAntonici, ſeu Seminis Sancti aut Seminis contra.

Seſelos Maſilienſis.
Sinapi.
Staphyſagriæ.

T

TAnaceti.
Thlaſpios.
Trifolii odorati.

Tritici.
Tymiamatis.

U

UBarum.
Vicentoxici.
Violarum.
Urticæ.

FRUCTUS.

A

ALchermes.
Alkekengi, ſeu Halicacabi.
Amygdalæ amaræ.
Anacardi.
Avellanæ.
Aurantiæ.

B

BAccæ Berberis.
Ebuli.
Juniperi.
Lauri.
Myrti.
Sambuci.

C

CAcaò.
Capita Papaveris albi.
Caryophylli.
Caſsia fiſtula.
Colocynthis.

D

DActyli.

F

FAba Sancti Ignatii.
Ficus paſſæ, ſeu Caricæ.
Fragariæ.

G

GAllæ.
Glandes.
Granatæ malæ.

J

JUjubæ.
Juniperi baccæ.

L

LImoniæ mala.

M

MYrobalani bellerici.
Chebuli.
Citrini.
Emblici.
Indici.

N

NUces Cupreſsi.
Moſcatæ.
Nux ſindecæ.
Iuglandis.
Vomica.

P

PAſſulæ majores.
Minores.
Piper album.
Longum.
Nigrum.
Pruna.

S

SAmbuci Baccæ.
Sebeſtem.
Sennæ folliculi.
Sorbæ.

T

TAmarindi.

LIGNA.

A

AGallochum, ſeu Lignum aloes.
Acpalatus.
Avellani.

B

BRaſilium.
Buxi.

C

COlumbinum.
Corylinum.
Cupreſsi.

G

GUajacum, ſeu Lignum Sanctum.

N

NEphriticum.

R

RHodium.

S

SAntalum album.
Citrinum.
Rubrum.
Saſſafras.

V

VIſcum quercinum.
Tiliaceum.

RADICES.

A

ACori veri.
Althææ.
Apii.
Ari.
Ariſtolochiæ longæ.
Tenuis.
Rotundæ.
Aſari.
Aſparagi.

B

BArdanæ.
Biſtortæ.
Borraginis.
Bryoniæ.
Butuæ, ſeu Parreiræ brabæ.

C

C*Alagualæ.*
Carlinæ, ſeu Chamælei albi, ſeu Cardopatii.
Chinæ.
Contrayerbæ.
Coſti arabici.
Curcumæ.
Cynogloſsi.
Cyperi longi.
Rotundi.

D

DIctamni albi, ſeu Fraxinellæ.
Doronici.
Dracunculi.

E

EBuli.
Enulæ Campanæ.
Eringii.
Eſulæ.

F

FIlicis.
Filipendulæ.
Fœniculi.
Fragariæ.

G

GAlangæ.
Gentianæ,
Glycyrrhiſæ.
Graminis.

H

HElenii, ſeu Enulæ Campanæ.
Hellebori nigri.
Albi.
Hermodactylorum.
Hirundinariæ.

J

JAlappæ, ſeu Jialappæ.
Imperatoriæ, ſeu Aſtrantiæ vulgaris.
Ipecacuanhæ.
Iridis Florentinæ.
Hiſpanicæ.

M

MAndragoræ.
Mechoacanæ.
Meu Athamantici.

O

ONonidis, ſeu Reſtæ bovis.
Oxalidis.

P

PÆoniæ maris.
Parreiræ brabæ, ſeu Butuæ.
Pentaphylli, ſeu Quinquefolii.
Petroſelini.
Peucedani.
Phu, ſeu Valerianæ.
Polypodii Quercini.
Pyrethri.

R

RHabarbari.
Rhapontici.
Rubiæ tinctorum.
Ruſci, ſeu Bruſci.

S

SArſaparrillæ, ſeu Zarzaparrillæ.
Saſſafras.
Saxifragæ.
Scillæ.
Scorzoneræ, ſeu Viperariæ Hiſpanicæ.
Spicæ nardi.
Celticæ.

T

TOrmentillæ.
Turbith, ſeu Turpethi veri.
Tuſsilaginis.

V

VAlerianæ.
Verbaſci.
Vicentoxici.

Z

ZEdoariæ.
Zingiberis.

CORTICES.

A

AUrantiorum.

C

CApparum.
Caſcarillæ, ſeu Chacarillæ.
Caſsiæ ligneæ.
Caſtanearum.
Cinnamomi.
Citrei, ſive citrii.

F

FRaxini.

G

GLandium Calices.
Granatorum.
Guajaci.

K

KIna Kinæ.

M

MAcis.
Mandragoræ.

T

TAmariſci.
Tiliæ interiores.

U

UVinterani, ſeu Canellæ albæ, ſeu Magallanicæ.

FUNGI, SEU EXCRECENTIÆ.

AGaricus fœmina.
Kermes grana.
Spongia ſambuci, ſeu Auricula Iudæ.

FARINÆ.

AMyli.
Fabarum.
Fœnugræci.
Hordei.
Lupinorum.
Seminis Lini.

SUCCI LIQUIDI.

A

ACeti Vini.
Agreſtæ, ſeu Omphacii.

C

CIchorii.
Cydoniorum.

F

FUmariæ.

G

GRanatorum Acidorum.

L

LImonum.

R

ROſarum Pallidarum.
Roſarum Pallidarum infuſio.
Roſarum Rubrarum.
Roſarum Rubrarum infuſio.

GUMMI, RESINÆ, BALSAMA,

ET SUCCI INSPISSATI.

A

ABſynthii Succus inſpiſſatus.
Acacia vera, ſeu Ægyptiaca.
Acacia vulgaris, ſeu Succus inſpiſſatus Prunorum ſilveſtrium.
Aloë ſoccotrina.
Hepatica.
Aſſa fœtida.

B

BAlſamum Coppaïba.
Peruvianum.
de Tolu, ſeu Tolutanum.
Bdellium.
Benzoïnum.
Bitumen Judaicum, ſeu Aſphaltum.

C

CAmphora, ſeu Caphura.
Cathecù, ſeu Terra Japonica.
Centaurii Succus inſpiſſatus.
Colophonia, ſeu Pix græca.

E

ELaterium, ſeu Succus fruc-

tuum Cucùmeris Aſinini inſpiſſatus.
Eupatorii Succus inſpiſſatus.
Euphorbium.

G

GAlbanum.
Glycyrrhiſæ Succus inſpiſſatus.
Gummi Ammoniacum.
Anime.
Caranna.
Elemi.
Fœniculi.
Hederæ.
Juniperi.
Tacamahaca.
Tragacanthum.
Gutta Gamba, ſeu Gutta Jemeù, ſeu Gutta Gamandræ.

H

HYpociſtidis Succus inſpiſſatus.

L

LAcca.
Labdanum, ſeu Ladanum.
Liquidambar.

M

MAnna.
Maſtiche.
Myrrha.

O

OPium.
Opoponax.

P

PIx Græca, ſeu Colophonia.
Nigra.

R

REſina Pini.

S

SAccharum Album.
Candum.
Sagapenum.
Sanguis Draconis.
Sarcocolla.
Scamonium.
Styrax Calamita.
Liquida.

T

TArtarum.
Terebinthina Veneta.
Communis.
Terra Japonica, ſeu Catechù.
Thus Maſculum, ſeu Olibanum.

ANIMALIA, EORUM PARTES, ET EXCREMENTA.

A

ASelli, ſeu Millepedes.

B

BUfones exiccati.
Butyrum Majale.

C

CAncrorum Oculi.
Cantharides.
Caſtorei Teſticuli.
Cera Flava.
Alba.
Coccinella.
Cornu Cervi.
Cranium Humanum.

D

DEns Apri.
Elephantis, ſeu Ebur.

E

EXuviæ Serpentis.

H

HIrci Sanguis præparatus.
Hirundinis Nidus.

J

JChthiocolla.

K

KErmes Grana.

L

LAcca.
Lapis Bezoardicus Orientalis.
Bezoardicus Occidentalis.
Lucii mandibulæ.

M

MEL.
Mumia.

O

OEſypus.
Oſſa è corde Cervi.

P

PRiapus Cervi.
Tauri.
Pulmo Vulpis.

S

SCinci.
Sepiæ Oſſa.

Sperma Ceti.
Spodium ex Ebore.

U

UNgula Alcis.

Unicornu.

Z

ZIbethum.

ADEPS, AXUNGIA, ET PINGUEDO.

ANſeris.
Caponis.
Cuniculi.
Equi.
Gallinæ.
Porci.
Sevi Hircini.
Viperarum.
Urſi.

METALLA, LAPIDES, ET RELIQUA MINERALIA.

A

ÆRugo.
Alabaſtrum.
Alumen rupeum.
Uſtum.
Antimonium.
Argenti folia.
Argentum vivum, ſeu Hydrargyrus.
Arſenicum.
Auripigmentum.
Auri folia.

B

BOlus Armena.
Alba, ſeu Creta.
Vulgaris.
Borrax.

C

CEruſſa.
Chalcitis.
Chalybis limaturæ.
Cinnabaris.
Cryſtallus.

F

FErri limaturæ.

G

GRanatus Lapis.

H

HYacinthus.

L

LApis Calaminaris, ſeu Cadmia.
Hæmatites.
Judaicus.
Lazuli.
Rubinus.
Sapphyrus.
Sardonicus, ſeu Carneolus.
Smaragdus.
Topazius.
Lithargyrus.

M

MAgnes Lapis.
Marcaſita.
Minium.

P

PLumbum uſtum.

S

SAL Ammoniacum.
Gemma.
Nitrum.
Stannum.
Sulphur Commune.
Vivum.

T

TErra Lemnia, ſeu Sigillata.
Tuthia officinarum.

V

VItriolum Album.
Viride, ſeu Commune.
Cœruleum, ſeu Cypreum, ſeu Lapis Lipis.

MARINA.

A

AMbra griſea.

C

CArabe, ſeu Karabe, Succinum album.
Flavum.
Corallina.
Corallum album.
Rubrum.

M

MArgaritæ.
Mater Unionum (vulgò) Perlarum

P

PUmex Lapis.

S

SPongia.

CAPUT III.

DE SIMPLICIBUS EXOTICIS, ID EST, DE EORUM *Hiſtoria, Electione, & Virtutibus.*

ACACIA: Succus eſt, è fructu immaturo, ſiliquarum inſtar (ex arbore parva ſpinoſa, in Ægypto naſcente, quæ apud Botanicos ACACIA ÆGYPTIACA vocatur) expreſſus, & inſpiſſatus; ſaporis acerbi, & adſtringentis, tenuibus veſicis exceptus, & in rotundas pilas redáctus, quarum quælibet quatuor, vel ſex, interdùm ſeptem, aut octo uncias pendet, & ſic ad nos ab Ægypto tranſmittitur.

Optimus eſt ſolidus, durus, & ponderoſus, ſaporis prædicti, & coloris intrinſecùs ruſeſcentis, ſeu fulvi, extrinſecùs verò nigricantis.

Ejus virtus refrigerans incraſſans, & adſtringens eſt: ſolus, raró præſcribitur; ſed Theriacam ingreditur.

ACORUS VERUS, SEU CALAMUS AROMATICUS OFFINARUM: Oblonga, & aliquantulùm depreſſa radix, exteriùs geniculata, & rubella; interiùs verò alba, & ſpongioſa, odoris fragrantis, & aromatici; ſaporis amari, & acris.

Hæc radix in paludoſis locis crebriùs naſcens, longa viridiaque folia (inſtar Iridis) habet, fructuſque Piperi longo ſimiles profert, ad nos è Bohemia, Lituania, & Turingia advehitur.

Optima cenſetur, quæ recens, benè nutrita, ac tenax eſt, à filamentoſis radiculis probè mundata, non carioſa; ſed ſupradictis notis prædita.

ACORUS, valde ſtomachicus, & cardiacus eſt, flatus à pituita enatos reſolvit, & ob ſuum ſal volatile oleoſo-aromaticum, colicæ, pleuritidi, aſthmati, ſpaſmo, obſtructionibuſque uteri, lienis, ac hepatis prodeſt.

AGALLOCHUM, LIGNUM ALOES, ſeu XILOALOES: Lig-

noſa ſunt fragmenta interioris medullæ cujuſdam arboris Olivæ ſimilis, in Regnis Conchinchinæ, Lao, & Sinæ naſcentis, ex quibus regionibus ad nos transferuntur.

Quamvis verum lignum Aloës rariſsimum ſit; melioris verò notæ illud eſt, quod ſolidum compactum, & ponderoſum, ſuavemque, ſi fricetur, odorem ſpirans, ſapore aromatico, & ſubamaro præditum, ex nigro, purpureſcens, venis cinerei coloris ſit diſtinctum: quod accenſum, non ſtatim defflagret; ſed copioſo (inſtar reſinæ) exſudante humore ſit refertum, & quod prunis impoſitum, prius liqueſcat, quàm comburatur.

Ob balſamicam ſuam ſubſtantiam, & aromaticum, ac ſubamarum guſtum, cerebrum, cor, ſtomachum, reliquaque viſcera roborat, ſpiritus vivificat, veneno reſiſtit, ſudores, & menſtrua ciet.

AGARICUM: Ex truncis, ramiſque Laricum, & veterrimarum Quercuum, excreſcentia fungoſa eſt in Delfinatus, & Tridentini Sylvis, maximè abundans.

Quidam duplex eſſe Agaricum exiſtimant, Marem nempè, & Fœminam. Primum, ponderoſum, lignoſum, flavum, & ob ſui malignitatem reijciendum: Secundum uſitatiſsimum in medicina, quod FOEMINA vocatur, primò guſtu dulce, mox amarum, & ſtipticum eligendum eſt.

Purgat præcipuè pituitam craſſam, in glandulis contentam, & bilem utramque, ſuiſque particulis volatilibus obſtructiones aperit, & urinam excitat.

ALOE, ſeu ALOES. Succus inſpiſſatus cujuſdam plantæ, ejuſdem nominis, qui in pellibus ovillis, vel magnis cucurbitis, ex Orientali India, & America aſportatur.

Tres hujus Succi ſpecies Medicamentarii diſtinguunt, ſcilicèt: SOCCOTRINUM, ſeu SUCCOTRINUM, HEPATICUM, ET CABALLINUM, quorum hic ultimus, propter impuritatem, & fœtorem non eſt in medicinæ uſu: omnium præſtantiſsimus eſt SOCCOTRINUS, lucidus maximè; ex Soccotra, aut Soccotorâ

Indiæ Orientalis inſula allatus, qui pulcher, nitidus, rarus, levis, friabilis, translucidus, ex rubro rufeſcens, bonoque odore, Myrrham æmulans, arenularum expers, facilè liqueſcens, eximiæ amaritudinis, & in Medicina uſitatiſsimus eſt: Hepaticus (ſic vocatus propter colorem, & conſiſtentiam hepati ſimilem) ex America adducitur, differt à Soccotrino in colore, odore, & conſiſtentia, pro quo in ejus defectu ſubrogatur.

Vim purgantem obtinet, ac exiccantem, calefacientemque: quapropter obſtructiones aperit, meatus reſerat, hæmorrhoides, & menſtrua provocat, ventriculum roborat, vermes enecat, & expellit, bilioſoſque, & pituitoſos humores ſubducit: hinc omnium catharticarum pilularum baſim conſtituit.

Alumen eſt ſubſtantia ſalina, alba, & cryſtalina, ſaporis acris auſteri, & adſtringentis, quod ad nos communiter ex Aragonii Regno, in fruſtris diverſæ magnitudinis tranſparentibus aſportatur.

Ab Authoribus Alumen Rupeum vocatur; ſed ſi ex Civitavechia advehitur, & Anglia, tunc Alumen Romanum, ſeu Anglicanum dicitur.

Exiccat, adſtringit, incraſſat, & hœmorrhagias ſiſtit internè ſumptum, & externè carnes ſuperfluas in ulceribus conſummit.

Alumen Saccharinum artificiale eſt; fit cum prædicto alumine, aqua roſarum, albumine ovi ad debitam conſiſtentiam cocto, & in parvas pyramides (ſaccharo haud diſsimiles) formato, unde nomen ſaccharinum venit.

Alumen Plumeum, ſeu Trichites, Sal minerale eſt (inſtar parvæ plantæ) formatum, ſalſum, auſterum, & aluminoſum ſaporem habens, in ore ſolvitur, & defluit, ſed rarò invenitur: ab aliquibus Authoribus cum lapide Amiantho confunditur.

Ambra Grysea. Maſſa eſt diverſæ magnitudinis, quæ

in Occeano Indico, ut in plurimum undis agitata invenitur, & ad nos affertur, de cujus origine lis eſt: aliqui bitumen quoddam è fundo maris emergens eſſe judicant; alii maſſam quamdam eſſe ex cera, & melle conflatam, ex rupibus in Indicum mare effluentem, ſaleque marino, & fluctuum agitatione elaboratam, ac in Ambræ naturam, qualem ipſam videmus, converſam.

Optima cenſetur odoratiſsima, ſordium expers, aut cinericia, vel quæ ex venulis, marmoris inſtar, nunc cinereis, nunc candicantibus, & punctis nigris conſtat: levis, pinguis, & cujus fruſtulum, ſi candenti laminæ applicetur, veluti oleum reſolvatur.

Quod ad uſum attinet: ob volatiles, balſamicaſque particulas, vi valdè calefaciente, confortanteque pollet, qua, ad languidum ſpirituum motum reficiendum, valet: ideò, ad vitam ſanam, longamque tuendam commendatur: quamobrem capitis affectibus, aplopexiæ, vertigini, epilepſiæ, paralyſi, lipothymiæ, aliiſque cordis, & cerebri paſsionibus mirificè prodeſt.

AMMI, ſeu AMMEOS: ſemen eſt cujuſdam plantæ Fœniculo, Anetho, aliiſque umbelliferis, haud abſimilis, quæ poſt albos, parvoſque floſculos ſemen profert, quod nunc ex Alexandria, & Creta ad nos advehitur.

Eligenda ſunt maximè ſemina recentia, parva, plena, ſtriata (Petroſelino minori ſimilia) ſplendidè rufeſcentia, acri amariuſculo, aromatico ſapore prædita, fortique odore, qui partim Origanum, partim Thymum referat, ex Creta aſportatur, & inter ſemina minora calida recenſetur, pro Theriaca inſervit.

Colicos dolores, flatus uteri, renum, alioſque diſſipat.

AMMONIACUM eſt Gummi ex quadam planta ferulacea ſtillans, quæ FERULA AMMONIFERA vocatur, & ex Jovis Ammonis Oraculo, circa cujus delubrum, aut tem-

plum in Libiæ regione, præcipuè naſcitur, nomen accepit, indeque ad nos transfertur.

Optimum eſt magnum, album, flavum (& inſtar Olibani) granulatum, odore moleſto (Caſtoreum æmulans) ſapore amaro, paleiſque, & arena defœcatum.

Præſtantiſsimum remedium eſt ad tenacem, & lentam pituitam, ſaburramque in ſtomacho, inteſtinis, pulmonibus, ac liene ſtabulatam, incidendam, leniterque educendam: propterea in diuturnis morbis ſplenicis (vulgo dictis) & in difficultatibus reſpirandi, crebrò uſurpari ſolet: emollit, digerit, reſolvit, maturat, & alvum movet.

AMOMUM RACEMOSUM thecæ ſunt, ſeu ſiliquæ rotundæ tripartitæ, ſemina anguloſa, rugoſa, nigra, & aromatica claudentes, quæ ubarum inſtar racematim ex uno pendent petiolo, cui firmiter adhærent: ſicque in Europam ex India advehuntur in granis, & in racemis.

Eligantur rotundæ, ſublutei coloris, ponderoſæ, graniſque repletæ, quæ folliculos habeant, magnumque ſemen, idque acri, & aromatico ſapore Cardamomo ſimili.

Grana, ſive ſemina ad Theriacam, & alia medicamenta eligenda ſunt: quamobrem apertis folliculis, nigra, rugoſaque rejicienda; gravia viridioris coloris, ſaporeque aromatico præcellentia, ut ſuprà, eligenda. Ut verò tenues pelliculæ, quibus diſterminantur, ſeparari queant, manibus fricentur, & ſuprà chartam ventilari permittantur.

Vi ſua incidunt, veneno reſiſtunt, ſtomachum roborant, appetitum movent, flatus diſsipant, & menſtrua provocant.

ANACARDIUM: Niger, ſplendidus, & compactus fructus eſt, aviculæ cordis figuram repræſentans, & ex arbore ÆPATA vocata, proveniens, qui ſub duplici cortice, album, & ſubdulcem nucleum continet: inter ipſos verò cortices obſcurè rubram, oleoſam, & acrem, ac quaſi

melligeneam mucillaginem habet. Ex India Orientali, ſcilicet ex Malabara, Canonora, & Cambaja ad nos traducitur.

Optima ſunt Anacardia magna, recentia, benè nutrita, intuſque nucleum, eleganter candidum, noſtriſque amygdalis conſimilem includentia; parva verò, & rugoſa ſunt rejicienda.

Anacardia, nimis recentia, adhuc viridia, pro veneno reputantur, ob nimiam calefaciendi, & quaſi urendi vim; exiccata, verò non ita acria, & corroſiva ſunt: ob ſal valdè volatile, oleumque nimis diſsipabile: vim habent rarefaciendi pituitam, & reſolvendi: cerebrum confortandi; ideoque cephalicis ſenum morbis, apoplexiæ, paralyſi, memoriæ debili, ſimilibuſque conferunt.

Antimonium, durum, ponderoſum, ac fragile ſemimetallum eſt, & inſtar plumbi nigricans, ſtriis longis, ſplendentibusque ornatum: in Gallia, Germania, præcipuèque in Hiſpania fodinæ inveniuntur.

In Pharmacia, pro multis medicamentis conficiendis, inſervit: in Metallurgia ad purganda metalla utitur. Veteres crudo Antimonio vim adſtringendi, exiccandi, meatuſque corporis deobſtruendi, excreſcentias carnoſas abſumendi, cicatrices obducendi, oculorum ulcera, & ſordes mundificandi attribuerunt.

Anime, ſeu Gummi Anime lacryma reſinoſa eſt Arboris mediocris magnitudinis, folia myrtinis ferè ſimilia ferentis, quæ lacryma per inciſionem collecta ex America adducitur.

Eligenda, magnis albis, nitidiſque fruſtris, minimè rubicundis, ſed perlucidis, friabilibuſque, & ſaporis reſinoſi, quæ dum accenditur, odorem ſatis fragrantem expirat.

Aliud Gummi Anime ex India Orientali defertur, quod neque tàm candidum, neque tàm pellucidum: ideò Occidentale præfertur.

Calefacit, attenuat, & reſolvit: ejus præcipuus uſus eſt externus, & in capitis, ac nervorum affectibus frigidis, dolorificis, catarrhoſis, flatulentiſve maximè juvat.

Anisum Indicum, Stellatum *Badian* dictum: Fructus eſt ſtellæ figuram repræſentans, qui conſtat ex ſex, ſeptem, pluribuſve nuculis, vel capſulis, radiorum in modum in centro coeuntibus, triangularibus, quinque, octo, vel decem lineas longis, tres, quatuor, vel quinque latis, leviter compreſsis, per baſim coadunatis, compoſitis ex gemino cortice; exteriore duro, aſpero, rugoſo, & ſpadicio, aut rubiginoſo; interiore propemodùm oſſeo, levi, & ſplendente, bivalvi, qui per latus ſupinum in ſiccis, & inveteratis dehiſcit, manifeſtumque præbet nucleum ſingularem in ſingulis nucibus latitantem, levem, ſplendentem oblongum, depreſſum, duas, vel tres lineas longum, unam latum, colore ſeminis Lini, qui recondit ſub tenui, & fragili teſtâ carnem albicantem, pinguem, dulcem, palato gratam, ſaporis medii inter Aniſum, & Fœniculum, ſed valentioris. Capſula verò ſaporem Fœniculi reffert cum quadam aciditate permiſtum, & odorem ſimilem, ſed fragrantiorem. Ex Tartaria, Sina, & Philippinis Inſulis affertur. Iiſdem viribus donatur ac Aniſum, & Fœniculum imò præſtantioribus.

Balſamica illius virtute à renum calculo præſervari, aut liberari exiſtimant. Illud idem plurimi cum potu Theæ, Caffèæ, aut aliis liquoribus permiſcent ad gratiam ipſis conciliandam.

Arsenicum Album eſt ſubſtantia mineralis, albicans, dura, ponderoſa, lucida, ſaporis acris, & exurentis, facta ex Cobalto ſublimato.

Artificiale Arſenicum fit ex floribus albis Cobalti, ſeu nativæ Cadmiæ (in ſummitate furni ad hanc operationem conſultò facti) collectis, in figulino vaſe fuſis, &

in maſſam redactis, quæ ex Germania ad nos tranſportatur. Eligendum Arſenicum album, cryſtalinum, & ponderoſum.

Inter venena corroſiva recenſetur: quare ſolùm exteriùs in Medicina ad uſum venit, ad carnes ſuperfluas, & calloſas abſumendas.

ASSA DULCIS, ſeu BELZOINUM: Officinarum, dura, creberrimiſque globulis, partim flaventibus, partim candicantibus permiſta reſina eſt, quæ ex valdè craſsis proceriſque arboribus fluit, quarum folia Citreum malum æmulantur: in India Orientali, præſertim in Siam, & Sumatra, unde ad nos transfertur, maximè abundat.

Eligatur Benzoinum, Amygdalinum purum, nitidum, granis flaventibus, & candicantibus reſperſum, ſapore reſinoſo, & odore valdè fragranti.

Vires habet (ſale ſuo balſamico) acres catarrhos dulzorandi, omneſque inde productas pulmonum, & aſperæ arteriæ læſiones corrigendi, adeoque internè ad tuſsim, anhelitum, & pthiſim; externè ad corizam, alioſque catarrhos, ſummoperè prodeſt.

ASSA FOETIDA eſt Gummi reſinoſum, quod in fruſtis colore exfuſco flaveſcente, odore gravi, & ſapore mordaci, ex Libia, Siria, Media, India, & Perſia, intra Palmæ folia, aut vaſa fictilia ad nos tranſportatur.

De Vegetabili, unde hoc Gummi manat, adhuc ambigitur: receptiſsimum eſt arborem eſſe mediocris magnitudinis, cujus folia à rutæ foliis non multùm abludunt, ex cujus trunco Gummi, fervida tempeſtate, ſponte exudat.

Optimum eſt recens, purum, ſiccum, & flavum, granis, ſeu lacrymis albis refertum, pellucidum, & fœtidum, Allium redolens ſaporeque mordaci; antiquum verò unctuoſum, nigrum, opacum, arenulis, corticibuſve impurum, aut adulteratum rejiciendum.

Aſſa fœtida, licèt nimis vehementer fœteat, ad ferè omnes condiendos cibos, Indiis in deliciis eſt; at in Europa ad uſus medicos tantùm uſurpatur: nàm ſale volatili oleoſo, quo pollet, potentèr reſolvit, incidit, emollit, detergit, proindeque in doloribus, & ſuffocationibus hyſtericis, colicis, & ſimilibus, internè, externèque adhibita, egregium ſpecificum eſt.

ASPALATHUS: Lignum eſt compactum, ponderoſum, unctuoſum, & aromaticum, purpurei obſcuri, marmorei coloris, amari, & acuti guſtus, craſſo, griſeoque cortice cinctum.

Arbor, Regnumque, à quo excipitur, ignotiſsima ſunt, proptereaque ſæpiùs cum ligno Rhodino confunditur.

Eligi debet, ponderoſum, unctuoſum; non autem reſinoſum, ſed aromatici ſaporis, odoriſque, ligno Aloes valdè ſimilis. Sed quia vix invenitur, in trochiſcis Hedychroi, pro eo lignum Aloes, vel Santalum citrinum, quorum virtutes ferè æquiparantur, ſubſtituuntur.

ASPHALTUM, ſeu BITUMEN JUDAICUM: nigra, ſiccaque reſina eſt, nigræ pici ſimilis, in Lacu, ſeu Mari mortuo Judeæ innatans, invenitur, ubi Sodoma, & Gomorra creduntur extitiſſe.

Præfertur nitidum, compactum, pice durius, colore nigro ſplendenti, ac ſine odore.

Diſcutit, glutinat, emollit, putredinem arcet (unde ad condienda cadavera uſurpatur) ſanguinem coagulatum reſolvit, & menſtrua promovet.

AURIPIGMENTUM, ſeu ARSENICUM FLAVUM: ſpecies Arſenici eſt, quod vel ex Saxonicis metalli fodinis eruitur: vel artefactum extat. Artificiale, ex miſtione unius partis ſulphuris communis, cum decem partibus Arſenici albi, igne fuſis, & frigore condenſatis, reſultat, & ſic ad nos in flavis, ſeu citrinis fruſtris tranſvehitur.

AURIPIGMENTUM Naturale, Mineraleve, magnoperè

antecellit Artificiali; deligendum verò aureo colore micans, tenuibuſque ſquamis conflatum, facilè fuſibile, ſaporis acris, odoris ingrati, minimèque lapillis, ſivè terra impurificatum.

Ob ſuam acrimoniam, & malignitatem, pro corroſivo veneno recenſetur: ideòque interiùs non venit ad uſum medicinæ; exteriùs ad fungoſas, calloſaſque carnes abſumendas, frequenter applicatur.

BALSAMUM VERUM SIRIACUM, ÆGYPTIACUM, GILEADENSE, JUDAICUM, DE MECHA, ſeu OPOBALSAMUM ſubſtantia eſt liquida, oleoſa, limpida, albicans, ſaporis acris, & aromatici, odoris fragrantis, quæ interdum, quamvis raró, in plumbeis lagenulis, è Turcis per Maſsiliam hùc advehitur.

Frutex, è quo Balſamum profluit anguſtis, rubicundis, nodoſiſque ramuſculis ornatus, qui abſciſi, & in faſciſculos ligati, à Turcis mittuntur, & à Materialiſtis XILOBALSAMUM vocantur. Ex hiſce ramulis pauca folia, Rutæ haud multùm diſsimilia, quamvis candidiora, ſemperque virentia progerminantur: floſculique exigui albi, teneri, ferè inſtar florum Acaciæ, quibus rotundæ, rubicundæ, & fragrantes baccæ, fulvi coloris in rubrum vergentis, tenui tunica contectæ, Piſis paulò minores, ſuccedunt, quæ in Officinis CARPOBALSAMUM vocitantur.

BALSAMUM menſe Junio, Julio, & Auguſto, aut alio ex calidioribus colligitur.

Bonitatis ſuæ examen eſt, quod aquâ tepida infuſum totam ipſius ſuperficiem tegat, refrigerata verò aqua ſe ſe rurſum contrahat: Item quod lacte inſtillatum coaguletur: tandemque quod in veſtem laneam effuſum, nullam relinquat maculam.

Vi balſamica in phthiſi, & hectica prodeſt. Aſthmati, aliiſque chronicis morbis, tàm internis, quàm externis fert opem.

Xilobalsamum eligi debet exiguis, fragilibuſque ramuſculis, hiſque rectis nodis, inæqualiter interpoſitis, cortice extrinſecùs rubeſcente; intrinſecùs viridi, cui ſubjacet lignum ſubalbum, & medulloſum, quod fractum, gratum admodùm emittit odorem, Opobalſamum emulantem.

Cephalicum, & Stomathicum eſt, veneno reſiſtit, atque ideò in infirmitatibus contagioſis maximè inſervit, & in plures pharmaceuticas compoſitiones ingreditur.

Carpobalsamum, ſeu fructus arboris balſami recens, aromaticum eſt, tenui tunica fulvi in rubrum vergentis coloris obvolutum, interiùſque craſsioribus aliis membranis, in quibus ſemen latet, flavo, & melligineo ſucco refertum, aſperoque, & quatuor ſtriis interſtincto cortice cinctum.

Carpobalſamum vi ſua aromatico-balſamica ſtomachum firmat, appetitum excitat, coctionem juvat, & Theriacam complet.

Notandum intereà Opobalsamum, Xilobalsamum, & Carpobalsamum, cum ad noſtras oras rarò perveniant, in noſtris Officinis vìx inveniri: ideoque Balſamum Tolutanum, Agallochum, & Cubebæ pro his ſubrogantur.

Balsamum de Copayba per inciſionem ex arbore in diverſis Braſiliæ locis naſcente colligitur, quæ, Balsamifera Brasiliensis Fructu Monospermo vocatur, unde per Luſitaniam, oblongis fictilibus lagenis ad nos advenit.

Eligi debet album, limpidum, & reſinoſum terebinthinæ inſtar, fragranti odore, ſapore acri amaro, & aromatico.

Externè appoſitum vulnera conſolidat, & detergit, nervos confortat, putredini reſiſtit, internè commendatur in phthiſi, nephritide, dyſenteria, diarrhæa, go-

norrhæa, dyſuria, fluore albo, lueque venerea.

BALSAMUM MARIÆ, ſive OLEUM MARIÆ reſina mollis eſt, quæ ex Carthagine in America, nunc Calamis, nunc Cucurbitis, aliiſvè vaſibus incluſa ad nos transfertur: Arbores ex quibus promanat, inter Pini ſpecies reponuntur, è quibus vulneratis æſtivo tempore, Balſamum hoc profluit.

Optimum cenſetur, tenax, purum, recens, molle, obſcurè viridiuſculum, odoris aromatici, bonique ſaporis.

Sua balſamico-tenaci ſubſtantia vulneribus mirificè medetur, anodinum, & reſolutivum eſt externè applicatum, potenter ſtomachum confortat, & internè in pulmonum affectibus, ſummoperè commendatur.

BALSAMUM PERUVIANUM ſubſtantia liquida eſt mellis conſiſtentiæ, odoriſque fragrantiſsimi, quæ ex America affertur. Arbuſcula hoc balſamum eructans, Malo Citreo conſimilis eſt, ejuſque folia amygdalinis, paulò majora ſunt, latiora etiam, oblonga, & acuminatiora: flos in longum foliculum extenditur, in quo unum ſaltem idque in curvum ſemen reconditur. Tota planta à Mexicanis HOITZILOXITI nuncupatur, & à Botanicis ARBOR BALSAMIFERA, ſeu INDICI BALSAMI.

Balſamum hoc ab incolis, è ligno ramiſque arbuſculæ, in aqua decoctis, extrahitur, poſtquam enim frigeſcere permittitur, Balſamum ſupernatat.

Conquirendum eſt recens denſum, ponderoſum, mellis conſiſtentiæ, colore ex-ruſo ad nigrum vergente, odoris maximè fragrantis, ſaporis ſubacris, & mordacis, & quod neque cum aqua, imò neque cum oleo permiſceri poſsit.

Exiccat, reſolvit, & digerit: interiùs exhibitum in aſthmate prodeſt, frigidam quoquè ventriculi intemperiem corrigit, inveteratos viſcerum languores emendat: exteriùs applicatum recentia ſanat vulnera, ab eiſque putredinem

arcet; canceroſa, aliaque ſordida ulcera mundificat.

BALSAMUM DE TOLU, ſeu TOLUTANUM: nihil aliud eſt, quàm reſina quædam ex inciſis Arboribus Balſamiferis (Pinos referentibus) ferventiſsimo ſole profluens: adducitur ex Provincia quadam Americæ inter Carthaginem, & *NOMBRE DE DIOS* ſita, Tolu ab Indis dicta.

Eligendum eſt, coloris aurei ſplendentis, pellucidi, mollis, & glutinoſæ conſiſtentiæ, qualis reſinæ, ſaporis grati aliquomodo dulcis, odoris valdè fragrantis, & ad Limonum odorem accedentis.

Vires habet calefaciendi, ſiccandi, reſolvendi, vulnera, & ulcera conſolidandi: intùſque in aſthmate, tuſsi, phthiſi, & in ventriculi doloribus à cruditate maximi eſt adjumenti.

BDELIUM tenax, ac pingue Gummì eſt lacrymis condenſatum, extrinſecùs ferrugineum, rubrum, & ad myrrham accedens, cujus infracta fruſtula quodammodò pellucida ſunt, ſapore ſubacri, & amaro, odore non ſuavi, & quod, cùm accenditur, diu flammam fovet.

Procreatur præcipuè in Aſsia, unde ad nos transfertur. Arbor, à qua promanat, ſpinoſa eſt, foliis quercinis ſimilibus, ſed magis longis, anguſtiſque.

Eligendum eſt optimum ex claris pellucidis fruſtris, ſignis ſupra notatis præditum, pingue, facilè liqueſcens, quod ſi digitis ſubigatur, molleſcat, extraneis ſordibus expers, & albis maculis (quales in unguibus humanis apparere ſolent) reſperſum, ſaporeque, & odore myrrham referens.

Calefacit, ſiccat, ſimulque emollit: internè in pectoris affectibus, tuſsi, & anhelitu prodeſt, urinam ciet, ſimilitèrque menſtrua movet; externè vulnera recentia, mirificè ſanat, hernias diſcutit, induratoſque nervos, articulorumque tophos emollit.

BEZOAR LAPIS OCCIDENTALIS plerùmque cinereus, aut ſubalvido-citrinus, diverſæ figuræ, & magnitudinis,

multiſque invicem ſuper impoſitis lamellis coagmentatus (craſsioribus tamen quàm in Orientali) ex Indiæ Occidentalis Regno Peruviano ad nos advehitur.

Lapides iſti in diverſis animalibus reperiuntur; ſed præcipuè in ſtomacho, & ventre Rupicaprarum, quas vernacula voce VICUNIZAS, ſeu TARAGUAS indigitant, ſeu appellant.

Præſtantiores ſunt coloris cinericei, aut ex albo citrini laminis ſuper incumbentibus (cæparum inſtar) concreti inodori, ſaporis terrei, mediocris magnitudinis, intùſque plura, & heterogenea veluti paleas, & ſimilia, ſæpiùs continentes.

Lapis hic Alexipharmacus reputatur, ideòque utilis in peſte, malignis febribus, vertigine, epilepſia, lipothymia, cordis palpitatione, & ſimilibus morbis.

BEZOAR ORIENTALIS tenerrimus, & læviſsimus lapis eſt, variæ figuræ, & magnitudinis, multòque tenuioribus lamellis, quàm Occidentalis conſtans, colore viridiuſculo, ſeu potiùs ex viridi nigricante, ſimùlque ſplendente: ad nos ex Perſia, Indiaque Orientali transfertur: in ſtomacho, & ventre animalis cujuſdam, quod CAPRICERVA, aut GAZELA INDICA vocatur, & in prædictis regionibus degit, plerùmque invenitur.

Verus, & genuinus Lapis, exteriùs maximè politus, & quaſi lævigatus apparet, obſcurè viridiuſculus, interiùs multis mollibus, ſubtilibuſque lamellis, ſibi invicem incumbentibus (ut in cæpa) compactus: in meditullii centro concavus eſt, in cujus cavitate pulviſculus paleæ, tenuis feſtuca, vel ſimile quidpiam continetur. Superficies lævis, & ſplendens, odor nullus, magnitudo, & pondus varia, &, ſi ſuper chartam priùs creta illitam fricetur, viridem relinquit colorem. Adulteratus verò laminis deſtituitur, quod ſi in aqua inmerſus, de ſuo pondere aliquid amittat, vel ponderoſior reddatur, ſtatim rejiciendus.

Alexipharmacus, & ſudorificus eſt, proindèque in variolis, diarrhæa, dyſenteria, vertigine, cordis palpitatione, peſte, & ſimilibus commendatiſsimum remedium.

BORAX CHYSOCOLLA, CAPISTRUM, AURICOLLA, TINKAR, ſeu GLUTEN AURI eſt ſal minerale quoddam, colore, & tranſparentia, ſali gemmeo non abſimile, ſaporis acris, & lixivioſi, quod ex fodinis Perſiæ, Inſulæ Zeylam, & aliarum Indiæ Regionum excipitur, deindèque in Venetiis, & in Holandia per diſſolutionem, filtrationem, & cryſtallizationem purificatur.

Eligantur fruſta alba, pellucida, dura, ſiccaque, cryſtallum æmulantia.

Vires incidendi, & penetrandi obtinet, ob idque glandularum meſenterii, hepatis, & aliorum viſcerum infarctus, aperit, ſimùlque ad partum promovendum, & fœtum mortuum pellendum, menſtruaque provocanda, maximè laudatur.

CALAMINARIS LAPIS, ſivè CADMIA LAPIDOSA, aut ÆRARIA Lapis eſt foſsilis ſubalbus, medius inter lapidoſam, & terream conſiſtentiam, terreique ſaporis; excipitur è terræ fodinis, cujus duæ inter Materialiſtas diſtinguuntur ſpecies. Una rubella, aut flaveſcens, albis lineis reſperſa, cui ſubgravia, rotunda, aut dura granula, inſtar Piperis, adherent. Alia eſt rubra, Bolo non diſsimilis, ſed durior, quæ ex Galliæ, Germaniæ, Angliæque fodinis educitur.

Moderatè ſiccat, detergit, & adſtringit, ulcera carne replet, cicatricem inducit: quapropter in unguentis, & emplaſtris ad hunc finem, creberrimus illius uſus eſt.

CALAMUS AROMATICUS VERUS, ſive CALAMUS AMARUS, arundinis ſpecies eſt, quæ ſicca ad nos ex Orientali India aſportatur: longum habens exſectumque caulem, calami ſcriptorii craſsitiem æquantem, duobus ex adverſo locatis foliis ſuperiùſque in parvos ramuſculos divi-

ſum, qui nigrum, illudque exiguum ſemen proferunt.

Optimus Calamus cenſetur, qui craſſos, recenteſque caules habet, à parvis ſurculis, ſeu ſtolonibus mundatus: & qui forinſecùs rubicundus, intùs fungoſus, medullam albam, aranearum telis ſimilem continens, ſapore amaricante, & aromatico præditus.

Aperit, & menſtrua provocat, veneno reſiſtit, ideòque ad Theriacæ compoſitionem exigitur.

Calaguala planta eſt, ex cujus radice exeunt plurimi pedunculi, bicubitales, primò triangulares, cavi, ſtriati, mox è coſta allati ab utraque ſe extendens in folia inferiora lata, ſuperiora anguſta, interiora polita, viridia, ſplendentiaque, exteriori conſtat ex plurimis capſulis, orbicularibus (dentis inſtar) ſeminalibus, in duabus lineis parallelis, quæ ſingulæ annulo vi elaſtica munito, donantur, cujus ſtructura bivalvis apparet, claudentes ſemina minutiſsima, inſtar pulveris; ex provincia Quito, & Popayani Regni Peruviani advehitur.

Tres ſpecies hujus radicis inveniuntur. Prima, quæ in ſaxoſis provenit, & eſt craſſa, coloris citrini rufeſcentis, & inter muſcos obvoluta, plerùmque exteriùs lignoſa, interiùs fibræ albeſcentes per longitudinem excurrunt, medullam parùm ſpongioſam circundantes. Secunda, quæ in arenoſis vegetat minùs craſſa, coloris fuſci in rubrum, vel album vergentis. Tertia dicitur, quæ in hortis colligitur, obſcura, cinericia ab una parte convexa. Eligatur prima, vel ſecunda benè nutrita, non carioſa à cirris mundata, quæ facilè ſcindit, & guſtu ſaponaceo prædita.

Aperit, reſolvit, ſudores promovet. Uſus in decocto, licèt aliquandò in pulvere propinatur. Doſis à drachma ſemis, ad drachmam unam.

Canchilagua, Canchalagua planta ad altitudinem aſſurgens, ramoſa, cubitalis eſt, radix inſipida, lignoſa, caules anguloſi, folia conjugata, in ſummitate ramorum.

Explicantur in calycem tubuloſum, pentagonum, quinque fidum, ſegmentis longis, & acutis, in cujus centro eſt flos purpureus, monopetalus, infundibili-formis, multifariam diviſus; ovarium abit in fructum bicapſularem, oblongum, modò cylindraceum, modò planum, & ſtriatum, per maturitatem, conſtans plurimis ſeminibus, obſcuris, minutiſsimis, caules folia, ſaporem amarum valdè obtinent: ex dictis colligitur eſſe Centauram minorem ramoſam, flore purpureo ex Provincia Guayachili Regni Peruviani, unde magna copia colligitur, ad nos allatam, jam coloris viridis albeſcentis, jam paleæ: eligenda eſt cum flore, vel ſemine prægnata.

Herba calida eſt, ſiccat, aperit, abſtergit, emmenagoga, & febri-fuga eſt; prodeſt in vermibus propter ſingularem amaritudinem, in ſubſtantia à drachma ſemis, ad drachmam unam. Aqua fervida inſtar The magna copia aſſumpta purgat, & ſudorem elicit.

Camphora, ſeu Caphura, reſina eſt (nitri inſtar) candida, & pellucida, ſaporis acris amariuſculi aromatici, & penetrantiſsimi, odoris fragrantis, & gravis, quæ ex Orientali India affertur. Reſina hæc granullatim ſtillat (ex arbore Camphorifera dicta, quæ in Inſula Borneo, & Japon abundè creſcit;) poſtmodùmque ſublimatione purificatur, flores ſublimati, & lento igne fuſi, in panes orbiculares formantur, ſicque à Pharmacopolis emuntur.

Optima eligitur, quæ elegantèr candida, pellucidaque ſit, leviſsima, friabilis, odore forti prædita, guſtu ingrato, facilèque in igne inflammabilis: hinc propter nimiam volatilitatem ab aere defendi debet, quare in veſicis Chimicis, intra lini ſemina, aut alia ſimilia oleoſa aſſervari convenit, ne facilè expiret, & avolet.

Diaphoretica, & Alexipharmaca eſt: ideòque in febribus petechialibus, & peſtilentialibus adminiſtratur: ſuis oleoſis volatilibus particulis anodinam, etiam ſomnife-

ramque vim habet, undè cephalalgiam, alioſque dolores, narium hæmorrhagiam, gonorrhæam, ac febricitantium deliria ſedare valet; ſed præ cæteris in hyſtericis affectionibus magni eſt uſus, & emolumenti.

Cantharides, ſeu Muscæ Hispanicæ, parvæ, & oblongæ muſcæ ſunt, foris virides, pulchræ, & ſplendentes, non aliter, ac ſi inauratæ eſſent, & deſuper eleganti virore depictæ, ſapore acri, & urenti, odore nimis fœtido. In omnibus Europæ Regionibus naſcuntur, ſed præcipuè ex Italia ad nos tranſmittuntur.

Eligendæ ſunt recentes, integræ, benè exiccatæ, & prædictis notis diſtinctæ.

Ex eis omnia ferè veſicatoria conficiuntur, & ob ſuùm mordax, & cauſticum ſal, internè nunquàm præſcribendæ, ſed ab illis tanquàm à veneno corroſivo fugiendum.

Caragna, ſeu Caranna Gummi eſt, aut Reſina, dùm recens, tenax, & mollis; dùm inveterata, dura, & friabilis: coloris exteriùs ex flravo-nigricantis, interiùs picis inſtar, ſaporis viſcidi, & amari, odoriſque fragrantis. Ex Americana quadam arbore, Caragna vocata, profluit, illincque ex nova Hiſpania in magnis, latiſque fruſtis, palmæ foliis convolutis, ad nos pervenit.

Quò clarior, & purior, eó cenſetur melior, præſertim, ſi mollis, & conquaſſabilis, velut emplaſtrum, ſit, odoriſque fragrantis.

Reſolvit, & rarefacit humores viſcidos, doloreſque, ab eis in articulis ortos, diſsipat, nervos confortat, ulceraque mundat, & ſolidat.

Cardamomum majus, Granum Paradysi, Malaguetta, ſeu Milegueta: Triquetra, & parva grana ſunt exteriùs è rubro-fuſca, intùs prorſus alba, ſaporis acris, & fervidi, piperino ſimilis: fructus ſunt cujuſdam plantæ, Malaguetta dictæ, folliculis figuræ ficus, qui ex Melega, Africæ oppido, aliiſque locis advehuntur.

Recentes benè nutriti, & colore, ſapore, notiſque ſupradictis præditi, ſunt eligendi.

Eorum virtus eadem eſt, ac piperis, quamvis debilior.

CARDAMOMUM MINUS, ſeu CARDAMOMUM abſolutè dictum: Grana ſunt, quæ plerùmque in parvis, hiſque triquetris, aliquantulum oblongis ſiliquis, ex India per Bataviam ad nos mittuntur, interiùs incana, ſtriata, & exiguo petiolo prædita. Planta, ex qua ſumuntur, adhùc ignota eſt.

Eligantur ſiliquæ quàm maximè recentes, ponderoſæ, plenæque; & grana pro uſu medicinæ à corticibus, ſeu pelliculis ſeparari debent.

Notandum, quod CARDAMOMUM MEDIUM in ſiliquis longinquis, etiam ad nos tranſportatur, & in uſu pharmaceutico indiſcriminatim, cum minori uſurpatur.

Stomachum roborant, flatus diſsipant, & ideò in colica, uterique morbis proficiunt, ſimul ac in vertigine, aliiſque capitis ægritudinibus, tùm etiam ad reficiendam memoriam commendantur.

CARYOPHYLLI AROMATICI, ſeu GARYOPHYLLI, nihil aliud ſunt, quàm longiuſculum principium cujuſdam immaturi fructus arboris, ſpontè naſcentis in Inſulis Moluccis, & in Amboyna à Batavis translatum; & clavi figuram referens ſuperiùs, quatuor aculeos, ſive apices habens, in quorum medio rotundus globus, ſive oculoſus flos eminet: inferiùs verò turbinatum obtuſum, & quadantenus rugoſum coloris ex rubro-fuſci, ſaporis acris amaricantis, & valdè aromatici, odoriſque fragrantiſsimi. Ex India Orientali per Amſtelodamum ad nos deferuntur. Arbor, à qua procedunt, CARYOPHYLLUS à Botanicis vocatur, folia oblonga, lata, glabra, & ſplendentia (foliis Lauri ſimillima) proferens; flos primò albus, deindè viridis, tandemque ruber evadit, à quo fructus in principio albidi, poſtmodùm rubicundi progerminantur, qui antequàm matu-

reſcant, & fuſci fiant, baculis concutiuntur ab Inſulanis, & in ſole ritè exiccantur.

Optimi ſunt eligendi, ſatis nigri, aut fuſci obſcuri integri, ſicci, friabiles, ſuperioribus apicibus inſtructi, & qui in unguibus interpreſsi, vel aqua calida perfuſi, aliquid olei ſuppeditent, ſimùlque fragrantiſsimi ſint, ſaporeque aromatico-acri.

Caryophylli vehementèr calefaciunt, penetrant, ac reſolvunt: caput, cor, ſtomachum, & nervos potentiſsimè roborant, propterea in vertigine, ventriculi cruditate, lipothymia ſimilibuſque morbis proficui ſunt, & etiam in odontalgia à frigido catarrho orta commendatiſsimi.

Cassia Lignea, Cassia Odorata, Xilocassia, cortex eſt, figura, ſapore, & odore Cinnamomo ſimilis; ſed craſsior, ſaporeque, & odore debilior.

Arbor, ex qua cortex excipitur, ab arbore Cinnamomi ferè non multum abludit, jugitèrque in Zeylam Indiæ Orientalis Inſula invenitur, quamvis alii credant hunc corticem excipi ex arbore Canellifera creſcenti in Inſula Malabar, & Javà.

Optimus eſt recens, colore rubicundiore, Cinnamomo ſimili, odore, ſaporeque aromatico, & acuto, & qui ore maſticatus ſolubilis ſit. Vires Cinnamomo equiparantur, ſed aliquantiſpèr debiliores.

Cassia Fistula, Cassia Solutiva, vel Cassia Fistola: Siliquæ ſunt rotundæ, longæ, cylindricæ, diverſæ magnitudinis, nigro, duro, lignoſoque cortice externè munitæ, internè verò nigricantem, dulcemque ſubſtantiam, ſivè glutinoſam pulpam continentes, in diverſis cellulis diſpoſitam, in quibus nitida ſemina reconduntur.

Eligendæ ſunt ſiliquæ recentes, integræ, craſſæ, ponderoſæ, & copioſa pulpa repletæ. Arbor, ex qua decerpuntur Iuglandi ſimilis, in Ægypto, Nova Hiſpania, atque Orientali India germinat.

Pulpa uſitatiſsima eſt in Medicina ad humores bilioſos lenitèr ſubducendos, flatus tamen excitat, quapropter Medici in ægris flatuoſis ejus uſus reformidant.

CANELLA ALBA, ſivè CORTEX, WINTERANUS SPURIUS, COSTUS CORTICOSUS, ſolidus convolutus cortex eſt, forinſecùs tegumento cinereo muſcoſo, multis rimis hiante, ac inæquali obductus, intrinſecùs coloris ſubfuſci, ſaporis acris, odoris aromatici, ac fragrantiſsimi. Ex India Occidentali tranſportatur, & Arbor, de qua cortex devellitur, à Botanicis CANELLA LAURI FOLIA MAGELLANICA appellatur. Alius reperitur cortex craſſus, ſolidus, & convolutus, qui à Materialiſtis pro vero Winterano cortice venditur, & ex Jamaica aſportatur: hic cortex interiùs, exteriùſque albidus eſt, ſaporis aromatici, & acris, fragrantis odoris, & ſuperficie lævis. Cortices eligendi ſunt recentes, compacti, ponderoſi, benè nutriti, & primò dictis notis præditi.

Calefaciunt, diſcutiunt, ſtomachum roborant, craſſum, & ſcorbuticum ſanguinem attenuant, ſanguiniſque circuitum promovent.

CASCARILLA, CHACARILLA, QUINA AROMATICA, SCHACARILLA, & CORTEX PERUVIANUS GRYSEUS, *ZAGARILLA* in Officinis dicitur, Cortex eſt in tubulos convolutus, digiti, vel pollicis latitudine, & duos, tres, quatuorvè pollices longos, lineam unam, aut alteram craſſos, colore foràs cinereo caneſcente, intùs ferrugineo, ſapore amaro, aromatico odore, dum comburitur fragrantiſsimo, aromatico, ad Ambari odorem aliquantiſpèr accedente. Ex quibuſdam Americæ Meridionalis regionibus ad nos affertur, præſertim ex Paraguay.

Febrifuga, cardiaca, & alexipharmaca creditur. Doſis à ſcrupulo uno, ad ſcrupulos duos.

CASTOREUM (quod vocamus) oblongæ glandulæ, ſeù folliculi ſunt, ovi magnitudinem æquantes, forinſecùs fuſ-

ci, intrinſecùs materiam, partim ad Cinnamomi colorem accedentem, partim pinguedinoſam continentes, ſaporis, & odoris gravis, & acerrimi: in inguinibus, & ſub teſticulis animalis cujuſdam (Fiber, aut Castor ab authoribus appellati) protuberantes. Hoc Animal amphibium eſt, inter Quadrupedem, & Piſcem, aliquid de utroque participans, quod in Ruſia, Lithuaniá, Canadà, aliiſque locis procreat, quibus in Regionibus anteriores ejus partes pro carne; poſteriores verò pro piſce eduntur.

Eligendi ſunt folliculli, magni, ponderoſi, & prænarratis ſignis notati, materia friabili, dura, citrino-fuſca, tenuiſsimiſque tunicis intertexta, referti.

Communiter cum Gummi ammoniaco, ſagapeno, opoponaco, aliiſque ſimilibus pauco Caſtoreo malaxatis adulterantur, ſed pro ſinceris habentur, qui materiam multis, parviſque fibris, aut pelliculis interſectam, includunt; adulterini verò, & qui ab his notis recedunt, abjiciantur.

Caſtoreum ſale multò volatili, oleoſoque abundat, ut ex ejus ſapore, & odore demonſtratur, ideòque calefacit, ſiccat; reſolvit, & aperit; flatus potentèr diſcutit, genus nervoſum ſpecificè roborat; & in apoplexia, hemiplexia, epilepſia, paralyſi, aliiſque morbis capitis, at præcipuè in hyſterica ſuffocatione mirè præſtat.

Catechu, ſeu Terra Japonica Gummoſus, & inſpiſſatus (ex fructu Arecæ) ſuccus eſt, exteriùs ex rubro-fuſcus, ſaporis auſteri, & adſtringentis; ſed aliquomodò dulcis, & grati, odoriſque nullius, qui ex India ad nos advectatur.

Catechu virtute adſtringenti, & fortificanti pollet, quapropter in alvi fluxu, vomitu, hæmorrhagia, ſimilibuſque morbis prodeſſe creditur; & tandem ad fortificandos dentes, & ad corrigendum oris halitum, & ulcera commendatur. Sunt qui ad guſtum gratiorem, cum iſto ſucco Moſchum, Ambram, Liquiritiæ ſuccum miſcent, poſ-

teàque cum mucilagine Tragacanthi parvos trochiſcos conficiunt, quos Cachou vocant.

Cebadilla figura, & colore nigreſcente, Muſcerdam refert, & in capſulis oblongis gibboſis, quaſi corniculatis, trilocularibus, adſertur. Saporis eſt fervidi, amari, ingrati, ſicut ſtaphisagriæ, odoris nullius. Maſticata ſalivam ciet, atque acrimonia cauſtica fauces afficit, & nauſeam excitat. Ex Mexico advehitur, & quantum ex capſula ſeminali & effectu conjicere licet, Veratri, vel Aconiti eſt ſpecies.

Miræ contra pediculos eſt efficatiæ, quos vix applicita, magis præſentaneo effectu, quàm Mercurius, vel Staphisagria perimit. Semen cum capſula ſeminali in pulverem tenetur, & vel ſolus pulvis, vel axungia Suilla exceptus, applicatur. Milites, Religioſi, & Nautæ, futuras veſtium hoc ſemine fricare ſolent, atque ſe contra hos aliàs, infenſiſsimos hoſtes reddunt ſecuros.

Cerussa calx plumbi eſt, fitque ex ſubtilibus laminis, ſeu foliis plumbi circumvolutis, in ollâque optimo aceto ſemiplena, ſuper parvos baculos impoſitis, ita ut acetum non attingant: tunc olla benè cooperta, intra fimum equinum per triginta dies collatur: quo elapſo tempore, excipitur olla, in qua ab aceto corroſum apparebit plumbum, prorſuſque friabile, & albeſcens: folia, ſeu laminæ ita præparatæ, in aere probè exiccantur, & dein pulveriſantur, & ad uſum ſervantur.

Ceruſſa frequentèr cum creta alba, ab aliquibus adulteratur; bonæ tamen notæ judicatur, quæ intensè alba, tenera, ſicca, & valdè ponderoſa eſt, è contra dura, aſpera, levis, ſordibuſque inquinata rejicitur.

Exteriùs in Unguentis, & Emplaſtris, creberrimè uſurpatur, ſiccat, refrigerat, abſorvet, adſtringit, ulceraque mirificè cicatrizat.

Chermes, Kermes, Kermen, Coccum Infecto-

RIUM, vel GRANUM, & COCCUS BAPHICA, SCARLATUM, ſeu GRANA TINCTORUM, nihil aliud eſt quàm rubra, levia, ac velut ſquamoſa grana, ſeu potiùs vermiculorum receptacula, ſapore ſubacri, & amaro, odore non ingrato, magnitudineque piſum æquantes.

Grana hæc ſpecies Gallæ ſunt, quæ in truncis, ramis, foliiſque arboris cujuſdam (ILEX ACULEATA COCCIGLANDIFERA) vocatæ, ad modum excreſcentiarum adhærentia inveniuntur, originemque ducunt, à punctis quibuſdam albis, in arbore prædicta, veris initio repertis, tandemque in talia cocca, ſeu rubentia grana, inſenſibiliter abeuntibus, quæ interiùs multa continent parva, & rubicundiſsima ova: hæc revivificantur, & generati vermiculi ex granis effugiunt. Copiosè inveniuntur hæc grana in Bætica, & Murcia, aliiſque calidis Regionibus, ut in Luſitania, & Provinciis Galliæ meridionalibus.

Eligenda ſunt grana magna, integra, recentia, quæ obſcuro-rubra, medulloſa, plenaque ſint; levia, carioſa, aut ſine medulla improbantur: ex contuſis granis tabellæ fiunt, modo enim iſto, vermiculi contuſi non effugiunt, vireſque eorum integræ ſervantur.

Cardiaca, ſubadſtringentia, & confortantia ſunt, vires animales, & vitales in lipothymia reficiunt, in palpitatione, & aliis cordis affectionibus ſubveniunt; morbillorum eruptionem promovent, abortum impediunt, & in hæmorrhagiis, & alvi fluxibus, ſummoperè prorſunt.

CHINA CHINÆ, CHINA CHANA, KINA KINA, QUINQUINA, CORTEX PERUVIANUS, Arboris cujuſdam Peruvianæ, amarus, & ſubadſtringens cortex eſt, exteriùs flaveſcens, & aliquantulùm muſcoſus, interiùs, exteriùſque penitùs Cinnamomum referens.

Arbor, à qua provenit GANANAPERIDE ab incolis appellata, in America creſcit, præſertim in Quito, Provincia Regni Peruviani, montibuſque Urbi Loxæ finitimis, mag-

nitudine Ceraſſum noſtrum æquat : rotunda, fibroſaque folia inſtar Pruni profert, longum rubrum, rotundumque florem.

Cortex melioris notæ compactus eſt, colore Cinnamomo æmulans, odore pauco ad mucidum accedente, ſapore valdè amaro, non tamen nimis ingrato, aut ſylveſtri præditus.

Specificum antifebrile eſt, ideòque in omnibus febribus intermittentibus, fœliciter adminiſtratur, ſicuti etiam in continuis periodicis, & aliis morbis per circuitus repetentibus, ut epilepſia, podagra, hyſteriſmo, colico dolore, & ſimilibus.

CHINA tuberoſa, craſſa glabra, & lignoſa radix eſt, extrinſecùs colore flabo-fuſco, intrinſecùs candicans, (& carnis inſtar) ſubrubeſcens, guſtu inſipido, odore nullo. Ex Orienti, præſertim ex China (ubi naſcitur, & unde nomen accepit) advehitur. Plantaque, à qua excipitur, ſpecies Smilacis eſt, cujus folia corculi figuram repræſentant.

Optima habetur inſipida, craſſa, ponderoſa, compacta; vermibus, & carie expers, integraque.

Calefacit, ſiccat, anti-hydropica, & ſudorifera eſt, proindèque in morbo venereo, podagra, arthitide, hemicrania, malignis ulceribus, ſcabie, ſimilibuſque morbis lymphaticis maximi eſt adjumenti.

Ex Mexico itidem ad nos adfertur Radix alia CHINA MEXICANA, ſeu COZOLMECATEL indigitata, quæ valdè ſpongioſa, fibroſa, rubicundi coloris, nulliuſque odoris, & ſaporis eſt, & ad prædictos profligandos morbos, etiam uſurpatur.

CINNAMOMUM, ſeu CANELLA ZEYLANICA tenuis, & à ſuperioribus liberatus cuticulis, ac in longas cannullas convolutus eſt cortex, flavi ac rubicundi coloris, odoris fragrantiſsimi, ſaporis ſubdulcis aromatico-acris, non tamen inſuavitèr pungentis. Ex India Orientali, præcipuè

ex Inſula Zeylan per Bataviam ad noſtras Oras advenit. Arborque ex qua cortex avellitur, magnitudine, craſitieque Tiliam nostram æmulatur, magna, ſemperque virentia folia, Citro ſimillima producens, parvos, alboſque exapetalos, & ſtellatos flores proferens, tandemque parvas glandes, inſtar Olivæ præſtans.

Laudantur Cinnamomi cortices, tenues, teneri, ſaporis acuti ſubdulcis, & ſubadſtringentis, odoris fragrantiſsimi, coloriſque ex flavo ſubrufentis.

Particulis ſuis oleoſo-volatilibus vires vitales reficit, ſiccat, aperit, diſcutit, vique ſua calefacienti, & modicè adſtringenti, ſtomachum, uterum, aliaque viſcera roborat: quapropter in cardialgia, & ventriculi dolore, in paſsione hyſterica, & ſimilibus morbis, non ſine ſucceſſu uſurpatur; nec minùs in capitis affectionibus, apoplexia, catarrho, aliiſque à vitio ſtomachi præſertim ortis, maximè commendatur.

Cinnabaris Nativa lapis eſt ponderoſus, durus, & compactus, ſplendens, & ruber, qui è fodinis del Almaden in noſtra Hiſpania, copiosè eruitur, ac in diverſis, etiam Galliæ, & Germaniæ locis reperitur. Hic lapis è ſulphureis, mercurialibuſque exhalationibus per ſubterraneum ignem ſublimatis, ac cum particulis terreſtribus permiſtis exurgit.

Cinnabaris Hiſpanica nativa (inter reliquas) optima cenſetur: præfertur ponderoſa, rubri ſaturati coloris, ſplendens, & lapillis expers.

Cinnabaris factitia ex duabus Mercurii partibus, & una ſulphuris, exactè permiſtis, & ſublimatis conficitur.

Vires Cinnabaris nativæ ad morbos epilepticos, artuum convulſiones, uterique affectiones à practicis laudantur.

Cochinilla, Coccinilla, Coccinella, parvum, ac quaſi ſubrotundum inſectum eſt, externè argentei coloris, interiùs rubri, quod ex Nova Hiſpania ad nos defertur.

Inſecta hæc in diverſis plantis procreant, quæ Indi colligunt, ſimulque ſecum ad TUNAM transferunt, ut ejus rubro ſucco, ibi præparato, nutriantur, quæ Inſecta, priùs in aqua frigida ſuffocata ad umbram ſiccantur.

Eligantur craſſa, terſa, benè nutrita, ſiccca, & ponderoſa, coloris externè argentei, & nitidi, internè obſcurè rubeſcentis.

Cardiaca, ſudorifera, alexipharmaca, & antifebrilia ſunt, ac ideò in peſte, & febribus petechialibus ſæpiſsimè exhibentur. Diuretica ſunt, & in alvi fluxibus, præcabendoque abortu magnum remedium eſſe creditur.

CONTRAYERVA, ſeu DRAKENA radix eſt oblonga, nodoſa, & fibroſa, foris ruffa, intùs pallida, ſaporis adſtringentis, odoris aromatici. Ex Provincia Peruviana (Charcas vulgò dicta) ad nos tranſportatur.

CONTRAYERVA ALBA MAYOR radix eſt carnoſa, oblonga, ovi figuræ haud multùm diſsimilis, exteriùs coloris fuſci, intùs ſubalbidi, odoris, & ſaporis ſuavis aromatici.

Vires utriuſque alexipharmacæ ſunt, adſtringentes, & incidentes; quare cor, & ſtomachum roborant, venena, & noxia expellunt, & febres omnes tollunt.

CORALLINA Muſcus quidam eſt, in Mari ſuper rupes, conchaſque vegetans, & adhærens, undè etiam MUSCUS MARINUS appellatur, nihilque aliud eſt, quàm parva planta, multis exiguis tenuibus, ac quaſi capillaribus, ſibi invicem adhærentibus ſquamulis conflata, nunc cinerei coloris, nunc rubicundi, ſæpiùs herbacei, odoris ad piſces inclinantis, ſaporis ſalſi, ingratique.

Eligatur integra, pura, & à pulverulentis ſuperfluitatibus ſeparata, viridis coloris, notiſque ſupradictis inſignita.

Adſtringit, & Lumbricos enecat.

CORALLIUM, vel CORALLUS lapidea eſt planta ramis plena, foliis tamen expers, quæ in Mediterranei fundo ſuper rupes, inſtar minorum arbuſcularum, ſæpè ad pedis altitudinem exurgit

Coralliorum tres noſcuntur ſpecies; rubrum ſcilicèt, album, & nigrum, ſed ad Medicinæ uſum rubrum, & album duntaxàt veniunt.

Rubrum eligi debet compactum, ponderoſum, lapidoſum, politum, ſplendens, coloriſque rubicundiſsimi.

Album compactum, etiam durum, ponderoſum, politum, candidiſsimumque: in ejus defectu utitur Corallio albo oculato officinarum, ſeu Madrepora vulgari.

Nigrum eligaturque iiſdem notis: nigerrimum tamen, & nitidum, raro invenitur.

Corallium rubrum in Medicina reliquis præfertur, vimque dulzorandi acida poſsidet, qua noſtri corporis morboſa acida temperat, effervescentiamque qualemcumque in dyſenteria, diarrhæa, hæmorrhagiis, ab humorum acredine proficiſcentem mirificè compeſcit.

Cornalina, Carnalina, Cornelus, vel Sardius Lapis gemma eſt non ſplendens, ſed ſemiperſpicua, colore loturam carnis, ſeu carnem ſanguinolentam æmulans, quandoque etiam citrina; frequenter in Sardinia, Bohemia, Ægypto, Arabia, multiſque aliis locis reperitur.

Seligatur ponderoſa, lævis, notiſque præſupoſitis prædita.

Cornalina in pulverem redacta contra quaſcumque hæmorrhagias ſummoperè commendatur, quinariumque pretioſiorum lapidum numerum complet.

Costus Arabicus radix eſt longa, & craſſa, buxei coloris, ſaporis acris ſubamari, & aromatici, odoris fragrantiſsimi, ad Florentinam Iridem accedentis, quæ ex Orientali India ad nos mittitur. In tres plerumque ſpecies dividitur, in Coſtum videlicèt Arabicum, dulcem, & amarum: ſed omnes ferè Botanici, ex una eademque planta, omnes Coſti radices proficiſci conſtantèr credunt, quæ planta Tessianakua, vernaculo ſermone, & Sinachianfou vocatur.

Radix eſt eligenda recens denſa aromatica, ac ſubamara.

Calefacit, ſiccat, aperit, reſolvit: quapropter in ſtomachi imbecillitate, obſtructione hepatis, uteri, & renum maximè prodeſt. Et in Theriacæ compoſitione, non infimum occupat locum.

CRANEUM HUMANUM apud Pharmaceuticos eſt oſſea pars, quæ cerebri partem ſuperiorem contegit, illudque ab aere, & aliis exterioribus injuriis defendit.

Eligendum recens, ex inhumato Juvene optimè temperato, violentaque morte interempto.

Creditur ſpecificum eſſe anti-epilepticum, & anti-apoplecticum, in cæteriſque capitis infirmitatibus maximè laudatur; venenis obſiſtit, humorum tranſpirationem promovet, ventriſque fluxum cohibet.

CRYSTALLUS lapis eſt mineralis, pelluciduſque in multis Hiſpaniæ fodinis reperitur, & Montana appellatur.

Eligatur ponderoſus, ſat durus, & inſtar adamantis pellucidus.

Virtutem habet abſorventem, ideò ad lactis coagulationem in infantibus, lactiſque retroceſſum in Nutricibus, & in ſuppreſsione urinæ, felicitèr uſurpatur.

CUBEBÆ fructus ſunt parvi, rotundi, ſicci, piperique nigro ſimiles, exteriùs rugoſo cortice, exiguoque petiolo inſtructi, interiùs parvum, & rotundum nucleum continentes, odoris fragrantis aromatici, & ſaporis ſubamari. Ex Javâ, Maſcarenâ, & Borbon, Indiæ Orientalis Inſulis advehuntur. Plantaque, ex qua colliguntur, CONVOLVULI SPECIEM eſſe creditur.

Seligantur recentes, craſſæ, & benè nutritæ.

Cerebrum, ſtomachum, reliquaque viſcera roborant, appetitum excitant, flatus diſcutiunt, frigidiſque uteri affectionibus auxiliantur.

CURCUMA, ſeu TERRA MERITA OFFICINARUM, ob-

longa, dura, & tuberoſa radix eſt, Zingiberis ſpeciem referens, crocei coloris, ſaporis ſubacris, & amaricantis, odoriſque non ingrati, ex diverſis Indiæ Orientalis locis adducitur. Planta, à qua derivatur, ab Indis CACHA, ſeu KUA; à Botanicis CYPERUS INDICUS, ſive CURCUMA, vel CROCUS INDICUS vocatur, CURCUM ab Arabibus dicitur: ampla, virentiaque folia, Helleboro albo ſimilia, floremque purpureum ſubindè proferens.

Optima putatur recens, reſinoſa, dura, & non carioſa, croceoque colore tincta.

Viribus detergendi, attenuandi, diſcutiendi, menſtrua movendi, obſtructioneſque viſcerum reſerandi gaudet, urinam provocat, calculum expellit, & ideò in hydrope, nephritide, ictero, cachexia, aliiſque morbis chronicis pro ſpecifico reputatur.

DAUCUS CRETICUS, ſeu SEMEN DAUCI CRETICI, oblongum acuminatum, incanum, hirſutumque eſt ſemen, boni ſaporis, & odoris, quod ex Creta Inſula traducitur; Plantaque, ex qua colligitur, plantæ fœniculi ſimillima, inter lapidoſa, rupeaque loca excreſcit.

Probatur ſemen recens, benè nutritum, modicè lanuginoſum, ſuavi odore, acrique ſapore inſignitum.

Carminativum, diureticum, & uterinum eſt: quapropter menſtrua ſuſcitat, flatus pellit, urinam, & arenas ciet; venenis etiam reſiſtere creditur; undè ad Theriacæ compoſitionem, inter alia, recipitur.

DICTAMNUS CRETICUS, ſeu ORIGANUM CRETICUM LATIFOLIUM TOMENTOSUM craſſa, alba, lanuginoſa folia ſunt cujuſdam plantæ in Inſula Creta creſcentis, unde nomen habet: hæc planta rotunda, & utrinque lanuginoſa folia, fragranteſque purpureos floſculos (inſtar LUPULI) convolutos, cum caulibus nigris profert, & tandem ex Creta ad nos advehitur.

Folia eligantur recentia, lata, & lanuginoſa, ſapore,

& odore grato, cum floribus intermiſta: caveatur quoque, ne cum Pſeudo-dictamno adulterata ſint.

Uterina, & alexipharmaca ſunt, ideò ad promovendum partum, menſtruaque mirificè prorſunt, & Theriacam ingrediuntur.

GUMMI ELEMMI candida, pellucida, flaveſcens, & viridiuſcula reſina eſt, odoris ſuaviſsimi, dum accenditur; in fruſtis, foliis arundinis munitis ex America defertur; & ex arbore EXSURINAMA, ſive AMERICANA MYRTI LAUREÆ foliis profluit.

Gummi Elemmi eligatur, exteriùs ſiccum, interiùs molle, purum, coloris ſubalbidi, in viridem inclinantis, odoriſque grati.

Emollit, digerit, & maturat: vulneribus capitis, nervorumque valdè ſpecificum eſt.

EUPHORBIUM flaveſcens, friabile, & in parvis fruſtulis cavernoſis, reſinoſum Gummi eſt, ſapore acerrimo, fervido, nauſeabundoque pollet, odore non adeó notabili: ex India Orientali, & Africa affertur: elicitur per inciſionem ex quadam planta ſpinoſa (ferulæ haud diſsimili) ejuſdem nominis, & à Botanicis inter genera THYTIMALORUM, verè enumeratur.

Eligendum in lachrymis recentibus, puris, ſiccis, etiamque friabilibus, coloris ſubalvido-citrini, & ſupradicti ſaporis.

Gummi hoc callidiſsimum, acerrimumque eſt, quare inter purgantia quoque annumeratur, ejus tamen internus uſus non adeò tutus eſt, nimis enim impetuosè, fortitèrque operationem exercet, & internas producit inflammationes: at verò in emplaſtris, unguentis, & oleis, quæ externè applicantur, maximi eſt uſus.

FABA SANCTI IGNATII, ſive FABA FEBRIFUGA, parvus, & nimis durus fructus eſt, raró rotundus, potiùs longiuſculus (Hermodactili ad inſtar) foris levi cuticula ſub-

albida, ſive coloris fuſci circundatus, intùs ex flavo fuſco, & tandèm ſaporis amari: ab Inſulis Philipinis in Europam tranſportatur.

Creditur hanc Fabam ſemen eſſe cujuſdam fructus, Melonibus paulo majoris, in cujus centro invenitur.

Eligatur integra, minimè carioſa, & ſupradictis notis ornata.

Virtute pollet calefacienti, bezoardica, & carminativa, qua ſtomachum, inteſtina, nervoſque roborat, ac etiam in febribus intermittentibus, convulſionibus, præcordiorum anguſtiis, colica, ſpaſmo, inteſtinorum dyſenteria, affectibus uterinis, ſimilibuſque egregiam præſtat opem, & ſi magna doſi propinetur, alvum ſubducendi habet virtutem.

Folium Indicum, ſeu Malabatrum oblongum, craſſum, leve, latum, ſuperiùs tamen accuminatum folium eſt, odoris fragrantis, inſtar Caryophyllorum, ſaporiſque ſubaromatici: per ejus longitudinem tres fortiores fibræ excurrunt: pro certo habetur Malabatrum arboris Cinnamomi folium eſſe; ſed alii dicunt eſſe arboris Canellæ Malabaricæ, & præcipuè ex India Orientali affertur.

Folia eligantur recentia, magna, lata, integra, & viridia, ſapore & odore ſupradictis.

Folii vires cum Nardo conveniunt, & ad Theriacam etiam inſervit.

Galanga radix eſt, quæ ex Indiis Orientalibus tranſportatur, & in duas ſpecies dividitur, ſcilicèt in Galangam majorem, & minorem. Major eſt radix nodoſa, tuberoſa, unius, duorumve pollicum craſsitie, ex rubro-fuſco cortice contexta, intùſque medulla palleſcente, ſaporis acris aromatici, & ſubamari, odoris valdè fragrantis: ex Javâ, & Malabarâ affertur.

Colligitur ex quadam plantâ, quæ folia (ad modum Iridis) emittit.

Galanga Minor groſſa, ut pollex, eſt radix, & ad nos defertur in parva inciſſa fruſta, externa facie ad priorem accedit, præterquamquòd minor ſit; exteriùs, interiùſque rubeſcens, ſaporis, & odoris magis acris, & aromatici, quàm Galanga Major: à fructice (cujus folia Myrto ſunt ſimilia RAGONTI dicto) provenit, & in China præcipuè creſcit.

Hæ radices eligendæ ſunt ponderoſæ, recentes, benè nutritæ, compactæ, minimè carioſæ, coloris vividi, fragrantis odoris, aromaticique ſaporis, ſed in Medicina uti debet Minore.

Stomachicæ, Uterinæ, & Cephalicæ ſunt: appetitum acuunt, cruditates incidunt, flatus expellunt, menſtrua movent, & ſimul veneno reſiſtunt.

GALBANUM molle, & ceræ ad inſtar reſinoſum Gummi eſt, quod candelæ admotum flagrat, veluti reſina, ſola aqua diſſolvitur, & inter reſinas, & Gummi mediam ſubſtantiam tenet. Communitèr ad nos adfertur in fruſtis craſsis, viſcoſis, & mollibus, cum feſtucis, ſeminibus, & aliis impuritatibus permiſtum, coloris citrino-obſcuri, ſaporis amari, acris, & fortis, tandèmque ingrati odoris; aliquandò autem in pulchris, citrinis, & puris granis ejuſdem ſaporis, ac odoris, etiam affertur.

Planta, ex qua per inciſionem extrahitur, FERULA GALBANIFERA appellatur, in Arabia, Syria, Indiaque creſcit.

Galbanum, quod in granis puris, pulchris, pellucidiſque affertur, electius eſt, quàm quod advehitur in fruſtis: ex hoc autem eligantur fruſta ſicca, & ab impuritatibus liberata, coloris citrini, aliquando pellucidi, odoriſque ingrati.

Galbanum internè ſumptum menſtrua movet, vapores hyſtericos conſopit, veneno reſiſtit, externèque applicatum tumores mollificat, & reſolvit, & vapores uteri quoque compeſcit.

GRANATUS, pellucida, ſplendida, & rubra (inſtar ſucci pomi granati) gemma eſt: hujus lapidis diverſæ ſpecies inveniuntur, & ſecundum duritiem, ponderoſitatem, pelluciditatem, coloremque ſplendentem diſtinguuntur; à Pharmacopolis verò in duas ſpecies dividuntur, in Orientales, videlicèt, & Occidentales. Orientales, qui ex India Orientali ab Æthiopia afferuntur, ponderoſiores, duriores, & elegantiores ſunt, quàm Occidentales, qui in diverſis Hiſpaniæ locis inveniuntur.

Eligi debent ponderoſi, ac duri, coloris inſtar ignis, ſeu Cinnabaris nativæ.

In melancholia, ſputo ſanguinis, malignitate humorum, cordis palpitatione, fluxu ventris, ac hæmorrhagiis utilitèr adminiſtrantur.

GUAJACUM, ſive LIGNUM SANCTUM OFFICINARUM, valdè ſolidum, durum, ponderoſum, reſinoſum lignum eſt, exteriùs coloris ex albo-flavi, interiùs, ſeu in meditullio obſcuro-fuſci, aut viridiuſculi eſt, & ſapore acri pollens. Arbor, ex qua ſcinditur, magna eſt, corticem craſſum, reſinoſum, & cinericium, juglandi ſimilem habens, elegantibuſque craſsis, ac rotundis foliis conſtans, & flores coronatos, pallidos flaveſcentes, ac ex longis petiolis propendentes profert, ex quibus ſiliquæ, ſeu fructus naſcuntur.

Hæc arbor copioſiſsimè in Nova Hiſpania, & Inſula Sancti Dominici creſcit, unde in magnis, longiſque fruſtis affertur: in Medicina, lignum, cortex, & reſina (quæ per inciſionem extrahitur) valdè uſitata ſunt.

Lignum eligi debet compactum, reſinoſum, & à parte alba, & exteriori mundatum: cortex ponderoſus, durus, lignoſus, ſimulque reſinoſus, quaſi è multis lamellis compoſitus, foris caneſcens, & viridiuſculis maculis aſperſus: intùs verò ſub-pallidus ſit, ſapore acri, ac amaro, & odore non ingrato gaudeat.

Uſus ligni, & corticis in curando morbo venereo celebris eſt, ſudorem, & urinam validè promovet, propterea multis in aliis morbis, maximè arthritide, catarrhis, hydrope, ſcabie, & ſimilibus, ad ſanguinemque purificandum uſurpatur.

GUAJACI GUMMI, ſubnigra, pellucida, ac friabilis reſina eſt, ſaporis acris, & odoris fragrantis. Hoc Gummi, ex arbore prædicta per inciſionem excipitur, ſimùlque in fruſtis diverſæ magnitudinis aſportatur.

Eligi debet purum, ſplendidum, pellucidum, ac friabile, coloris ex rubro-fuſci, ſaporis acris, odoriſque grati: hujus virtutes calidiores, & magis activæ ſunt, quàm corticis, & ligni, ſed in ſupradictis morbis magnoperè inſervit, præſertim in curanda gonorhæa maligna.

GUMMI ARABICUM, THEBAICUM, BABILONICUM, ACHANTICUM, SARRACENICUM, ex albo-flavum, clarum, & pellucidum Gummi eſt, ſaporis aquoſi, ac viſcidi: ex Arbore quadam (ACACIA ÆGYPCIACA vocata) mediante inciſione ſpontè exudat.

Gummi Arabicum verum in officinis hodie non invenitur (ut ingenuè Materialiſtæ confitentur) & hoc ſub nomine, GUMMI SENICA, ſeu de SENEGA venditur. GUMMI de SENEGA Arabico Gummi ſimile eſt, ſed multò majoribus, & magis flavis fruſtis aſperis conſtat, ſapore aqueo, & glutinoſo, nullius odoris. Hoc Gummi ex arbore, quæ eſt Acacia, ſiliquis compreſsis fluit: ex Guinea Africana, juxta Senegam fluvium à Gallis aſportatur.

Eligendum album, clarum (inſtar vitri) pellucidum, purum, in ore glutinoſum, viſcidum, ſolidum, nitidum, ac ferè inſipidum. Subſtantia ſua viſcido-glutinoſa acres humores demulcet, & inſpiſſat: propterea ad tuſsim, raucedinem, ruborem oculorum, acrimoniam urinæ, dyſenteriam, & ſimiles morbos uſurpatur.

GUMMI GUTTA, GUTTA GAMANDRA, GUTTA GAM-

ba, Ghitta Gemou, Catagauna, Gummi Peruvianum, Gummi de Peru, Gummi de Gemu, durum, leve, & quaſi aureum, & reſinoſum Gummi eſt, ſapore acri, & valdè ingrato: in groſsis fruſtis ex Siam ad nos defertur. Ejus origo ab arbore quâdam (Pulli vocatâ) deducitur, quæ fructus Aurantiis ſimiles profert; ac per inciſionem excipitur.

Eligendum ſiccum, friabile, purum, leve, & flavum, ſaporis acris, & nauſeoſi.

Per ſuperiora, & inferiora humores ſeroſos, aquoſoſque potentèr expurgat; maximè in hydrope, ſcabie, morbo Gallico, & ſimilibus prodeſt; ſed cautè uſurpari debet.

Hæmatites lapis ſanguineus, fulvus, compactus, durus, & ponderoſus lapis eſt, è longis acubus, ſtriiſque coagmentatus, coloris fuſco-rubri, & in pulverem redactus: ſanguinis colorem referens; in fodinis ferri Hiſpaniæ, Galliæ, Germaniæ, ſimulque Angliæ, & aliis locis reperitur.

Optimus eſt, qui in Hiſpania in pulchris ſtriis, & exornatis fruſtis, inſtar Cinnabaris, colore ſaturatè rubro invenitur. Hic lapis nihil aliud eſt, quàm quædam ſpecies mineræ ferri: & ideò exiccat, adſtringit, glutinat, humoreſque acres edulcorat, in hæmorrhagiis, & fluxibus alvi, ſanguineiſque valdè prodeſt.

Hermodactylus oblonga, rotunda, tuberoſa, & quaſi compreſſa radix eſt, cordis figuram referens, exteriùs ex rubello-albida, interiùs verò prorſus alba, ſaporis ſubdulcis, ac glutinoſi, nulliuſque odoris: ex Syria, Smirna, & Aleppo ad nos affertur; radix eſt cujuſdam plantæ (Iris Tuberosa vocatæ) folia anguloſa, & flores obſcurè virides habentis, & in prædictis locis naſcentis.

Optimi, magni ſunt, perfecti, recentes benè exiccati, craſsi, ac ponderoſi, & extrinſecùs rubelli, intrinſecùs verò albi, & minimè carioſi.

Pituitam tenacem, & acres humores ex artubus educunt, propterea ab authoribus, Anima articulorum ſunt vocati, & in arthritide, chiragra, podagra maximè proſunt.

HYACINTHUS GEMMA, pellucidus, colore ex-aureo rubenti, igniſque flammam ſimulans, lapis eſt. Communitèr in duas ſpecies dividitur, in Orientalem, & Occidentalem. Orientalis ſplendens eſt, coloris coccinei, ex India Orientali affertur. Occidentalis verò minùs durus, ponderoſus, & ſplendens eſt, coloris citrini, ſeu Succini inſtar: ex Syleſia, ac Bohemia aſportatur, ad Medicinam verò Orientales eligi debent.

Hyacinthus lapis humores acidos edulcorat, propterеà convulſionem, fluxum ſanguinis, ventris, aliaſque hæmorrhagias compeſcit.

JALAPPA, GIALAPPA, JALAPIUM, JALAP: oblonga, craſſa, ac reſinoſa radix eſt, quæ ſicca, & orbiculatim inciſſa, ex India Occidentali ad nos affertur, colligitur ex planta Jalappa, quæ in officinis FRUCTUS RUGOSUS, & vulgaritèr *DON DIEGO DE NOCHE* vocatur, & in Inſula *DE LA MADERA* copiosè creſcit.

Eligatur in taleolis denſis, compactis, reſinoſis, ſimùlque ponderoſis, quæ manibus non facilè confringantur, exteriùs coloris fuſci nigricantis, interiùs ſubalbidi cinericei, & ſaporis acuti, denique nauſeoſi.

Hæc radix purgat omnes humores, præſertim ſeroſos, propterеà in hydrope, podagra, doloreque rheumatico valdè proficua eſt.

IPECACUANHA, RADIX DYSENTERICA, CHINA DYSENTERICA, HYPOACANNA, BEGUQUELLA, CAGOSANNA, RADIX BRASILIENSIS parva, inſtar calami ſcriptoris, radix eſt, extrinſecùs cinericia, & geniculata, intrinſecùs ſubalbida, & reſinoſa, ſaporis acris, & amari, nulliuſque odoris. Planta, ex qua colligitur, partim repens, & partim erecta eſt, oblongè acuminatis foliis (parietariæ haud

diſsimilibus) prædita, quæ flores albicantes, flaventeſque baccas (maturitate fulvas evadentes) profert, & in India Occidentali, præſertim in Perù, & Braſilia creſcit, undè ad nos transfertur.

Cæterùm diverſæ dantur hujus radicis ſpecies, & ab authoribus verè tres numerantur, ſcilicèt cinericia, fuſca, ſeu nigra, & alba; ſed cinericia dicta communior, & utilior in Medicina eſt.

Eligatur recens, tenax, compacta, reſinoſa, & craſſo cortice circundata, ab exterioribuſque fibris ſeparata, & quæ per medium, ſeu tractum, nervum tranſmittat, colore flavo-obſcuro, ſapore acri, amaro, & nauſeoſo.

Hæc radix ſpecifica eſt in dyſenteria, quamvis maligna, & contagioſa ſit, per vomitum humores educit, ita tamen ut adſtringentem ſimul virtutem relinquat, & per poros cutis quoque vitioſum expellat humorem, quæ omnia à particulis ſalinis, volatilibus, & ſulphureis, oriuntur. In febribus intermittentibus perutilis obſervatur, & in omnibus morbis, in quibus emeticum videtur eſſe neceſſarium, ſola, vel aliis medicamentis mixta, præſcribitur.

Iris, ſeu Iris Florentina, Iris Illirica, alba, & oblonga, nodoſa, paululùmque compreſſa radix eſt, quaſi unius digitti craſſa, ſaporis acris, odoris fragrantis inſtar violarum: planta Iridis ſylveſtris ſpecies eſt, in Italia ſpontè naſcens, longa, viridia, & gladiolum æmulantia folia, floremque album habens: ex Florentia, ſicca, & excorticata in taleolis ad nos aſportatur.

Eligatur ponderoſa, benè nutrita, compacta, pura, alba, ſaporis acris, & amari, odoris valdè ſuavis, & inſtar violarum grati: in omnibus pectoris affectibus, à tenaci pituita ortis maximè præſcribitur: humores craſſos incidit, ſimulque attenuat, & ad faciliorem illorum ejectionem diſponit, veneno reſiſtit, urinam, & menſtrua excitat, & movet.

Karabe Succinum, ſeu Carabe, Electrum, Gleſsum, Ambra Citrina, dura, citrina, ſeu alba, pellucida, benè olens, & ſplendens ſubſtantia reſinoſa eſt, quæ ex bitumine, ſeu petroleo, ex fundo Maris ad littora Pruſſiæ rejecta, reperitur. Succinum etiam invenitur minerale in fodinis Hiſpaniæ, Siciliæ, Sueciæ, & Galliæ.

Succinum eligatur in fruſta magna, dura, & pellucida, boni odoris, ſaporis reſinoſi, ac amari, coloris albi, ſeu citrini. Minerale impurum, & opacum eſt, coloris obſcuro-rubri; & in Medicina ad oleum extrahendum in uſu venit.

Adhibetur utilitèr in catarrhis, apoplexia, lethargo, epilepſia, ſuffocatione uterina, vertigine, & ſimilibus, in quibus, propter ſuum ſal volatile, & oleum balſamicum diſſolvit, ac demulcet acrem, ſalſamque lympham; adſtringens etiam eſt, & ideò in diabete, diarrhœis, hæmoptoe, ſeminiſque profluvio valdè utile remedium eſt.

Lacca, ſeu Gummi Lacca, dura, & friabilis, ac rubicunda, paululùm pellucida ſubſtantia reſinoſa eſt, ſaporis reſinoſi, & odoris, dum accenditur, fragrantis, quæ ex Bengala, Malabar, & Pegù Provinciis Indiæ Orientalis defertur: hæc à Formicis alatis, ſeu Muſcis, ex floribus, arboribus, herbiſque colligitur, & ſuper ramulos, quarumdam arborum apponitur, ac inſtar Favi elaborantur, & iſta inſecta in alveolis ſua ova ponunt, & eadem materia ritè obturant.

Vera, & naturalis Lacca eſt, quæ in ramulis affertur, & ex ipſa ab ovis purgata, ſit illa, quæ in Granis vocatur, poſteà grana (igne lento) fuſa in maſsis, Lacca appellatur; at in Medicina uſurpari debet ſolùm, quæ in ramulis affertur.

Eligatur reſinoſa, dura, aliquomodo friabilis, ſuperficie inæquali, quaſi granulata, colore rubicundo, ſapore reſinoſo, odore, dùm accenditur, grato, & quæ maſti-

cata ſalivam colore rubro tingit. Aliæ duæ ſpecies pro uſu Medico debilioris virtutis exiſtimantur, quia ſpoliatæ ſunt à particulis animalibus, in quibus potior virtus eſt.

Calefacit, attenuat, aperit, & ſanguinem purificat, ſudorem ciet, urinam movet; & ideò in variolis, morbilliſque maximè prodeſt: propterea viſcerum obſtructiones aperit; hydropi, aſthmati, & ſimilibus valdè utilis eſt: externè ſingularis eſt efficaciæ ad gingivarum laxitatem, putredinem, & fœtorem oris, carnemque amiſſam reparandam.

Lapis Judaicus, Syriacus, Phoenicites, Tecolithus, oblongè rotundus lapis eſt, Oleæ ſimilis, multis (ſecundum longitudinem) deſcendentibus lineis, ſtriiſque circumcircà ornatus, exteriùs colore cinereo, ſeu ſubrubro, interiùs ſubalbido, nullius odoris, & ſaporis: olim ex Judea aſportabatur, ſed hodiè in Hiſpania, & aliis Europæ locis etiam invenitur.

Eligatur oblongus, inſtar Oleæ, colore ſubalbido, aut cinericio; edulzorans eſt, propterea in difficultate urinæ, & fluxu ventris prodeſt.

Lapis Lyncis, Dactilus Idoeus, Belemites, longiuſculus, teres, & tanquam ſagitta acuminatus lapis eſt, in multiſque Hiſpaniæ locis reperitur.

Eligatur ſplendens, coloris flavi, quadam linea, plerumque quaſi diſtinctus, ubi facilè findi patitur. Virtutes eædem ſunt, ac Lapidis Judaici.

Lapis Porcinus, valdè pretioſus lapis eſt, variè formatus, & coloratus, ſimilis magnitudine Nuci Avellanæ: à Luſitanis, Bataviſque ex India Orientali affertur. Iſte verò lapis in perpaucis Hiſtricibus, hiſque ægris invenitur, qui propterea valdè rarus, & pretioſus eſt.

Hiſtrix Erinacei ſpecies eſt, & in India Orientali naſcitur, magnitudine bimeſtris Porcelli, ore cuniculo haud abſimilis, pedibus anterioribus Taxum, poſterioribus ve-

rò Urſum æmulans; cæterum toto corpore, longos, & acutos aculeos (duorum, triumvè palmorum magnitudine) gerens; verſicolores, & articulatim mox albicantes, mox ex fuſco-nigricantes, quos ira percitus cum rauco quodam murmure, in adverſarium inſurgens, erigit, ſimùlque projicit. Lapis ſupradictus in veſica fellea prædicti animalis creſcit, & generatur ſimili modo, ac lapides bezoares in ventriculo, & inteſtinis Capri-Cervi reperiuntur.

Tres ſpecies hujus lapidis inveniuntur, & inter ſe differunt in colore, ſapore, & conſiſtentia, à diverſiſque Provinciis Indiæ Orientalis aſportantur. Prima ex Malaca affertur, & eſt coloris paleæ, conſiſtentiæ duriuſculæ, ſaporis amari, non nimis ingrati. Secunda ex Regno Bona tranſportatur, coloris fuſci, durioris conſiſtentiæ, & valdè amari. Tertia verò eſt coloris nigricantis, ſubſtantiæ mollis, ac impuræ, ſaporis ingratiſsimi amari, & ex Inſula Zeylan affertur.

Lapis primæ ſpeciei cæteros antecellit, & eligi debet, Saponis ad inſtar, levis, nonnullis cicatricibus notatus, foveas à variolis relictas referentibus, & è lamellis, ſibi invicem impoſitis, conflatus, ſaporiſque amari: in defectu hujus lapidis, ſecunda ſpecie utimur; tertia verò debilis virtutis eſt.

Lapis primæ ſpeciei magnarum virium eſt: præcipua virtus alexipharmaca, & diaphoretica eſt, à ſuoque ſale ſulphureo volatili pendens; ideò in variolis, morbillis, febribus petechialibus, malignis, peſtilentialibus, & in ipſa peſte verè ſpecificum eſt.

LIQUIDAMBAR, ſeu LIQUIDAMBRA liquidum Balſamum eſt, inſtar Terebinthinæ liquidæ, odoris fragrantis, coloris clari, ſeu citrini-obſcuri, ſaporis amariuſculi, & in parvis doliolis, ex Nova Hiſpania affertur: per inciſionem ex arbore (ab Indiis OCOCOL, ſeu OCOSOL appellata) profluit.

Eligatur recens, purum, clarum, boni odoris, & ſuprà dictis notis præditum. Calefacit, exiccat, caput, nervoſque confortat, acres humores, ſeu catarrhos reſolvit, vulnera conſolidat, & denique dolores rheumaticos, podagricoſque demulcet.

Lithargyrium, ſeu Litargyrus nihil aliud eſt quàm plumbum in ſcorias redactum, mediante calcinatione, in purificatione cupri; & ex Polonia, Suecia, & Dania ad nos advehitur.

Optimum eligendum in fruſtis parvis, ſimùlque ponderoſis, coloris citrini, ſeu rubicundi, benèque calcinatis: in unguentis, & etiam in emplaſtris exiccantibus, ac refrigerantibus magni eſt uſus.

Magnes (vulgò) *Iman*, Lapis Heraclius, Lapis Syderitis, ſeu Lapis Nauticus, compactus, durus, nec tamen adeò ponderoſus lapis eſt, coloris nigri, fuſci, aut violacei obſcuri, qui in fodinis ferri Indiæ, Æthiopiæ, Italiæ, Sueciæ, Germaniæ, Galliæ, Hiſpaniæque reperitur, & ſimul ex collibus Sancti Laurentii (vulgò del *Escorial*) ad nos affertur.

Eligatur hic lapis, purus, compactus, ponderoſus, ferrum, vel alium magnetem ad ſe trahens, & qui prædictis notis ornatus ſit.

In Nautica, & aliis artibus inſervit, in Medicina verò in emplaſtris, & unguentis adſtringentibus uſurpatur, ſive diſpenſatur.

Manna ſuccus eſt gummoſus fraxini arboris, calore ſolis condenſatus in granis diverſæ magnitudinis, & figuræ, inſtar Sacchari, quamvis mollior ſit, ſaporis ſubdulcis, aliquomodò pinguis, debiliſque odoris. Ex fraxinis, quæ in Calabria, & Sicilia creſcunt, Manna menſibus Junii, Julii, & Auguſti ſpontè, vel inciſione profluit, & ſole condenſata ab incolis maxima colligitur diligentia, & in Scatulis ſervata, ad nos tranſmittitur.

Optima eſt recens, ſiccata, levis, eleganter alba, ſaporis dulcis, nullis magnis grumis, aut etiam parvis quiſquiliis defœcata; ſed quoad fieri poteſt, in granulis concreta. Notandum verò eſt majora grana, & grumos non debere abjici, ſi pura ſint, præſertim ſi in mediis grumis, aut granis aliquis ſuccus (inſtar Syrupi) contineatur, quia tunc verum eſt indicium, quod Manna ſit recens.

Manna temperata eſt, lenitèr humores educit, tutò exhibetur, ſenibus, pueris, & denique fœminis delicatis, & in ipſa infantia ab uncia ſemis, uſque ad tres, vel quatuor in adultis.

Nota illud quòd ترنجبين Tereniabin, ab Eben Zina (ſeu ut vulgò loquitur Avicena) Serapione, & Arabibus vocatur, Mannæ ſpecies eſt, quæ in Georgia, & aliis Perſiæ Provinciis, ex planta الاحي Halagi, Maurorum ſic dicta, & latine Gineſta ſpinoſa vocata, colligitur.

MARGARITÆ, UNIONES, ſeu PERLÆ parvi, & granulati lapilli ſunt, nunc prorſus rotundi, nunc angulares, albicantes, & quodammodò pellucidi, ſaporis terrei, nulliuſque odoris; iſti verò Lapilli in Oſtreis, ut alii in aliis animalibus, ſive in earum carne generantur, & ex eis extrahuntur, ut plurimum è Perſia, Indiaque Orientali, & Occidentali ad nos deferuntur, quamquàm etiam in diverſis maritimis locis, fluviiſque Europæ inveniantur.

Margaritæ ratione ſplendoris, & coloris in Orientales, Occidentaleſque dividuntur. Orientales verò ſunt compactæ, ponderoſæ, albæ, duræ, & ſplendidæ, ſaporis terrei, & abſque odore; ſed Occidentales minus compactæ, duræ, pallidæ, & ſine tanto ſplendore ſunt, & in Medicina eliguntur Orientales, ſed in earum defectu Occidentales.

Margaritæ in pulverem ſubtiliſsimum redactæ omnem

humorem acrem, acidumque in corpore contentum edulzorant, & ſimul abſumunt, ideò in omnibus febribus, hæmorrhagiis, & affectibus ab acido ortis, mirabilitèr proſunt.

Mater, ſive Nacra Perlarum, vel Margaritarum ſpecies eſt Concharum, nomen à Margaritis ducentium, quia inibi frequentiùs, quàm in reliquis inveniuntur: & nihil aliud eſt quàm ipſa Concha, in qua reperiuntur Perlæ. Conſtat, enim ex obſervatione, Oſtream (Concham quoque dictam) lympha, ſeu liquore limpido, roſcido, & perſpicuo abundare, qui dum fluit, ſi intra ſpatiola carnis effundatur, ibique retineatur, & ſenſim coaguletur, abit in Perlas, quæ ſenſim, ſenſimque per pelliculas augentur; ſi verò liquor dictus expuatur extra Concham, coagulatur ibi, & in teſtam concreſcit Conchæ, quæ Mater Perlarum vocatur. Itaque clarò liquet Nacræ, & Perlarum eandem eſſe materiam; Perlæ autem magis depuratæ, ac defœcatæ ſunt quam Mater.

Eligatur magna, dura, ſolida, ponderoſa, modicè cava, non utrimque, ſed tantùm ex altera parte; exteriùs ex convexo plana, & aliquantulùm ſubcinericia; intùs lævis, ſplendens, & argentei coloris, ſaporis terrei, & nullius odoris.

Differentia Matris Perlarum, ſive Concharum eadem ac Margaritarum eſt, & cum ipſis ferè convenit in virtute, eaſdemque vires habet: abſorvet namque acidum, urinam movet, & eſt medicamentum vulnerarium; licèt rarò pro tali ſcopo adhibeatur à Medicis.

Mastix, ſeu Mastiche reſina eſt pellucida, ex flavo-albicans, & quaſi in rotundis guttis concreta, ſaporis ſubadſtringentis, & reſinoſi, odoriſque fragrantis. Hæc reſina, ſponte ſua, ſeu mediante inciſione tempeſtate calida, è craſis ramis, & caudice Lentiſci (in Inſula Chio, Ægypto, Indiaque Orientali) creſcentis ſtillat ut plurimum. Ex

Chio Inſula ad nos advehitur, quamquàm multa quoquè ex India Orientali à Batavis affertur.

Eligatur in granis puris, pellucidis, magnis, ſimùl ſplendentibus, à cortibus, quiſquiliis, pulvere, ligniſque, ac aliis nigris impuritatibus mundatis: ſintque dicta grana, odoris fragrantis, & ſi maſticentur, in maſſam mollem, reſinoſamque reducantur.

Maſtiche ſiccat, & modicè adſtringit: quamobrem internè laxum ſtomachum confortat, ejuſque tonum vi ſua adſtringente valde roborat: in omni vomitu, aliiſque alvi fluxibus (præſertim infantum) frequenter uſurpatur; ad extra in emplaſtris, & oleis, unguentis, linimentiſque adſtringentibus, & ſtomachalibus, maximè in uſu eſt.

Mechoacanna radix eſt magna, alba, & levis in fruſta diverſæ figuræ, & magnitudinis inciſa, ex India Occidentali (præſertim ex Provincia Mechoacanna vocata) affertur. Hæc radix eſt cujuſdam Convolvuli Americani, qui à Botanicis Brionia Americana (repens folio angulo) nominatur.

Optima eſt, quæ internè, externèque albicat, magnis, veròque exiccatis fruſtulis conſtat, ſaporis ferè omnis expers, quo ipſo facilè dignoſcitur, dùm radice Brioniæ ſit adulterata: quippe ſapore tunc amaro inficitur, & lingua dura apparet; cùm Mechoacanna è contra, tenera, & ſapore deſtituta, vel inſipida ſit.

Omnes ſeroſos, ac pituitoſos humores, valdè leniter ex inteſtinis, & toto corpore educit: pro infantibus crebrior eſt ejus uſus, cùm enim pulvis inſipidus, & farinæ inſtar fieri poſsit, facillimè pultibus, aliiſque cibis permiſcetur, ſic improvida puerorum ætas ludificatur.

Meu longa, & odorata radix eſt, tenuium fibrillarum (ad inſtar barbæ) ibi implicitarum figuram oſtendens: extrinſecùs fuſca; intrinſecùs verò albicans apparens: ſaporis radici Angelicæ haud diſsimilis, ſed non adeò acris;

odore penetranti : planta ad Anethum vel Fœniculum valdè propriè accedit : ideoque à Botanicis verè Meum Foliis Anethi vocatur : radix recens, craſſa, ſapore acri, & aromatico eligatur.

Ventriculum, cæteraque viſcera, præſertim uterum calefacit, & convenit virtutibus radicis Angelicæ, & Leviſtici, ac in Theriaca ingreditur.

Minium nihil aliud eſt, quàm minera Plumbi ad rubedinem calcinata : hoc in Germania, & Anglia præcipuè fit, unde ad nos affertur.

Optimum Minium, colore rubro ſaturatum eſt, & quoad fieri poſsit, purum: & ideo pulveriſatum, unguenta aliqua, & emplaſtra temperantia, & exiccantia ingreditur.

Moschata, Nux Moschata, Nucista, Nux Aromatica, Nux Miristica, nucleus eſt (Nucis exoticæ) rotundus, durus, & craſſus, foris ſubcanus rugoſus, intùs rubicundus, & quaſi venoſus, ſapore ſubamaro adſtringente, ſimulque aromatico, & odore fragrante præditus : à Batavis ex India Orientali tranſportatur.

Nuces moſchatæ fructus ſunt cujuſdam Arboris in Inſula Banda, viciniſque locis, copioſe creſcentis, Pyri magnitudinem æquantis : folia ejus ſunt fragrantia, flores inſtar Ceraſi ; niſi quòd floſculus flaveſcat, tantamque fructuum hæc arbor profert copiam, ut arbores fructuum gravitate propendeant : fructus immaturi Pyra Moſchatellina ; maturati Mala Perſica magnitudine æquant.

Hi fructus tribus corticibus conteguntur: primus mollis, & ſuccoſus eſt, ut viride nucis Juglandis tegumentum, maturus verò ſponte ſua hians : ſecundus, qui ruber eſt non tamen integer, ſeu continuus, ſed quaſi diviſus apparet, & Macis vocatur : ſub his tertius tenuis, durus lignoſuſque cortex eſt, in quo nucleus, ſeu ipſa Nux Moſchata includitur.

Optimæ Nuces cinericiæ ſunt, quaſi marmoratæ ; intùs

verò rubicundæ, graves, ſolidæ, & oleoſæ, raſæ odorem fragrantem ſpirant, acremque, & aromaticum ſaporem in ore relinquunt.

Iſtæ verò Nuces naturæ virtutis ſunt exiccantis, & ſubadſtringentis, qua cerebrum, nervos, uterum, ſtomachum, & reliqua etiam viſcera mirificè confortant; diarrhœas, dyſenterias, & alias hæmorrhagias compeſcunt, externè una cum aliis ſpeciebus aromaticis, gravidarum umbilicis applicatæ, fœtum firmant.

MACIS nihil aliud eſt, quàm medius cortex nucis moſchatæ, eam retis inſtar ambiens, & in fruſtis diverſæ magnitudinis ab ea ſeparatus: in principio rubicundiſsimus; ſed tandem exiccatus, colorem citrino-rubrum acquirit.

Eligi debet in magnis fruſtis, colore benè ſaturato, ſapore multum acriori, magiſque aromatico, quàm Moſchatæ nucis.

Virtutes eædem ſunt, ac Nucis myriſticæ, ſed efficatiores.

MOSCHUS materia gummoſa eſt, ex nigro-glauca, ſeu ſubfuſca, inſtar ſanguinis in grumos condenſati apparens, ſaporis ſubacris, & ſubamari, odoris fortis fragrantiſsimi: in fuſcis, & piloſis marſupis (in quibus vel naſcitur, vel inſuitur) è China, Perſia, & India Orientali affertur.

Moſchus ſanguis excrementitius cujuſdam animalis eſſe videtur: quod ANIMAL MOSCHIFERUM, MOSCHIUS, ſive MOSCHI CAPREOLUS, CAPRAMOSCHUS, ET GAZELLA MOSCHIFERA vocatur. Varias coctiones, ſimulque alterationes Moſchus in ſuo proprio folliculo, infrà abdomen naturalitèr conſtituto, patitur, unde à natura ſecretus, humana denique induſtria colligitur.

Folliculi Moſchi eligantur fuſci, pilis ſubtiliſsimis inſtructi; ſed non nimis piloſi: hi autem verè fuſci ſint. Moſchus à folliculis ſeparatus, optimus eſt ſiccus, colo-

re rubicundo, odore forti, valdè aromatico, ſaporeque amaro præditus.

Virtutes ejus in nimis volatilibus ſalinis, oleoſiſque particulis conſiſtunt, quibus reſolvendo, & calefaciendo, ſpiritus vitales mirè confortant, eoſque ad ſanguinis motum progreſsivum ciendum, perpetim conſervant: ideo ad lethargum, apoplexiam, cordis palpitationem, & impotentiam, affectiones capitis & nervorum, à frigore & humoribus craſsis ortas, proficere creditur; ſed notandum, quòd in paſsione hyſterica, & omnibus affectibus hypochondriacis non eſt in uſu, quia plus officit, quam proficit.

Mumia ſubſtantia eſt reſinoſa, dura, & nigra, ab humanis cadaveribus aromatibus conditis, proveniens, ſapore ſubacri, & amariuſculo, odore fragranti prædita. Ex corporibus balſamatis (in Sepulchris, ſeu Pyramidibus) inhumatis, extrahebatur, & ad nos ex Ægypto olim afferebatur; ſed hodie Mumia, quæ ad nos advehitur, nihil aliud eſt, quàm corpora humana, bitumine Judaico, reſina, myrrha, & aloe balſamata, & petiis cannabinis ligata, ſimulque in Clibano exſiccata: & à Mercatoribus in fruſtis tranſportatur.

Eligi debet nigra, levis, nitida, boni odoris, & ſupradictis notis ornata.

Mumia, balſamica, calefaciente, acri, ſolvente virtute, humores craſſos, flatuſque attenuat, etiamque diſſipat, ſanguinem grumoſum, coagulatumque diſolvit. Corpora humana è Mari in littora Libyæ ejecta, & ſub arena, ſolis æſtu exiccata, Mumia vocatur alba, ſed in Medicina nullius uſus eſt.

Myrobalani fructus ſunt magnitudinis Prunorum, qui ex India, lociſque aliis, ut Bengala, Goa, aſportantur. In officinis quinque habentur Myrobalanorum ſpecies, quæ Belericæ, Chebulæ, Citrinæ, Emblicæ, Indæque vocantur.

MYROBALANI BELLERICI fructus ſunt rotundi, foris ex-citrino-fuſci, intùs verò flaveſcentes, duro nucleo præditi, acriuſculum, & ſubadſtringentem ſaporem habentes, quorum Arbor folia profert, lauriformia, & ejus magnitudo, Pruno ſimilis eſt: Optimi magni, integri, bene nutriti, & ſimul recentes.

MYROBALANI CHEBULI, CHEPULI fructus ſunt oblongi (inſtar Dactilorum) foris obſecurè-fuſci, ponderoſi, & paululùm rugoſi, longum oſsiculum includentes. IN BENGALA, ET DECAN arbore ſylveſtri increſcunt, magnitudine Malum perſicum æquanti. Optimi fructus magni ſunt, ponderoſi, duri, & benè nutriti, coloris fuſci, ſaporis ſubamari adſtringentis.

MYROBALANI CITRINI, ſeu LUTEI, fructus ſunt oblongi, ſeu ovales (inſtar Olivarum) coloris flaveſcentis, & ſub cute carnoſum, nucleum, durum, & anguloſum includentes; quorum arbor folia (inſtar Sorbi) profert; & in Goa præcipuè creſcit. Eligi debent ponderoſi, duri, benèque nutriti, colore citrino, ſapore adſtringenti, & ingrato præditi.

MYROBALANI EMBLICI, EMBLEGI, AMBEGI, DE SENI, fructus ſunt ſexangulares, rotundi, groſsi (inſtar Gallarum) & in ſex partes per maturitatem dehiſcentes, oſsiculum turgidum includentes, ſaporis ſubacris, & adſtringentis, coloris fuſci nigreſcentis: magnis arboribus innaſcuntur, longaque, rotundè inciſa (inſtar Filicis) folia habentibus. Eligendi ſunt carnoſi, puri, & tandem ponderoſi, ab oſsiculis mundati, coloris ſuperiús dicti, & ſaporis.

MYROBALANI INDI, ſeu NIGRI, ſeu DAMASONII, fructus ſunt oblongi, groſsi (inſtar parvæ Glandis) ſuperficie octangulari, foris rugoſi, ſolidi, duri, intùſque coloris nigri, & in India Orientali (unde nomen habent) creſcunt in magna arbore, cujus folia SALICEM referunt.

Optimi eligendi, craſsi, ponderoſi, benè nutriti, &

ſiccati, colore nigro (inſtar bituminis Judaici) ſapore ſubacido, & adſtringenti præditi.

Omnes ſpecies Myrobalanorum debilitèr laxant, vehementiuſque adſtringunt; ſed in Medicina Citrini præferuntur, & eis in diarrhœa, dyſenteria, præſertim bilioſa, communnitèr utimur: ſunt enim Cholagogi Chebuli, & Emblici Phlegmagogi, Indi denique Melanagogi.

Myrrha Gummi reſinoſum eſt, ex fruſtulis rubicundis, ſeu ex flavo-fuſcis, iiſdemque cæſis, ſeu albis ſtriis interſtinctis conſtans, quod præter ſaporem amarum, & acrem, aromaticum odorem habet ſatis vehementem: ex Æthiopia, & Ægypto ad nos transfertur.

Arbor, ex qua per inciſionem extrahitur, ſpinoſa eſt, in Arabia Felici, Ægypto, Æthiopia, Albiſinave creſcit.

Eligatur hoc Gummi in pulchris, claris, ac pellucidis lacrymis; exteriùs coloris rubicundi, vel citrini, intùs vero cum albis ſtriis, & maculis inſtar ungulæ humanæ; leve, friabile, ſaporis amari, & acris, odoris fortis, non nimis ingrati.

Myrrha calefaciens, reſolvens, & alexipharmaca eſt: uterum ab omni impuritate liberat, & à parturientibus valdè deſideratur, eò quòd vivum, mortuumque fœtum, ſecundinas, & alia promovet; variolas, morbilloſque expellit, putredinem, ac morbos contagioſos arcet; à prudentibus propterea Medicis, hominibuſque aliis ægros inviſentibus, in ore detinetur, & maſticatur.

Opium ſuccus concretus papaveris albi eſt, ponderoſus, partim gummoſæ, partim reſinoſæ naturæ, colore obſcurè-fuſco, ſapore acri, & amaro, odoreque moleſto, & narcotico præditus. Ex Ægypto, & Græcia in fruſtis, ſeu boletis parvis, foliis papaveris involutus, nobis affertur. Capita papaveris albi, undè elicitur, unicuique nota ſunt. In Turtia papaver album magna abundantia, ad opium extrahendum, ſeritur, & colligitur; formata namque pa-

paveris capita inciduntur, ut ſuccus lacteus exudet, quem paululùm inſpiſari curant, & deniquè legunt. Notandum verò hoc genuinum Opium, ſecundum Materialiſtas, raro vel numquàm in Europa inveniri; ſed iſtius loco alium quemdam ſuccum è capitibus, ac foliis papaveris exprimi, ac decoqui (aliàs) propriè Meconium dictum, quod noſtris in officinis pro Opio ſervatur, & venditur.

Opium anodinum, ſomniferum, & diaphoreticum eſt; furibundos ſpiritus animales compeſcit, ac demulcet: & ideo omnes dolores ſedat, diarrhœas, vomitus, & alias hæmorrhagias corrigit, ſudoreſque etiam excitat, & tamquàm incomparabilis medicina magni eſt uſus, præſertim debita doſi, debitoque tempore adminiſtrata.

Opoponax Gummi eſt leve, pingue, ac friabile, foris ex rubicundo-flavum; intùs albicans, ſaporis amari, & ingrati, odoriſque gravis: planta, ex qua ſtillat Panax Heracleum vocatur, folia habens (inſtàr Paſtinacæ) alboſque umbiliferos floſculos, caulemque lanuginoſum, albam etiam radicem, circa quam incolæ ſpatium ab omni ſorde purgatum aperiunt, ibidemque ponunt magna folia, ſuper quæ emanantem è ſauciatis radicibus, ſuccum fluere, ac ſiccari ſinunt: hæc planta in Macedonia, Beotia, & in Phocide creſcit, quibus ex locis nobis affertur.

Optimum recens, purum, friabile, & in grana redactum; exteriùs citrinum; intùs verò album, odoris ingrati, & ſaporis amari.

Emollit, attenuat, ſimulque reſolvit, quarè ad emplaſtra, & alia reſolutiva componenda uſurpatur.

Oculi Cancrorum, ſeu Astacorum Fluviatilium Lapilli ſunt albicantes, duri, ac rotundi, ſuperiùs convexi, ſubtùs plani, parva foveola notati; ſaporis terreſtris, odoriſque nullius: in Cancris, ſeu Aſtacis fluviatilibus reperiuntur, præſertim circa illud tempus, quo antiquas teſtas deponere volunt, in menſibus, nempè

Majo, Junio, & Julio, dum albeſcens liquor, quo replentur, in illis indurecens, in hujuſmodi lapillos abit, qui tàm in capite, quàm in ventriculo Cancrorum Marium, vel propè inveniuntur, & generantur; ideòque pro oculis perperam habentur. Iſti lapilli ſponte ut plurimum à Cancris proliciuntur; at quandoquè ex ipſis coctis educuntur, vel depromuntur: illorumque lapillorum magna copia in littoribus fluviorum Orientalis Indiæ, & in Marchionatu Brandemburgico colligitur, illincque ad nos transferuntur.

Optimi eligi debent, magni, integri, albi, non adulterati, ſeu artefacti. Oculi Cancrorum vi dulcificandi pollent, qua omne exuperans acidum in corpore infringunt, abſorvent, ſimulque præcipitant: ac propterea ad ardorem ſtomachi, colicam, pleuritidem, calculum veſicæ, & renum, febres continuas, & erraticas, internas, externaſque læſiones, quotidie à Medicis præſcribuntur.

Pareyra Brava, ſeu Butua veriùs Brutua: Radix eſt lignea, fibroſa (inſtar radicis Thymelææ) diverſæ magnitudinis, coloris fuſci; primo guſtu dulcis, deindè ſubamara. Planta, ex qua hæc radix colligitur, Clematitis ſpecies eſt, & à Luſitanis Pareyra Braba, id eſt Vitis Sylvestris vocatur. In India Occidentali, præſertim in Braſilia creſcit, unde ad nos affertur.

Eligi debet longa, paululùm intorta, & quaſi tornata; exteriùs coloris fuſci, multiſque elatis annulis, & nodulis ornata; interiùs verò cinerei, & circulis interſtincta, ſaporis dulcis, amariuſculi, & acris.

Hæc radix in omnibus renum, & veſicæ morbis, qui curationem admittunt, ſpecificum remedium eſt: tàm blandè, tàm lenitèr virtutem, & vires ſuas exercet, ut nulla planè ſe offerat ocaſio morbi, pro quo ſine ullo metu non exhiberi poſsit.

Petroleum, ſive Oleum petræ, Naphtha: oleum

K

eſt ſubtile liquidum, pingue, è mineralibus profluens in Italia, ac Sicilia, & deniquè in Gallia; è montibus, & petris ſcaturit; diverſi coloris petroleum eſt, ſcilicèt albi, flavi, & quoque nigri: album, rubrum, & flavum ex Italia (ſed raro) advehitur; nigrum verò ex Languedoc, Provincia Galliæ, communitèr affertur.

Petroleum nigrum eligatur mediocris conſiſtentiæ, validique odoris, ſaporis acris, & amari, coloris nigri.

Petroleum album, rubrum, & flavum eligi debent liquidioris ſubſtantiæ, odoris non ingrati, ſed penetrantis; ſaporis acris ſubamari: & ſunt nigro præſtantiora. Calefaciunt, ſiccant, digerunt, tandemque reſolvunt: proptereà in doloribus podagricis, & rheumaticis, ſimilibuſque conferunt.

PIPER NIGRUM, MELANOPIPER: fructus eſt rotundus, globoſus, rugoſus, & niger, ſaporis acris, & fervidi, odoriſque boni aromatici.

Planta, ex qua Piper prodit, in Java, Malaca, Sumatra copiosè invenitur: ſpecies Convolvuli eſt, magna lata folia habens, & craſsis fibris ornata: & ad inſtar Hederæ, Capreolis ſuis, & aliis arboribus adhæret: grana piperis, ſine pediolis, Capreolis ſuis inhærent inſtar racemi; & ea inſtante maturitate, colligunt, & ſub ſole ſiccant, ut nigra, & rugoſa fiant.

Eligendum eſt ponderoſum, compactum, purum, non nimis rugoſum, & quod ſupradictis notis ſit ornatum.

Piper dictum ob ſuum ſal volatile calefacit, reſolvit, exiccatque: quare ad ventriculum frigidum, & deſiccandam pituitam, mirificè prodeſt; ſed notandum, quòd dum ſine cognomine Piper à Medicis præſcribitur, nigrum ſumendum eſt.

PIPER ALBUM, LEUCOPIPER, ex prædicto pipere nigro (ſola, & artificioſa maceratione) excorticato præparatur, & fit à Materialiſtis hoc modo: maxima, graviſsimaque

piperis nigri grana aqua marina macerantur, donec cortex ſuperficialis infletur, & ſeparari incipiat, tuncque ſoli exponuntur, & exterior, rugoſaque pellicula mox ſecedit; grana itaque ipſa ex nigris, in alba cinerea abeunt, vel potius nigro cortice exuta, albedinem ſuam detegunt.

Eligendum groſſum, ponderoſum, dicto colore præditum, abſque nigredine, abſque fragmentis, abſque pulveris, alteriuſve impuritatis permiſtione: ejus vires eædem, ac piperis nigri, ſed ſuaviores.

Piper Longum, ſeu Macropiper fructus eſt oblongus, teres, cinericeus, è multis granis ſibi invicèm accretis conſtans, ſaporis acris, & amari. Planta, ex qua colligitur, ſimilis eſt plantæ piperis nigri, ſolùm in eo diverſa, quod non adhæreat, nec tam altè circumſerpat, ſed inſtar fructicis erecta ſit, & prope terram diſpergatur, de qua Piper longum (ad modum vermiculorum) dependet, & in India Orientali, præſertim in Bengala, ejus eſt copioſus proventus.

Eligatur recens, ſolidum, & durum, minimè carioſum, coloris cinericei, ſaporis acris, inſtàr piperis nigri, & ſimùl cum ipſo in viribus convenit.

Plumbum, ſeu Saturnus metallum eſt molle, maximè fuſile, & ponderoſiſsimum, ſubnigri coloris, ſplendentiſque; & mediante fuſione mineræ Plumbi præparatur: in Hiſpania, Anglia, Gallia, Polonia, Germania, & aliis multis locis mineræ plumbi inveniuntur; ſed quod ad nos tranſportatur, ex fodinis (vulgo de *Sierra Morena*) extrahitur, & in Villa (vulgo) dicta *de Linares* media fuſione in furnis facta, à partibus impuris mineræ ſeparatur.

Eligi debet purum, molle, ponderoſum, ſimùlque ſplendens, & lene.

Deſiccativum, refrigerans, adſtringens, & reſolutivum eſt, in emplaſtris, unguentis, ſimilibuſque medicamentis, uſtum, & in pulverem redactum, multùm in uſu venit.

POMPHOLYX, NIL, NIHILI ALBUM pulvis eſt albidus, & levis, qui in præparatione, & fuſione Orichalci, operculis crucibula operientibus, ac forcipibus operariorum adhæreſcit, è Batavia affertur, ubi præparatur puriſsimus: eligatur Pompholyx alba, pura, levis, ſimùlque tenera. Detergit, & exiccat: in Cancro, aliiſque ulceribus externis, variis quoque oculorum affectibus valdè utilis eſt.

RHABARBARUM, ſeu RHEUM prægrandis, oblonga, & tuberoſa radix eſt, nonnihil fungoſa, ſimùl tamèn ponderoſa, extrinſecùs flava, intrinſecùs verò Nucem Moſchatam repræſentans; ſaporis amari, & nauſeabundi, adſtringentem amarorem poſt ſe relinquens, odoris boni ferè aromatici.

Planta ex qua hæc radix colligitur, à Botanicis LAPATUM MAXIMUM rotundi-folium, exoticum, ſeu Rhabarbarum verum vocatur; & in China, Perſia, Moſcoviaque præcipuè creſcit, undè radix iſta in fruſtis diſſectis, & ſiccatis ad nos advehitur.

Rhabarbarum Sinicum, ſeu Orientale optimum eſt; Perſicum, ſeu Turcinum medium ſe habet, inter Sinenſe, & Moſcoviticum; Moſcoviticum verò hodiè parvi, vel nihili æſtimatur.

Eligatur recens, benè exiccatum in fruſtis mediocris magnitudinis, mediocriter quoque durum, & ponderoſum, alternis ſtriis, una aurea, altera crocea, tertia verò alba notatum; & quod ore ſumptum, ac maſticatum, amarum, & adſtringens appareat; benè quoque oleat: chartæque illitum croceum colorem imprimat, & quod ab iis notis recedit, tanquam inveteratum, & carioſum abjiciatur.

Ejus præcipuè virtus eſt, bilem, alioſque vitioſos humores mediocritèr purgare, expellere lumbricos, & interimere, ſimulque ejicere, bilemque nimis craſſam, oleoſamque alterare & corrigere: ideò in Ictero, ſimilibuſque morbis, tantopere commendatur: prætereà vim adſ-

tringentem habet abſconditam, cujus reſpectu in diarrhoeæ, dyſenteriæque initio uſurpatur, præſertim toſtum, atque lotum.

Rhaponticum, ſive Rhabarbarum forte Dioſcoridis, & Antiquorum, radix eſt oblonga, craſſa, foris fuſca, intùs verò crocea, laxa, & rara, tranſverſim ſecta, ſpiras oſtendens, ſaporis amaricantis ſubacris, & adſtringentis, odoriſque boni.

Tanta cum Rhabarbaro intercedit ſimilitudo, ut exiſtimetur ab una planta utramque radicem provenire; ſed à Rhabarbaro differt, eò quòd ore ſumptum, & ſimùl maſticatum viſcoſitatem relinquat, minùs ſolidum ſit, exteriùs colore flavo, interiùs verò variegato, longis, rubriſque ſtriis ſignatum, vel diſtinctum.

Eligatur recens, benè nutritum, coloris, & ſaporis ſuperiùs dicti: hodie raró, & ferè nunquam in Medicina adhibetur, præterquamquòd in Theriacam ingreditur: adſtringens, & vulnerarium eſt.

Rubinus, Carbunculus, Anthrax, Pyropus, lapis eſt pellucidus, durus, & ſplendens, coloris elegantèr coccinei, aliquotiès quoque ſub-cœruleo miſti: & ex Zeylàm, Cambayà, & Biſnagàr nobis advenit.

Eligatur ponderoſus, durus, pellucidus, ac ſplendens, limæ reſiſtens, vividi deniquè coloris: in morbis, ſeu febribus venenatis pro confortante Medicina habetur, & in Medicaminum confortantium, & cardiacorum compoſitionem præcipuè ingreditur: habet enim vim corrigendi, & dulcificandi humores acres, ac acidos, ideòque in diarrhoea, dyſenteria, & hæmorrhagia mirè prodeſt.

Sagapenum, Serapinum, Gummi eſt pellucidum, foris plerùmque flaveſcens, intùs parùm albicans, odoris ingrati, & gravis (inſtar Porri) ſaporis acris, coloris Myrrhæ.

Planta, ex qua mediante inciſione fluit, FERULÆ ſpecies eſt, & in Perſia creſcit, undè ad nos affertur.

Eligatur in lachrimis pellucidis, & puris, notiſque ſupràdictis præditum.

Incidit, attenuat, reſolvit, tandemque aperit: quamobrem in aſthmate, tuſsi, aliiſque morbis à viſcida, tenacique pituita ortis, internè adminiſtratur; externè verò in tumoribus, & affectibus ab humoribus frigidis natis, ſummè proficuum eſt.

SAL ARMONIACUM, SAL SOLARE, FULIGO ALBA MERCURIALIS, SAL MERCURIALE PHILOSOPHORUM, SAL AMMONIACUM, clarum, nitidum, ſtriatum, amarumque, & acre ſal eſt: ex urina, fuligini, & ſale communi factum in rotundis orbibus, ollarum opercula referentibus, fuſum, ſeu ſublimatum: ex Oriente, itemque ex Ægypto, ubi elaboratur, nobis affertur.

Optimum verè ſiccum eſſe decet, elegantèr candidum, purum cryſtallinum, ſaporis acris penetrantis.

Aperitivum, reſolutivum, & ſudorificum eſt, ideoque ad febres erraticas, omneſque morbos à phlegmate in ventriculo, & meſenterio dependentes, alioſque ſimiles perutile eſt; externè quoque in angina, & oculorum affectibus prodeſt.

SAL CATHARTICUM AMARUM, Sal mirabile, minerale eſt, album, cryſtallinum, inſtar Nitri, ſaporis nitroſi, & amari, in aqua facilè ſolubile, & in igne fuſibile: hoc nobis affertur ex Anglia communitèr adulteratum, ubi ex aquis mineralibus Ebſonienſibus extrahitur, & in noſtra Hiſpania, juxta oppidum (vulgo *VACIA-MADRID* vocatum) quod tribus leucis diſtat à Matrito, ibi in ſcaturigine Aquæ mineralis, ſponte coagulatur, & magna in copia colligitur poſtque in officinis mediante ſolutione, evaporatione, & cryſtallizatione purificatur: itèmque, eodem modo, ex aqua prædicti fontis ſal ſeparatur, &

elaboratur. In Provincia (noſtro idiomate) *LA MANCHA* vocata circa Villam (vulgo *SANTA CRUZ DE LA ZARZA*, ſimilis invenitur fons, ex quo tàm ſponte, quàm artificialiter Sal eodem modo educitur, & ſeparatur.

Eligatur album, purum, Cryſtallinum, facilè in aqua ſolubile, & in igne fuſibile, inſtar nitri; ſed quod non inflametur, nec detonet; at in ore ſumptum, ſicut nitrum liqueſcat, & quod ſit ſaporis acris, & amari.

Hydragogum, & diureticum eſt: ideòque in hydrope, & urinæ affectibus valdè utile cenſetur, & quoque in febribus intermittentibus, ac aliis ab obſtructione pendentibus.

SANGUIS DRACONIS reſina obſcurè rubra, ſicca, & friabilis eſt, quæ igni admota, ſtatim ſolvitur, ac flammam concipit, attrita ſanguinei coloris redditur, ſaporis reſinoſi ſubdulcis adſtringentis, nullius odoris: ſponte & per inciſionem ſtillat ex Arbore DRACO vocata. In Africa, in Inſulis Canariis, aut Fortunatis, & in India Orientali, & Occidentali reperitur, illincque advehitur, certum quoque eſt, ex aliis diverſis arboribus ſuccum ſanguini Draconis ſimillimum profluere.

Optimus eſt purus, reſinoſus, ſiccus, friabilis, & rubicundiſsimus, ſaporis ſubdulcis, & adſtringentis, qui refrigerante & adſtringente vi pollet, qua in dyſenteria, hæmorrhagiis, ac vehementioribus fluxibus internè mirificè prodeſt, externè verò in omnibus vulneribus valdè utilis eſt.

Sanguis Draconis factitius, nihil aliud eſt, quàm Gummi arabicum (mediante ligno Braſilienſi colore rubro) imbutum, & in rotulis, ſeu maſsis nitidis, interiùs, & exteriùs rubris formatum: alii verò cum reſina communi fuſa, ſanguinem Draconis impurum, & pulveriſatum miſcent, ex qua miſtione paſtillos conficiunt, ſed quoquomodò factitius, omnino è Medicina rejici debet.

SANTALUM, ſeu SANDALUM lignum eſt durum, & ponderoſum, quod ex India Orientali à ſuo cortice mundatum, nobis transfertur, cujus tria genera inveniuntur, ſcilicet album, citrinum, & rubrum.

SANTALUM ALBUM lignum eſt durum, ponderoſum, album, & inodorum: ex TIMORA Inſula in fruſtis magnis excorticatis, & purgatis affertur. Arbor, ex qua ſcinditur Fraxino haùd diſsimilis, in prædicta Inſula totas ſylvas replet: eligatur notis ſuperius dictis præditum.

Temperat, ſiccat, aperit: hepaticum ſimùl, & cardiacum eſt.

SANTALUM CITRINUM lignum eſt ſolidum, flavum, & odoratum, ſapore ſubamaro, & aromatico odore præditum, ſimiliter in magnis fruſtis affertur; & arbor, ex qua depromitur, ſimilis arbori Santali albi eſt.

Eligendum, quod ſit odoratiſsimum, valdè ponderoſum, & ſaporis ſubamari. Cardiacum, ſtomachicum, ac cephalicum eſt.

SANTALUM RUBRUM, Meditullium lignoſum ſiliquoſæ cujuſdam arboris eſt; valdè durum, & ponderoſum, coloris fulvi, ſaporis adſtringentis, & nullius odoris.

In magnis fruſtis, longis, ex TANASARIN Inſula, & quidem ab ea parte, cui COROMANDEL nomen eſt, advehitur.

Eligendum ponderoſum, coloris rubri obſcuri, ſive fuſci ſanguinei; ſubadſtringens, & refrigerans eſt: ideòque in fluxibus alvi, ac ſimilibus mirificè prodeſt.

SAPHYRUS lapis eſt Cœruleus, pellucidus inſigni duritie præditus, eaque ad Adamantis duritiem propè accedente: optimus Orientalis, ponderoſus, pellucidus, durus, ſplendens, & qui ex Calecùt, Pegù, Biſnagàr, & Zeylàm ad nos advenit.

Occidentalis ex Bohemia, & Sileſia transportatur, ſed eſt infimæ notæ: pro Medicamento ophthalmico, cardiaco, & confortante habetur.

Humores acres, diarrhœaſque compeſcit.

SARSAPARRILLA, ZARZAPARRILLA è multis longis, & ſarmentoſis radicibus conſtat, craſsitie ſcriptorium calamum æquantibus, ex uno nodo pendentibus, iis quidem extrinſecùs pallido-fuſcis, intrinſecùs verò albicantibus.

Planta, ex qua iſtæ radices colliguntur, SMILAX ASPERA PERUVIANA appellatur: in Indiæ Occidentalis locis humidis præcipuè creſcit, undè nobis afferuntur radices dictæ.

Eligantur longis fibris benè nutritis, & flexibilibus, forìs fuſcis, intùs verò albis minimè carioſis, & quæ facilè findantur.

Sudorifera, & deſicans radix iſta eſt, ac ideò in lue venerea, & omnibus morbis ab ea ortis pro ſpecifico habetur, in rheumatiſmo, iſchiadico dolore, podagra, & ſimilibus affectibus multùm prodeſt.

SASSAFRAS lignum eſt, quod ex arbore Saſſafras appellata ſcinditur, ſed hodie in Medicina hujus arboris radice utimur, quæ ex Novæ Hiſpaniæ Provincia *LA FLORIDA* dicta, nobis advehitur, ubi hujuſmodi arbores integras Sylvas replent.

Eligatur habens corticem tenuem, foris cinerei coloris: intùs verò fuſci ferruginei, ſub quo contineatur levis, poroſa, lignoſaque ſubſtantia, quæ immediatè ſub cortice cana apparet, in medio autem rubicundè-albicans, ſaporis acris aromatici, & dulcis, inſtar Fœniculi, odoriſque fragrantis, cortex melior eſt radice, & radix melior ligno.

Valet maximè in omni morborum genere à lue venerea orto, in imbecilitate ſtomachi, colica, renum calculo, in ſterilitate emendanda, & ſimilibus affectibus, præſertim in catarrhalibus pro ſpecifico adhibetur.

SCAMMONIUM, SCAMMONEUM, reſinoſus ſuccus eſt, ex cinericeo-nigricans, ſaporis acris, & nauſeoſi, odoris

valdè ingrati. Planta, ex cujus radice ſtillat volubilis, ſeù Convolvulus Syriacus, à Botanicis, & Scammonia Syriaca vocatur, circa Provinciam Aleppo dictam, & Sancti Joannis de Acre copiosè creſcit, ubi ſuccum è radice expreſſum (non in Sole, ſed ſuper ignem) exiccant, & ad nos tranſmittunt.

Scammonium eligatur purum, leve, & friabile, tenerum, dum frangitur: perlucidum apparens, coloris cinericei, ſaporis acris, & nauſeoſi, ac denique odoris ingrati.

Omnes aquoſas, bilioſas, pituitoſaſque humiditates expurgat, ſed magnam ſimùl turbam excitat: quare ut plurimum à peritis Medicis ſolùm per ſe, non præſcribitur, ſed aliis purgantibus pro ſtimulo additur.

Schoenanthum, Foenum, ſive Pastus Camelorum, Juncus Odoratus, Palea de Mecha, ſpecies Junci eſt, & Juncus odoratus vocatur, qui parvam, fibroſamque radicem habet, ex qua longa, rigida, & acuminata Juncea folia creſcunt, inferiùs craſſa inſtar Juncorum aquaticorum, quæ ſiccata, flava evadunt, & inter folia rotundi caules exurgunt, in quorum ſummitatibus, parvi ſpicati lanuginoſi flores excreſcunt, coloris rufi, & perpulchrioris apparentes. In Arabia Felice, & in Choromandel totus Schœnantho repletur campus.

Schœnanthi palea eligatur recens, levis, integra, ſaporis aromatici grati, & valdè boni odoris: flos ſchœnanthi, optimus, recens, levis, odoratiſsimus, coloris rufi, ſaporis acris, & melior eſt quàm palea: vi pollet calefacienti, & ſubadſtringenti ob ſuum ſal ſulphureo-volatilem: ideòque caput, ſtomachum, ac reliqua viſcera confortat, ſimùl urinas, menſtruaque movet, appetitum acuit, & malignitatem humorum corrigit.

Scincus Marinus animal parvum quadrupes eſt, & amphibium, inſtar Lacertæ, haud Crocodilo diſsimile, plerùmque manus longitudinem, & pollicis latitudinem ha-

bet: foris cinericium, & ſquamoſum, oblongè-rotundo capite, ore acuminato, longa, rotundaque cauda præditum, ex qua ad caput uſque linea fuſca excurrit. In Nilo flumine naſcitur, undè ad nos transfertur.

Scinci eligantur magni, craſsi, & longi, albi, ponderoſi, ſicci, integri, tandèmque recentes, odoris muſcidi expertes. Alexipharmaci, & Aphrodiſiaci ſunt.

Semen Santonici, Semen contra Vermes, Cinæ, Sanctum, Zedoariæ, parvum, oblongum, ex flavo-viridiuſculum, aromaticum, amarum, & acre, ac de ſpecie Abrotani ſemen eſt, & in Perſia creſcit, undè ad nos pervenit.

Eligatur recens, benè nutritum, & purum, odoris fortis, ſaporis amari, uſus ejus communis, & vulgaris eſt, ad enecandos lumbricos in infantibus, & ad menſtrua promovenda quoque præſcribitur.

Senna, Folium Orientale, ſive Sena planta eſt, cujus folia parva ſunt, oblonga, & acuminata, & à caulibus ſuis ſeparata, ſaporis amari ſubacris, ac nauſeoſi, coloris ex flavo-viridis. In Perſia, Ægypto, & Alexandria creſcit, undè ad nos advehitur.

Optima eſt ex Ægypto, & Alexandria, quæ Orientalis dicitur, ejuſque folia debent eligi integra, recentia, à ſtipitibus, aliiſque quiſquiliis probè depurgata, coloris viridis, ſaporis amari, odoriſque ingrati.

Senna Italica, ſeu Barcinonensis, caule conſtat cubitali, foliis ſimiliter diſpoſitis, ac in Senna Orientali, ſed multò majoribus, nervoſioribuſque non acuminatis, ſed per extremum latis, ac penè cordatis, guſtu glutinoſo. Flores habet luteos; ſiliquas compreſſas, & falcatas, anguſtiores quàm Orientalis, linea utrinque per medium inæqualiter extuberante; ſeminibus nigris compreſsis. Planta eſt frigoris impatiens. Barcinone, aliiſque Cathaloniæ locis ſeritur, & inde ad nos affertur.

Hæ duæ ſpecies, non ſolùm loco natali, ſed & ipſis foliis diſcrepant. Utraque eſt planta Siliquosa; ſed minimè confundenda cum Coluthea.

Orientalis Sennæ folia oblonga ſunt, moderatè acuminata, ſubflava, aut ex viridi flaveſcentia, ſaporem obtinent amarum, ſubacrem, ac nauſeoſum; & recentia, præſertim contrita, fortitèr olent; poſt exſiccationem verò nullo ampliùs odore ſingulari pollent. Ab hiſce notabilitèr folia Sennæ noſtratis, ſeu Barcinonensis, diſtincta ſunt, dùm non ſolum latiora, ac breviora, ſed rotundiora quoque, & obtuſiori acumine prædita reperiuntur.

Triplici principio activo hæc folia donata ſunt, nimirùm Gummoso, Resinoso, ac Oleoso. Principium gummoſum reliqua quantitate longè ſuperat, & in uncia una ad binas circiter drachmas aſcendit. Reſinoſum integram propemodùm drachmam pendet. Oleoſum eſſentiale, cujus pondus ob ſeparationis difficultatem exactè determinari nequit.

Nec ſola folia in uſum Medicum veniunt, ſed etiam fructus, qui Folliculi Sennæ dicuntur, ſiliquæ ſunt membranoſæ, oblongæ, incurbæ, planæ, compreſſæ, colore ex viridi rufeſcente, aut ſubnigro, in quibus continentur acini, uvarum acinis ferè ſimiles, compreſsi, pallentes, aut nigricantes.

Medici quidèm Sennæ noxam corrigere intendunt variis rebus, quibus licèt non prorsùs tollatur, ſaltem minuitur. Inter alia Scrophularia Aquatica majori Bauhini, quæ optimum cenſetur corrigens, utuntur.

Alexandrina Senna frequentèr præſcribitur in decocto, aut infuſo aquoſo à drachmis duabus ad unciam dimidiam. Barcinonensis verò, cum longè minùs ſit efficax, majore indiget doſi.

Senna inſigni purgandi virtute donatur; nec ullum eſt mediçamentum purgans frequentiùs, uſitatius, utilius:

annumeratur inter Phlegmagoga, & Melanogoga.

Serpentaria Virginiana, ſive Viperina Virginiana, tenuis, fibroſaque radix eſt. Planta, undè proficiſcitur, Ariſtoloquiæ Virginianæ ſpecies eſt, & ex Virginia per Angliam ad nos advehitur.

Eligatur ea, quæ craſſas, perfectaſque habet fibras, forìs fuſcas, intùs flaveſcentes, ſaporis acriter pungitivi, & paulùm amari, odoris reſinoſi-aromatici, inſtar Valerianæ, ſeu Vicentoxici, ſed multò gratioris.

Alexipharmaca eſt, & in omnibus febribus, valdè uſitata: in intermittentibus cum Kina Kina miſta perutilis eſt, in petechialibus cum Contrayerbæ radice, ſalibuſque volatilibus præſcribitur: in variolis, morbilliſque fortitèr expellendis, optimum remedium eſt, morſum Canis rabidi ſanat, & à hydrophobia defèndit; ac in India adverſus lethiferos morſus ſerpentis (Boicininga appellata) certiſsimum, & præſentaneum remedium eſt.

Seseli Massiliense ſemen longiuſculum, planum, & anguloſum eſt, quod in Gallia, circa Maſsiliam ſpontè creſcit, undè præcipuè nobis affertur.

Planta, ex qua colligitur, Fœniculo ſylveſtri videtur haùd diſsimilis: & ideò à Botanicis Foeniculum Tortuosum vocatur. Optimum ſemen eſt maturatum, benè nutritum, purum, viridiuſculè-pallidum, ſaporis acris aromatici, bonique odoris.

Incidit, diſcutit, ac aperit: Cephalicum eſt, & in omnibus affectibus thoracis perutile eſt, & Theriacæ compoſitionem ingreditur, pro veraque antidoto adversùs Cicutam habetur.

Smaragdus lapis eſt viridis, perlucidus, & ſplendeſcens, cujus duæ reperiuntur ſpecies: Orientalis ſcilicet, & Occidentalis. Orientalis vocatur durior, ponderoſior, & ſplendidior. Occidentalis tamen, licèt inferioris notæ ad omnia in Medicina deſervit. In India Occidentali inveni-

tur, præſertim ex Provincia Quito Regni Perù nobis afſertur.

Hic lapis eligatur perlucidus, viridis, & qui rutilantes, & ſplendidos radios emittit: in epilepſia pro ſpecifico habetur, ſimùlque adſtringens, & dulzorans eſt.

Sperma Ceti ſubſtantia eſt pinguis, tenera, & alba, è multis parvis ſquamis conſtans, ſaporis pinguis & mucilaginoſi, odoris oleacei; & nihil aliud eſt quàm cerebrum cujuſdam ſpeciei Ceti, quæ Orca vocatur, & in Mari Galleciæ, & Noruegæ Orcæ capiuntur: dein cerebro ſeparato, illud ita præparant, ut ſuperiùs in dictam formam reducatur: ex Gallia quoque, & Hollandia (ubi in magna copia præparatur) ad nos tranſmittitur.

Eligatur ſubſtantia hæc in perpulchris ſquamis albis perlucidis, & ſplendentibus, boni odoris, ac ſaporis, quæ nec ſit rancida, nec citrina.

Sperma ita præparatum, vi anodina, & coaguli reſolutiva præditum eſt: ideòque in affectibus thoracis infantum, & adultorum, eorumque torminibus crebrò uſurpatur: convenit etiam poſt caſum, & contuſiones, ad ſanguinem coagulatum reſolvendum, doloremque leniendum.

Styrax, ſeu Storax Gummi reſinoſum eſt rufum, & ſolidum ex micis diverſæ magnitudinis concretum, ſapore ſubacri, odoreque fragrantiſsimo præditum. Ex arbore mediocris magnitudinis Styrax vocata dicitur profluere, cujus folia foliis Mali Cotoneæ ſimilia ſunt; ſed paulò minora. In Syria, Pamphilia, & in diverſis locis Indiæ Orientalis creſcit, undè Styrax ad nos tranſportatur.

Tres ſpecies Styracis numerantur, de prima ſpecie eſt Styrax, qui Calamita dicitur, ſeu in granulis, & eſt optimus, ſi pulchris, & ferè meris granis conſtet; ſi ſit tenax, rufus, ſubpinguis notis albis, ſive maculis interſtinctus; nec nimis glutinoſus, nec amarus, odoris ſuavis, & permanentis.

Secundæ ſpeciei eſt STYRAX, qui in maſsis rubris ad nos advenit, & communis certè vocatur.

Eligatur purus, reſinoſus, pinguis, compactus, colore rubro, ſapore ſubacri, odoreque fragranti præditus.

Calefacit, exiccat, diſcutitque: ideò caput, & nervos confortat, pariter acres humores, ſeu catarrhos reſolvit, & diſsipat.

Tertiæ ſpeciei STYRAX liquidus eſt, qui in Officinis præſtat, & nihil aliud eſt, quàm miſtura ex Styrace, Terebinthina, Vino, & Oleo, quæ in doliolis nobis affertur, & à Materialiſtis pro nativo ſtyrace venditur.

Balſamica, & vulneraria virtute pollet, & in unguentis, emplaſtris, & ſimilibus compoſitionibus præcipuè ingreditur.

TACAMAHACA, TACAMACA reſina eſt diſcolor, & maculis notata rubicundis, partim rufis, & ferè perlucida eſt, ſapore reſinoſo, odore fragranti, aromaticoque ornata: in India Occidentali ex arbore, Populo haud diſsimili, TECOMAHACA vocata, profluit, undè ad nos affertur.

Eligatur pura, & flava in fruſtis diviſa, odoris, & ſaporis ſuperiùs dicti.

Calefacit, diſcutit, confortat, & ideò in omnibus infirmitatibus capitis, nervorum, ſtomachi, uterique, ab humoribus craſsis ortis multùm prodeſt.

TAMARINDI nihil aliud ſunt, quam interior pulpa fructus arboris, multis pelliculis, nucleis, ac filamentis permiſta, foris ex fuſco-nigricans, ſaporis grati, acidiuſculi, & etiam ſubacris.

TAMARINDUS arbor magnitudine, & craſsitie Juglandis æquans eſt, ramorum extenſione quoque exuperans: folia plurima denſa, alternatim poſita habens; flores in aliis, & extremitate ramorum noveni, aut deni conjunctìm naſcuntur: fructus nihil aliud eſt, quàm piſtillum floris, ſucco nutricio ampliatum, & inflatum, ad inſtar ſili-

quæ pulpoſæ. Incolæ fructus maturos legunt, conquaſſant, adeòque contundunt, & in doliolis ſervant; ac poſt in diverſa loca noſtræ Hiſpaniæ, aliaque tranſmittunt: ex Arabia, Africa, & India Orientali afferuntur, ubi arbores Tamarindi ſpontè, & uberrimè creſcunt.

Optimi cenſentur nigri, recentes, pulpoſi, nucleis parvis, ac longis filamentis præditi; odoris vinoſi, & ſaporis acidi grati.

Sale ſuo ſubacido refrigerant, alvum lenitèr aperiunt, & ideò in omnibus morbis, à bilioſis volatilibus, exaltatiſque humoribus productis, proſunt, ſitim mirificè extingunt, & à Scorbuto præſervant.

Terebinthina reſina clara, liquida, perlucida, & oleoſa eſt, ex arbore Terebintho vocata profluens: aliæ reſinæ liquidæ, ex diverſis ſpeciebus Pini, & Abietis exudantes, etiam Terebinthina vocantur.

Tres ſpecies potiſsimùm notæ ſunt: Cypria ſcilicèt, Veneta, & Communis Therebinthina.

Terebinthina Cypria, ſive de Chio, reſina liquidiuſcula eſt, perlucida, pallidè-flava; & fere inſtar ſub cœrulei vitri apparens; ſaporis reſinoſi, ferè inſipidi, odoris fragrantis: ex Inſula Chio provenit, ubi ex parvis arboribus ejuſdem nominis exudat. Hæc Terebinthina perrara eſt, & ſolùm ad compoſitionem Theriacæ affertur.

Eligatur pura, perlucida, craſſa, quæ nec dentibus, aut digitis glutinoſitate adhæreat; coloris albi-viridiuſculi; boni odoris, & ſaporis ſuperiùs dicti.

Terebinthina Veneta, reſina eſt limpida, liquida, inſtar craſsioris olei; odoris fortis & ſaporis amari, ex Pinis, Laricibusque profluit.

Hæc Terebinthina vocatur Veneta, quia à Materialiſtis ex Venetia provenire dicebatur; ſed quod verum eſt, ex Delphinatu, Provincia Galliæ, ubi recolitur, ad nos deportatur.

Optima verè clara, alba, perlucida, liquida, inſtar Balſami craſsi; fortis odoris, amarique ſaporis.

Terebinthina communis: reſina eſt liquida, flava, & perlucida, quæ in diverſis, multiſque locis Hiſpaniæ ex Abietibus, & Pinis, mediante inciſione, profluit.

Eligatur pura, liquida, conſiſtentiæ craſsioris, boni odoris, & amari ſaporis.

Omnes Terebinthinæ in virtute valde conveniunt, ſale namque ſuo balſamico calefaciunt, emolliunt, & mundificant: ideòque ad vulnera, tam interna, quàm externa ſananda valent: renes, ac veſicam à calculo defendunt, & iſtum unà cum urina promovent: in gonorrhœa, & ſimilibus morbis mirificè proſunt.

Terra Sigillata, Terra Lemnia argilla eſt pinguis, gravis, ſicca, tenera, & friabilis, quæ plerumque in rotundis orbiculis formata, ſimul certis ſigillis: atque characteribus notata eſt; ſaporis adſtringentis, odoris terrei, nunc rubicundi, nunc lutei, fuſci, albi vel alterius coloris. Olim ex Inſula Lemnos, ubi effodiebatur, ad nos afferebatur, ſed hodiè ex Conſtantinopoli, Italia, Gallia, Germania, & aliis locis nobis advenit.

Optima pinguis, friabilis, & quæ tenacitèr linguæ adhæret, humectata multa in fruſta concidit: adſtringens, & bezoardica eſt: ideò in febribus petechialibus, aliiſque ſimilibus morbis contagioſis, præſertim diarrhœa comitatis, ſeu ſtipatis, magna cum utilitate uſurpatur. Similitèr utilis eſt in ſanguinis fluxibus, ac hæmorrhagiis.

Thus, Olibanum reſina eſt flaveſcens, alba, dura, & perlucida, partim ex parvis granis (inſtar Maſtiches) partim majoribus diverſæ magnitudinis conſtans; odoris fragrantis; ſaporis amari, & reſinoſi.

Arbor, ex qua mediante inciſione emanat, in terra

Sancta, & Arabia Felici juxta Montem Libanum affluentèr creſcit, unde ad nos traſportatur.

Optimum in rotundis magnis, ex albo-flaveſcentibus granis, ſeu grumis friabilibus, boni odoris, præſertim quando ſuper prunas uritur, & deniquè notis ſupradictis præditum.

Virtute pollet calefaciente, exiccante, & adſtringente: tàm internè, quàm externè crebrò uſurpatur, & ad acres humores capitis, pectoris demulcendos inſervit, ac demum in doloribis ventriculi, & diarrhoeis valdè prodeſt.

TOPAZIUS, CHRISOLITHUS, CHRISOPAZIUS lapis eſt perlucidus, ſplendens, & ponderoſus, coloris flavi viridescentis: duæ hujus lapidis inveniuntur ſpecies, videlicet Orientalis, & Occidentalis. Orientalis ex Arabia, & Æthiopia advehitur, & eſt ponderoſus, durus, perlucidus, ac ſplendens, coloris tandem ſuperiùs dicti.

Occidentalis ex Bohemia tranſportatur: lapis minùs durus eſt, & ponderoſus; non ita ſplendens, ut Orientalis, qui in Medicina præfertur, & contra Melancholiam adminiſtrantur; humores acidos, & acres dulcificat, ac in ventris fluxionibus valde utilis eſt.

TRAGACANTHUM Gummi eſt album, lucidum diverſimodè intortum, exiguoſque vermes referens; ſaporis inſipidi glutinoſi. Ex Turcia, præſertim Creta, Achaja, & Apulia affertur, ubi planta, ex qua per inciſionem profluit; creſcit, & SPINA HIRCI vocatur.

Optimum debet eſſe clarum, perlucidum, leve, anguſtum, tenerum, purum, prædictiſque notis ornatum.

Particulis ſuis viſcoſis, cartarrhos acres, tuſsim, & raucedinem demulcet: in phthiſi, ac hæctica febre mirè prodeſt.

TURPETHUM, TURBITH: pars eſt exterior cujuſdam oblongæ, craſſæ, ac reſinoſæ radicis, foris cinerea; intus verò albeſcens; ſaporis ſubacris nauſeoſi, & ferè nullius odoris.

Planta, ex qua radix colligitur Convolvulus Indicus dicitur, alatus, maximus, foliis IBISCO nonnihil ſimilibus, anguloſis. TURPETHUM repens, foliis ALTHÆÆ etiam nominatur. In Inſula Zeylàm, Surates, aliiſque locis Indiæ Orientalis, prope Maris littora creſcit, unde nobis affertur. Noſtri Materialiſtæ duplex vendendum exponunt Turpethum: Orientale jam explicatum; & falſum, quod nihil aliud eſt, quàm radix Thapſiæ mundata, & à pluribus ut plurimum hucuſquè, ſed non benè pro vero Turpetho uſurpata, cùm tamen ei minimè conveniat, nec pro tali queat haberi, cujus reſpectu exulet à Medicina.

Optimum, & genuinum debet eſſe, exteriùs coloris cinerei obſcuri; interiùs ſub-albidi, ſeu citrini cinericei, recens, ponderoſum, compactum, à medulla lignoſa mundatum, tenax, quod non facilè difringi poſsit, & minimè carioſum..

Pituitam alioſque humores ex inteſtinis, Thorace, & partibus aliis potènter expurgat: ideòque HYDRAGOGUM vocatur.

TUTHIA, SPODIUM GRÆCORUM: Cruſta metallica, duta, ponderoſa; interiùs lævis, ſive lenis; exteriùs granuloſa: ejus origo provenit à fumo, ſeu vapore, qui dum funditur Æs, aſcendit, & ſuperiori fornacis, aut crucibuli parti adhæret, ad inſtarque corticis circundat, quem in fine Fuſores Ærarii inſternunt. Olim ex Alexandria aſportabatur, & ideò ab authoribus Tuthia Alexandrina appellabatur; ſed hodiè ex Suecia, Germania, aliiſque locis ad nos pervènit.

Tuthia habetur optima, quæ ex elegantibus & craſsis cruſtis conſtat, granuliſque prædictis ornata: interiùs pallidè-flaveſcit; exteriùs murini coloris eſt, & ponderoſa, non facilè frangibilis, nec exiguis fruſtulis, aliiſque ſordibus permiſta.

Externè ſaltèm in uſu venit, quippè detergit: ideò-

que in affectibus oculorum, & vulneribus uſurpatur.

VITRIOLUM nihil aliud eſt, quàm ſal metallicum, ex crudis, & à ſpiritu ſulphureo, exeſis metallis, mineriſque proveniens.

Varia ſunt ejus genera, præcipue autem hoc tempore tria inveniuntur: ſcilicèt VITRIOLUM COERULEUM, VITRIOLUM VIRIDE, & VITRIOLUM ALBUM.

VITRIOLUM COERULEUM, ſeu CYPRIUM ſubſtantia cryſtallina eſt, & cœrulea (Sapphyri inſtàr) compacta, ut ſaccharum candum, ſaporis acidi, auſteri, acris, & adſtringentis: fitque vel ex ſolutione, & cryſtallizatione Cupri, vel Cypro. Ex India Orientali ad nos affertur.

Adſtringens fortis eſt, carnes ſpongioſas in ulceribus conſummit, ulcuſcula oris mirificè ſanat: in Collyriis ophthalmicis miſcetur, & cataractas deniquè diſsipat.

VITRIOLUM VIRIDE ſubſtantia viridis, & cryſtallina eſt, herbacei coloris, granulata (inſtàr ſalis communis) ſaporis præcedentis, & ex Aragoniæ Regno advenit, ac in Anglia, Italia, Galliaque è mineris extrahitur.

In Medicina ad adſtringendum, & deſiccandum utitur.

VITRIOLUM ALBUM ſubſtantia eſt alba, granuloſa (inſtàr Sacchari albi) concreta; ſaporis acris, & adſtringentis: ex Goslàr ad nos pervenit.

In Collyriis pro oculorum affectibus miſcetur, & ex eo purificato fit vomitivum, quod GILLA PARACELSI vocatur.

UNICORNU VERUM, ſeu MARINUM: cujuſdam Ceti Groendalici Cornu eſt, ſatis longum duarum ſæpè ulnanarum, ſtriatum, & quaſi intortum, foris flavum, intùs album apparens.

Piſcis, undè oritur NARVVAL vocatur, cæteris Ceti ſpeciebus, haud multùm diſsimilis, & è Mari Groenlandico, Islandicoque, ubi carpitur, ad nos affertur.

Cornu iſtud ab antiquis, pro vero cornu animalis qua-

drupedis habebatur; ſed hodiè omnibus notum eſt, quòd accipitur à prædicto piſce.

Olim plus juſto à majoribus habitum fuit, & ab aliquibus hodiè habetur tanquam certa antidotus contra venenum, & contra Arſenicum, ac ſimilia ideò valdè commendatur: ſed veracitèr valet ad epilepſiam, variolas, morbilloſque, febres acutas, dolores ventris, & ſimiles alios morbos.

Unicornu Fossile, Minerale, Ebur Fossile, Lithomarga Alba, Lapis Ceratites, Lapis Arabicus gryſeus, ſeu fuſcus lapis eſt, oſſa hominum, vel beſtiarum dentes, cornuave repreſentans; intùs interdùm cavum, interdùm aliam aliquam molliorem pinguem terram continens. In Syleſia, Haſsia, Palatinatu, diverſiſque locis Germaniæ, & Italiæ copiosè invenitur, undè ad nos affertur.

Eligatur in fruſtis lævibus, friabilibus, & poroſis; ſaporis terrei, nulliuſque odoris, & linguæ facilè adhærens.

Præter qualitatem adſtringentem, etiam vi diaphoretica pollet: propteteàque in acutis, & contagioſis febribus diarrhoea comitatis nobile eſt medicamentum: omne præternaturale acidum dulcificat, & deniquè omnes alvi fluxus, dyſenteriam nempè, & diarrhœam ſiſtit.

Zedoaria radix eſt rotunda, longa, nodoſa, & quadantenùs compreſſa: exteriùs albo-cinerea; interiùs magis fuſca, ſaporis acris ſubamari; odoris fragrantis.

Planta, ex qua colligitur, ſpecies Zingiberis eſt, & à Botanicis Zingiber Latifolium Sylvestre appellatur. In India Orientali, præſertìm in Bengala, & Malabar Zedoaria creſcit, undè ſicca, & in fruſtis parvis inciſa nobis affertur: duæ ſpecies à Materialiſtis numerantur, ſed utraque ex eadem planta colligitur.

Eligatur recens, dura, ponderoſa, ſicca, & non carioſa, exteriùs coloris cinericei, interiùs fuſci; ſaporis ardentis, & aromatici, odoris fragrantis.

Calefacit, exiccat, attenuat, & alexipharmaca eſt, & in colica flatulenta, debilitate ſtomachi, intemperie frigida uteri, & ſimilibus mirificè prodeſt.

ZIBETHUM, ZIBETHA, ZIPETIUM ſubſtantia eſt pinguis, & unctuoſa (inſtàr mellis, ſeu butyri) apparens, colore ex albo-flaveſcenti, odore fragranti, & penetrantiſsimo prædita. Animalia, ex quibus ZIBETHUM extrahitur vulgò *GATOS DE ALGALIA*, ſive GATI ZIBETHICI vocantur: & in India Orientali, & Occidentali naſcuntur; ſubſtantia iſta in peculiaribus folliculis, ſeu cavitatibus (inter podicem & genitalia) ſitis invenitur, præſertim in earum partium glandulis, in quibus obſervatum eſt generari.

Eligatur ZIBETHUM, recens, bonæ conſiſteutiæ; coloris albi, ſeu flavi; odoris fortiſsimi aromatici.

Anodinum, reſolutivum, & corroborans eſt, ſed in Medicina (propter nimiam ſuam fragrantiam) parvi, vel nihil æſtimatur.

CAPUT IV.

DE SUCCEDANEIS.

INter tot, & tam multiplicia medicamenta, quamvis eorum major pars apud nos extet; ſunt tamen aliqua priſcis ſæculis cognita, quorum notitia, tractu temporis abolevit: alia, quæ ad nos raro advehùntur; quædam ob regionum diſtantiam ad noſtras officinas, non niſi evanida, ac velut obſoleta proveniunt; non pauca in pluribus noſtræ Hiſpaniæ Villis commodè haberi nequeunt: de multis denique an legitima, vel ſuppoſititia ſint à Peritis ambigitur. Ne igitur ægrotantes his medicamentis in ſchedulis ſatìs obviis, vel ſaltèm ipſorum virtutibus cum ſuæ ſalutis jactura fraudentur, in eorum defectu, alia ſimplicia temperamento, aut facultate illis ſimillima ſubſtituere

coacti ſumus, quæ ſubſtituta Latini rectè SUCCEDANEA, QUID PRO QUO perperam appellant.

SUBROGENTUR ITAQUE.

A

Pro Acacia vera.	*Succus Hypociſtidos, itèmque Prunorum ſylveſtrium.*
—Acantho, ſeu Branca urſina.	. . . . *Malva.*
—Ammi.	. . . . *Aniſum.*
—Amomo.	. . . . *Cardamomum minus.*
—Angelica.	. . . . . *Carlina, vel Meù.*
—Ariſtolochia rotunda. .	. . . . . . *Tenuis, ſeu longa.*
—Aſpalatho.	*Lignum Aloes uſuale, ſeu Santalum Citrinum.*

C

—Calamo aromatico. . .	. . . . *Acorus verus.*
—Carpobalſamo.	*Cubebæ, vel baccæ Juniperi.*
—Caſsia Lignea.	. . . . *Cinnamomum.*
—Citri Succo.	. . . . *Succus Limonum.*
—Corticibus Citri. . . .	. . . . . . *Cortices Limonum.*
—Coſto.	*Cortex Winteranus, Zedoaria, Carlina, & Helenium.*

D

—Doronico.	. . *Galanga, ſeu Zedoaria*

F

—Folio Indico.	. *Nardus Indica, ſeu Macis.*

O

—Opobalſamo.	*Balſamum de Tolù, ſeu Oleum Nucis moſchatæ.*

P

—Phu. . . . . *Valeriana minor.*

R

—Rhapontico. . . . . *Rhabarbarum.*

T

—Turbith legitimo. . . . . *Jalappa.*

X

—Xilobalſamo. . . . . . . *Lignum Aloes uſuale, ſeu Santalum citrinum.*

CAPUT V.

DE SIMPLICIBUS, SINE DISTINCTIONE SCRIPTIS.

CUm plura ſimplicia, à Medicis in ſuis ſchedulis abſolutè, & ſine ulla reſtrictione præſcribi non raró contingat: dubium indè naſcitur, debeat ne adminiſtrari Mas, an Fœmina? Stirps, an ſemen? Folia, an flores hujus, aut alterius vegetabilis? Cùmque etiam Medicamenta valdè differant, non ſolùm forma, ſed colore, ſapore, aliiſque ſignis ſenſibilibus; tum etiam temperamento Regionum, ubi naſcuntur: ut omnis tollatur dubitatio, cujuſcumque ſimplicis famoſiorem ſignificationem hoc capite indicare operæpretium duximus: quapropter ſuademus, ut intelligatur.

A

Acetum. . . . . *Acetum Vini.*
Agaricus. . . . . *Albus, & levis.*
Aloe. *Soccotrina.*

Alumen.	*Sciſile.*
Ammi, ſeu Ammeos.	*Creticum.*
Amomum.	*Racemoſum.*
Ariſtolochia.	*Tenuis, ſeu Rotunda.*
Arſenicum.	*Album.*

B

Benzoinum.	*Amygdalinum.*
Bryonia.	*Alba.*

C

Capparis.	*Cortex radicis.*
Cardamomum.	*Minus.*
Caryophylli.	*Fructus Caryophylli Indici.*
Centaurium.	*Minus.*
Colocynthis.	*Fructus medulla.*
Corallium.	*Rubrum.*
Coſtus.	*Radix Coſti amari.*
Cuminus.	*Semen Cumini uſualis.*
Cupreſſus.	*Nuces ejuſdem in adſtringentibus, folia, aut lignum in diureticis.*

D

Daucus.	*Creticus.*
Dictamnus.	*Summitates Dictamni Cretici.*

G

Glandes.	*Quercinæ.*
Granatum Pomum.	*Acidum.*
Gummi.	*Arabicum.*

H

Helleborus.	*Niger.*

Hepatica. . . . . *Lichen.*
Hyoſciamus. . . . . *Albus.*
Hyſſopus. . . . . *Montanus.*

M

Margarita. . . . . *Orientalis.*
Marrubium. . . . . *Album.*
Mentha. . . . . *Hortenſis.*

N

Nimphæa. . . . . *Albus flos.*

O

Oleum. . . . . *Olivarum.*
Opium. . . . . *Thebaicum.*

P

Papaver. . . . . *Album.*
Petroſelinum. . . . . *Ejus Semen, ſeu radix.*
Piper. . . . . *Nigrum.*
Pix. . . . . *Liquida, ſicca in glutinantibus.*
Plantago. . . . . *Major.*
Pœonia. . . . . *Mas, ejus Semen, aut radix.*
Polypodium. . . . . *Quercinum.*
Pruna. . . . . *Damaſcena.*

Q

Quercula minor. . . . . *Chamædrys.*

R

Reſina. . . . . *Laricina, ſeu Terebinthina.*
Rhus. . . . . *Fructus Sumach.*
Roſa. . . . . *Rubra.*

S

Santalum.	*Citrinum.*
Seſeli.	*Maſsilienſe.*
Spica.	*Nardus Indica.*
Stœchas.	*Flos Stœchados Arabicæ.*
Styrax.	*Calamita.*
Sulphur.	*Vivum.*

T

Tamariſcus.	*Cortex radicis.*

V

Veronica.	*Mas.*
Violæ.	*Cæruleæ.*

Non rarò etiam plura ſimplicia communi, & generali nomine in Schedulis comprehenduntur, quæ cum peritus Pharmacopola, quæ & qualia ſint, memoria retinere debeat, poſt generale nomen omnia nominibus propriis, & ſingularibus hìc ſubnotare viſum fuit.

Quare:

HERBÆ EMOLLIENTES ſunt

Malva.
Biſmalva.
Viola.
Branca urſina, ſeu Acanthus,
Vel
Mercurialis.
Atriplex.
Parietaria.
Beta.

QUATUOR HERBÆ Carminantes.

Chamæmelum.
Anethum.
Melilotum.
Ruta.

QUINQUE HERBÆ Capillares.

Polytrichum, ſeu Trichomanes.

Capillus veneris.
Adiantum vulgare, ſeu nigrum.
Salvia Vitæ.
Aſplenium, ſeu Ceterach.

QUATUOR FLORES cordiales temperati.

Violarum.
Roſarum Rubrarum.
Borraginis.
Bugloſi.

QUATUOR FLORES cordiales calidi, vel carminantes.

Chamæmeli.
Anethi.
Meliloti.
Liliorum Alborum.

QUINQUE RADICES aperientes majores.

Apii.
Aſparagi.
Fœniculi.
Petroſelini.
Ruſci.

QUINQUE RADICES aperientes minores.

Capparis.
Eringii.
Graminis.
Ononidis.
Rubiæ majoris.

DUÆ RADICES COMmunes.

Petroſelini.
Fœniculi.

QUATUOR SEMINA frigida majora.

Cucurbitæ.
Cucumeris.
Melonum.
Citruli.

QUATUOR SEMINA frigida minora.

Cichorii.
Endiviæ.
Lactucæ.
Portulacæ.

QUATUOR SEMINA calida majora.

Carvi.
Cumini.
Fœniculi.
Aniſi.

QUATUOR SEMINA calida minora.

Ammeos.
Amomi.
Apii.

Dauci.

QUINQUE SPECIES Myrobalanorum.

Bellerici.
Citrini.
Chebuli.
Emblici.
Indici, ſeu nigri.

TRES SPECIES PIPERUM.

Piper nigrum.
Piper album, ſeu Leucopiper.
Piper longum, ſeu Macropiper.
Alii addunt Hydropiper, ſeu Piper Aquaticum.

TRES SPECIES BALSAMI.

Carpobalſamum, ſeu fructus balſami.
Opobalſamum, ſeu liquor balſami.
Xylobalſamum, ſeu lignum balſami.

QUATUOR FARINÆ.

Fabarum.
Hordei.
Orobi, ſeu Ervi, *vulgo*, *Yervos*, ò *Yeros*.
Secalis, *vulgo*, *Centeno*.

QUATUOR AQUÆ CORdiales.

Bugloſsi, ſeu Borraginis.
Cichorii.
Endiviæ.
Scabioſæ.

QUATUOR AQUÆ PLEUriticæ.

Cardui benedicti.
Cardui Mariæ.
Scabioſæ.
Taraxaci.

QUATUOR OLEA STOMAchica.

Spicæ Nardi.
Abſynthii.
Cydoniorum.
Maſtiches.

QUATUOR UNGUENTA calida.

Aregon.
Marciaton.
Althææ.
Agrippæ.

QUATUOR UNGUENTA frigida.

Album Camphoratum.
Roſatum.
Populeum.

Refrigerans Galeni.

QUINQUE FRAGMENTA Lapidum prætioſorum.

Granati.

Hyacinthi.

Sapphyri.

Smaragdi.

Sardæ, ſeu Carneoli.

CAPUT VI.

DE PONDERIBUS, ET MENSURIS MEDICIS.

POndera, & Menſuræ ſunt limites quidam, aut regulæ quibus, ad juſtè diſpenſanda Medicamenta utimur, ut intentus à Medico finis ſubſequatur.

Unde ſolùm hìc de Ponderibus, & Menſuris uſualibus acturi ſumus.

LIBRA. . . . . . ℔	habet	*UNCIAS DUODECIM.*
UNCIA. . . . . . ℥	habet	*DRACHMAS OCTO.*
DRACHMA. . . ʒ	habet	*SCRUPULOS TRES.*
SCRUPULUS . . . ℈	habet	*GRANA VIGINTI-QUATUOR.*

GRANUM quod æquat pondus Grani Hordei modicè craſsi.

OBOLUS grana duodecim continet.

SILIQUA granis quatuor conſtat.

MANIPULUS eſt quidquid manus apprehendit, quantum fieri poteſt dilatata.

PUGILLUS quidquid digitorum apicibus comprehendi poteſt.

GUTTA minima eſt quæ haberi poteſt liquoris per intervalla ſtillantis portiuncula.

COCHLEARE unciam ferè dimidiam, vel tres drachmas liquoris continet.

CONGIUS habet libras octo.

SEMIS medietatem cujuſque ponderis ſignificat.

ANA vox à Græcis ducta ſingularum rerum prius enunciatarum æquale pondus ſumendum eſſe oſtendit.

Ad pondera deſignanda Romanis utimur numeris.

Quia tamen prædictorum Characterum & aliorum quoque nonnulli in Pharmacopœis aliter atque aliter deſcripti inveniuntur, hos hic loci indicare oportuit, nequis fortè Medicinæ Tyro, in adminiſtrandis Medicamentis rationem ponderum à Veteribus aſsignatam ſequutus, male decipiatur.

CAPUT VII.

DE INSTRUMENTIS PHARMACEUTICIS.

PHarmaceutica inſtrumenta ſunt Ignis, Furni, & Vaſa, quibus medicamina omnia præmiſsis operationibus confici ſolent.

Inſtrumenta dividuntur in Animata, & Inanimata. Animata ſunt Medicus, Pharmacopœus, vel horum Miniſtri, quatenùs ab his labores ipſius diriguntur. Inanimata verò ſunt quæ nullam in hac arte habent intentionem, ſed ab animato tantùm moventur: dividunturque in activa, vel principalia, & paſsiva, vel minùs principalia: activa ſunt Ignis, & Aer, & quæ Pharmacopœi manibus reguntur, ut Agitaculum, Cochlear, Limæ, Forfex, Forceps, Malleus, Piſtillum, Porphyrites, Spathula, &c. Paſsiva verò ſunt Laboratorium, Furni, & Vaſa, ut Ahenum, Alembicus, Cucurbita, &c.

Pharmacopœus, ſeu Artifex variis gradibus ignem metiri debet, quorum communiter quatuor enumerantur.

Primus, ac mitiſsimus ignis gradus eſt ſimillimus calori Gallinæ ovo incubantis, iſque calor frequenter deſervit digeſtioni.

Secundus gradus eſt, dum calor ignis adeo fortis percipitur, ut manu vix tangi queat, & ſpirituum ardentium diſtillationibus accommodatur.

Tertius quoad tactum cenſetur, dum manum lædit,

hicque ordinario inſervit diſtillationibus, & decoctionibus oleorum, & aquarum vegetabilium, ac animalium, eorumque ſpirituum; necnon ſublimationi, & ſimilibus operationibus.

Quartus denique gradus eſt, ad tactum deſtructorius: hic auxiliatur diſtilationi omnium ſpirituum mineralium, cùm nempè materies diſtillanda vaſi ſuo indita igni nudo commmittitur, qui modus vocatur EX IGNE APERTO DISTILLARE: inſervit etiam ut corpora ſolida calcinentur, & liquentur, pleriſque aliis operationibus.

Aer eſt ſecundum inſtrumentum activum, quia nos undequaquè ambiens variis Pharmaciæ operationibus ita auxiliatur, ut in minimis quibuſque operationibus eo carere non poſsimus, ignem namque gubernare non valemus, niſi admiſſo, vel præcluſo aeris liberioris aditu.

Aer inſuper ea, quæ medio igne liquida ſunt reddita condenſat; cuncta etiam ſalia, necnon pleraque alia in liquorem reſolvit, multa denique Aeri expoſita quotidiè exiccari obſervamus.

Primarium omnium paſsivorum eſt Laboratorium, de quo maximè obſervandum eſt, quod non ſit nimis anguſtum, ſed loco ſalubri poſitum, per quod, ſi poſsibile eſt, aer undequaquè liberiorem ingreſſum habeat, & egreſſum: gaudeat præthereà ciſterna, vel puteo aqua dulci repleto; furni quoquè in eo ſint variæ figuræ, & magnitudinis, inter quos tamen uſui frequentiores ſint ſequentes.

Furnus pro veſica, cujus ope aquæ, diverſique ſpiritus diſtillantur, in quo etiam Balneum Mariæ, Arenæ, & Vaporis accommodari poſsint.

Alius, qui ad calcinationes, uſtiones, & fuſiones inſervit, Anemius, Reverberatorius, vel Fuſorius communiter dictus.

Alius denique eſt, qui Univerſalis dicitur, & ad omnes ferè Pharmaciæ operationes perficiendas inſervit: ſunt etiam alii, qui Portatiles dicuntur, quorum figura ſemper

rotunda eſt, & circularis, laminaque ferrea neceſſario extrahuntur.

Alia quoque ſunt inſtrumenta: Vaſa dicta videlicet:

Aheni capacitatis diverſæ ex cupro fabricati, interiùs verò ſtanno obducti.

Alembici ſtannei, vel cuprei ſtannati, vitrei, vel denique terrei ſimul & vitreati.

Catini ex terra ſolidiore conſtructi vitreati; alii verò vitro non obducti.

Vaſa dicta circulatoria.

Colatoria diverſa, ex panno, & linteo.

Conchæ vitreæ, vel terreæ vitreatæ ad evaporandos varios liquores.

Crucibula varia.

Cucurbitæ cupreæ ſtannatæ, vitreæ, & terreæ vitreatæ capacitatis diverſæ.

Excipula, ſeu recipientia vitrea, & terrea ſimul vitreata.

Mortaria varia, ænea, ferrea, plumbea, lapidea, & vitrea.

Phialæ, vulgò Phiolæ vitreæ diverſæ magnitudinis.

Retortæ varii generis ſimplices, & tubulatæ.

Sublimatorium, cum ſuis ollulis.

Torcular.

Varia denique vitra, ut Infundibula, Matracia, Campanæ, Pelicani, pleraque alia vaſa diverſæ magnitudinis, quæ in officinis inveniuntur.

CAPUT VIII.

DE OPERATIONIBUS PHARMACEUTICIS USUALIBUS, & earum deſcriptionibus.

CUM operationes Pharmaceuticæ diverſæ ſint, diverſis etiam vocibus explicantur, quare in Tyronum gratiam non abs re erit earum naturam breviter deſcribere.

ACUERE, ſeu ACUTIO eſt cùm menſtrum debile alio fortiori vigoratur, ut extractio, ſive ſolutio perfectiùs fiat, veluti cùm acetum addito ſpiritu nitri, vitrioli, aut altero acerrimo acuitur. Cathartica etiam nonnunquàm vigorantur, addendo debilioribus aliquem ſtimulúm, v. g. Diagridium, vel Colocynthis.

COAGULATIO eſt humoris in quacumque re externa, vel interna privatio.

CALCINATIO eſt converſio corporum in calcem, ſeu pulverem ſubtiliſsimum: hoc fit, vel actualitèr per ignem, vel potentialiter per ſpiritus corroſivos: quæ fit per ignem, ſubdividitur in COMBUSTIONEM, INCINERATIONEM, & REVERBERATIONEM.

COMBUSTIO eſt calcinatio partium animalium, ut oſsium, cornuum, aut ungularum, uſque ad albedinem, quæ inſtituitur, cùm omninò exhalantibus oleoſis, ſalinis particulis, vim abſorventem in ipſis prævalere optamus.

INCINERATIO eſt calcinatio corporum, qua vegetabilia, & animalia, igne vehementi, in cinerem reducuntur.

REVERBERATIO eſt calcinatio corporum igne flammeo in furno reverberatorio, ut flamma, ſuper dicta corpora reflectendo, undequaquè ea lambat.

CALCINATIO POTENTIALIS, quæ etiam dicitur CORROSIO, & SOLUTIO mediis ſalibus corroſivis fit, & etiam juxta varios operandi modos, infra ſe continet, AMALGAMATIONEM, COEMENTATIONEM, ſeu STRATIFICATIONEM, FUMIGATIONEM, VAPORATIONEM, & PRÆCIPITATIONEM.

AMALGAMATIO eſt calcinatio Auri, & Argenti, aut alterius metalli, permiſto Mercurio, cum quo ferè omnia intimè incorporantur. Amalgama enim, ſeu maſſa, aut aggregatum reſultans ex miſtione imponitur crucibulo, & ad auras, fugiente Mercurio, Aurum, vel Argentum ſub ſpecie pulveris in fundo manet.

COEMENTATIO eſt metallum in laminas deductum, &

ſtratum ſuper ſtratum cum cœmento in crucibulo ad ignem aliquandiù imponere, ut calcinetur, ſicque perfecta metalla ab aliis ignobilioribus liberentur.

Fumigatio eſt metallorum, medio Mercurii fumo, in pulverem reductio.

Vaporatio eſt Saturni, Martis, aut Veneris, per aceti ſeu ſpiritus nitri vaporem impulverem (ut ex plumbo fit Ceruſſa) converſio. Oſſa, aut cornua animalium aquæ vapore calcinantur, & hæc calcinatio Philoſophica dicitur.

Præcipitatio eſt minimarum particularum, in aliquo liquore ſolutarum per idoneum alium liquorem ad fundum deturbatio.

Circulatio eſt alicujus liquidi, per circularem diſtillationem in Pelicano, vel Alembico cœco exaltatio.

Clarificatio eſt ſucci, vel decocti craſsioris à fœcibus purificatio, quæ, addito ovi albumine, plerumquè fit.

Congelatio eſt materiæ liquidoris in maſſam ſolidiorem, ad inſtar glaciei condenſatio.

Inspissatio eſt tenuiorum partium (v. g. tincturarum, ſuccorum, decoctionumve, &c.) evaporatio, ut reliquum in maſſam tractabilem redigatur.

Cohobatio eſt, cum liquor diſtillatus, ſuo reſiduo iterùm infunditur, & iterùm diſtillatur.

Coctio eſt liquoris, mediante ebullitione, virtutibus medicamenti coquendi, imprægnatio.

Conquasatio eſt vegetabilium ſucculentorum, vel recentium fructuum, ad ſuccum extrahendum moderata contuſio.

Cribatio eſt tenuiorum particularum à craſsioribus, cribri alicujus ope, ſegregatio.

Crystallisatio eſt, cùm liquor ſalinus cujuſcumque generis, auxiliante evaporatione, donec cruſta in ſuperficie appareat, in loco aliquo frigido reponitur, ut ſal in forma cryſtallina ſubſideat.

DECANTATIO eſt transfuſio liquoris puri ſupernatantis per inclinationem in aliud vas, ut à fœcibus liberetur.

DECREPITATIO eſt muriaticarum ſalium vaſe ferreo prunis ſuperimpoſitio, donec partes aquoſæ evaneſcant, & non ampliùs crepitent.

DELIQUATIO, aut DELIQUIUM eſt reductio alicujus corporis in liquorem, medio aere in loco humido.

DESPUMATIO eſt alicujus liquidi, ut ſyrupi, mellis, &c. à ſpuma ſupernatante purificatio.

DISTILLATIO eſt partium aquoſarum, vel oleoſarum, vi ignis, in vapores converſarum, & guttatim deinceps condenſatarum, receptio. Triplex diſtillatio datur. Prima, & communiſsima dicitur RECTA, aut per ASCENSUM, quæ perficitur per Cucurbitam, Capitello, ſeu Alembico ſuperinſtructam. Secunda OBLIQUA, ſive AD LATUS appellatur, fitque per retortam ex arena igne nudo. Tertia dicitur per DESCENSUM, & hæc in Officinis non eſt in uſu.

DETONATIO eſt ſulphurum cum nitro permiſtorum deflagratio: igne enim admoto, pyrii pulveris inſtar, cum tonitru, & fulgore impetuosè exiliunt.

DIGESTIO eſt alicujus corporis, blando calore, diſſolutio, ut partes utiles leniter ab idoneo menſtruo extrahantur, inutileſque præcipitentur.

DISSOLUTIO eſt corporis ſolidi, per idoneum ſolvens, in liquorem reductio.

DULCORATIO eſt corporum calcinatorum, & ſalibus imprægnatorum, cum aqua deterſio, ut ſal aqua immiſceatur, & calcinata dulcia fiant: item cùm calcinata, acido corroſivo imbuta, ſpiritu vini affuſo (prædicto ſpiritu, poſtmodum ignito, vel evaporato) dulcificantur: item cùm ſpiritus acidi, nitri, ſalis communis, ſulphuris, vel vitrioli, ſpiritu vini permiſti, poſtquàm efferveſcant, dulcorantur. Dicimus etiam dulcorari potiones, cùm adjecto ſaccharo, aut opportunis Syrupis, guſtui gratiores redduntur.

Efervescentia eſt motus ſubitaneus ortus ex concurſu duorum corporum, poros, & meatus mutuos occupantium.

Evaporatio eſt humoris aquoſi in vaporem converſi, calore debito ſeparatio.

Extinctio eſt lapidum candefactorum in aqua immerſio, donec friabiles evadant.

Extractio dicitur, cùm ſubſtantiam puriorem alicujus miſti ad impura, medio menſtruo proportionato, elicimus.

Fermentatio eſt motus inteſtinus partium activarum Miſtum componentium, propter mutationem ad aliud, unde alia eſt perfectiva, aliaque corruptiva.

Filtratio eſt cujuſcumque liquidi per chartam emporeticam colatio, ut partes puræ à terreſtribus ſecernantur.

Fixatio eſt fugitivæ alicujus materiæ detentio, quæ fit, plerumquè cùm volatilibus particulis corpus ponderoſius adjicimus.

Fusio, ſeu Liquatio dicitur, cùm metalla, aut mineralia igne vehementi liquida facimus.

Granulatio eſt cùm metallum, jam liquatum in aquam frigidam per vas perforatum injicimus, ut granulatim condenſetur.

Imbibitio, aut Impraegnatio eſt rem, ſive corpus liquore aliquo per vices humectare.

Inauratio, & Argentatio idem eſt, ac foliis auri, vel argenti pilulas obducere.

Incisio eſt, dum herbas forfice; ligna, cortices, radices, aliaque duriora cultello ſecamus.

Infusio eſt ſuavi, & digeſtivo calore, in liquore idoneo, virtutis medicamentorum extractio.

Impastatio dicitur, cùm ſpecies, vel pulveres aliquo viſcido immiſcemus & ſubigimus, ut in maſſam redigantur.

Insolatio idem eſt, ac radiis ſolaribus expoſitio.

Insuccatio eſt, quando Aloe, v. g. ſucco roſarum vel violarum imprægnatur, aut nutritur.

Lævigatio eſt cùm ſolida, & aſperiora corpora ſuper porphyritem, per ſe, vel liquore aliquo madefacta, conterimus, ut in impalpabilem pulverem redigantur.

Lavatio eſt rem liquore aliquo diluere, & à ſordibus liberare.

Liquatio idem eſt, ac fuſio, & non ſolùm convènit metallis, aut mineralibus; ſed etiam oleoſis, reſinoſis, aut pinguedinoſis.

Limatio idem eſt, ac corporum duriorum in particulas comminutio.

Lutatio dicitur, cùm vaſa vitrea, aut eorum juncturas, & rimas luto, vel viſcido aliquo contegimus.

Maceratio nihil aliud eſt, quàm vegetabilium contuſorum, & in aliquo liquore infuſorum, per tempus in loco frigido repoſitio.

Malaxatio appellatur, cùm emplaſtra convenientibus oleis manu, vel piſtillo conquaſſamus, ut maſſæ inſtar tractabilia ſint.

Nutritio eſt augmentatio medicamenti, miſtione, mediante imbibitione, inſuccatione, vel alia ſimili operatione facta.

Præcipitatio eſt quædam minimarum particularum, in liquore convenienti ſolutarum, mediante alio liquore affuſſo, ſubſidentia, & reviviſcentia.

Præparatio eſt congrua medicamentorum diſpoſitio pro operationibus ritè eliciendis.

Pulverisatio appellatur, cùm rem ſiccam in minutiſſimas particulas in mortario conterimus.

Putrefactio eſt digeſtio quædam fermentativa, ſubſtantiam rei, calidi externi acceſsione, aliquando præſtantiorem producens, aliquando vero non.

Rectificatio idem eſt, ac reiterata diſtillatio ad majorem liquorum exaltationem inſtituta.

Reductio, ſeu Revivificatio eſt metallorum ab acido corroſorum, medio alkali acidum abſorvente, in priſtinam formam reſtitutio.

Sublimatio eſt ſubtilium particularum alicujus corporis ſicci, vi ignis, aſcenſus, ita ut ſublimibus, ſuperioribuſve vaſis parietibus adhæreant.

Torrefactio dicitur, cùm in ſartagine, aut patella igni ſuperpoſita, medicamenta agitamus, ut humore ſuo levitèr, mediocritèr, vel omnimodè priventur, proùt oportuerit.

Trituratio idem eſt ac Pulveriſatio nuper explicata.

CAPUT IX.

DE PRÆPARATIONIBUS, ET CORRECTIONIBUS quorumdam Medicamentorum uſualium.

PRÆPARATIO ADIPUM, SEU PINGUEDINUM, Axungiarum, Medullarum, & Sevi.

℞. Adipis, ſeu pinguedinis, aut medullæ; quot volueris. Fibras, & venulas exime. Concide minutim, & in mortario marmoreo quaſſa. Elue multoties ex aquâ purâ, Balneo Maris liqua. Cola, & reconde.

ALOES LOTIO.

℞. Aloes Soccotrinæ, vel Hepaticæ, quantùm volueris. Diſolve in
Aquæ fontanæ, ... ſufficienti quantitate.
Igne blando digeratur, dein filtretur, & balnei vapore ad conſiſtentiam ſolidam inſpiſſetur, ſive reducatur.

ALOES NUTRITIO.

℞. Aloes Soccotrinæ puriſsimæ, vel ejus defectu Hæpaticæ lotæ, ſubtilitèr pulveriſatæ, quantùm volueris. Mitte in vaſe terreo vitreato, cui ſuperaffunde Succi Roſarum Rubrarum, vel Pallidarum, depurati, ... quantitatem ſufficientem. Ut fiat inſtar pultis liquidioris, tunc vapora ad ſiccitatem Balneo Maris. Terque hoc iteretur: maſſa tandem uſui ſervetur, & Aloe roſata vocatur; ſi autem loco Succi Roſarum ſuperaffundatur Succus Violarum, Aloe violata dicitur.

ALUMINIS USTIO.

℞. Aluminis rochæ, . . . quantùm volueris. Indatur vaſi novo figulino non vitreato, & igne impoſito, aduratur, donec ampullas amplius non emittat.

PRÆPARATIO ASSELLORUM.

℞. Aſellos ſylveſtres vivos coloris argentei, ... quot volueris. Vino albo ablue. Exſicca, & ſerva.

PRÆPARATIO BOLI ARMENÆ.

℞. Boli Armenæ ſubtilitèr pulverati, quantùm volueris. Rore majali, Aquâ nivis, vel fontanâ puriſsimâ ablue. Aquam per decantationem ſepara; ac deindè ad Solem exſicca, & ſerva.

PRÆPARATIO CHALCITIDIS, PRO THERIACA.

℞. Vitrioli viridis, ... quantùm volueris. In vaſe terreo, aliquandiù igne communi calcinetur, ad humiditatis ſuperfluæ evaporationem, donec in maſſam cinericiam reducatur.

USTIO, seu CALCINATIO VITRIOLI AD RUBEDINEM.

COLCOTHAR ARTIFICIALE DICTUM.

℞ Vitrioli, ... quantùm volueris. In vaſe terreo non vitreato, igne moderato exſiccetur, deindè igne forti calcinetur, uſquedùm vitriolum in fundo, & ad vaſis latera rubeſcat, & erit COLCOTHAR.

EDULCORATIO COLCOTHARIS.

℞ Colcotharis prædicti, . . . quantùm volueris. In Aquæ communis . . ſufficienti quantitate. abluatur, donec tota ſalſuginitas, & acrimonia fuerit abſumpta; deindè exſiccetur, uſuique ſervetur; ſicque præparatum Crocus Martis adſtringens eſt, & TERRA VITRIOLI DULCIS in Officinis vocatur.

CORNU CERVI AD ALBEDINEM CALCINATUM.

℞ Cornu Cervi fruſtula, . . . quot volueris. Vaſi figulino imponantur, & in fornacem ad albedinem urantur igne aperto; deindè pulveriſentur, & in lapide marmoreo, aquâ roſaceâ ſuper-aspersâ lævigentur, & in trochiſcos redigantur, exſiccentur, & uſui ſerventur.

CORNU CERVI PULVERISATIO.

℞ Cornu Cervi integri, . . quantùm volueris. Scobina derade. Scobs in pulverem redacta aquâ roſaceâ irroretur, ut fiat paſta, quæ exſiccata, & iterum pulveriſata cum eadem aqua in maſſam redigatur, tandemque denuò exſiccetur, pulveriſetur, idque ter, vel quater repetatur, & ad uſum reponatur.

Similiter præparantur.

Unicornu.

Ebur.
Rhinocerontis cornu.
Apri dentes.
Mandibula Piſcis Lucii.
Cranium humanum, & ſimilia.

PRÆPARATIO CORNU CERVI PHILOSOPHICA.

R. Cornu Cervi in majora fruſta ſecti, ... quantùm volueris.
Mitte in vas idoneum. Affunde
Aquæ comunis, ... quantitatem ſufficientem.
Vaſe ritè obturato bulliant, donec molleſcant, poſteà medulla à cortice exteriori nigricante cultro ſeparetur, & cornua albicantia exſiccentur, pulveriſentur, & uſui ſerventur.

Aqua vero à coctione remanens, poſt depurationem ulteriori coctura Gelatinam exhibet.

PRÆPARATIO JECORIS LUPI.

R. Jecur Lupi in fruſta inciſum, & vino odorato lautum, in clybano, vel in Sole exſiccetur, & Abſynthio obvolutum reponatur.

PRÆPARATIO INTESTINORUM LUPI.

R. Lupi inteſtina ſecundum longitudinem diſecta, ac vino, in qua Ruta, & Fœniculum incocta fuerint, elota, exſiccentur, & Ruta obvoluta uſui tandem ſerventur.

PRÆPARATIO PULMONIS VULPIS.

℞. Pulmonem Vulpis recentem (extracta aſpera arteria) in fruſta diſectum, multoties lava, & calore clibani lento exſicca, abſynthioque involutum ad uſum ſerva.

PRÆPARATIO PRIAPI CERVI.

℞. Priapi Cervi in plures partes diſecti, ... quantùm volueris.
Aqua comuni lava, ac in clibano benè exſiccatus ad uſum ſervetur.

PRÆPARATIO SANGUINIS HIRCI.

℞. Hircum non caſtratum, quem diebus canicularibus cornibus ſuſpende, cruribuſque ad cornua reflexis, teſtes abſcinde, & accepto ex eis omni cruore exanguem pro Lanione dimitte: ſanguis ſic collectus, & à parte ſeroſa ſeparatus, in Sole exſiccetur, & ſervetur ad uſum.

Alii verò HIRCUM decollant, ſanguinemque manantem vaſe terreo vitreato accipiunt, & ſero depuratum, exſiccant, uſuique reponunt.

PRÆPARATIO ALBI GRÆCI.

℞. Albi Græci, ſeu Stercoris Canis exſiccati (per aliquot dies oſsibus nutriti), . quantùm volueris.
Lævigetur ſupra marmor cum
Aquæ plantaginis, ... quantitate ſufficienti.
Formentur denique trochiſci, qui exſiccati uſui ſerventur.

Simili modo parari poteſt.

Stercus Pavonis. . . . . *cum aqua Pęonię.*
Stercus Anſeris. . . . . *cum aqua Cichorii.*

PRÆPARATIO VIPERARUM.

Viperæ, Vere, & Autumno ſunt capiendæ, tunc enim vivaces, pingues, craſſæque exiſtunt. Viperas ſeorſim cum forcipe ſume, & caput, collum, caudamque abſcinde, non quod veneni ſint receptacula, ſed quia carne prædictæ partes deſtituuntur; poſteà excoria eas, & exentera, pinguedineque ſeorſim ad alios uſus ſepoſita, earum truncos, corda, & jecinora in aere, umbraque exſicca, ac in vaſe clauſo, locoque ſicco ad uſum repone.

Pinguedo autem lota, & lento igne liquefacta, ſtatimque colata, in vaſe vitreo ſervetur: Capita denique, caudæ, interanea, & coria exſiccentur, & ad diſtillationem ſpiritus, olei, ac ſalis volatilis viperarum cuſtodiantur.

PRÆPARATIO HIRUNDINUM.

℞. Pullorum Hirundinum deplumatorum, & exenteratorum, ... quot volueris.
In vaſe terreo vitreato leni balnei calore exſicca, pulveriſa, & ad uſum ſerva.

Simili pręparantur modo.

Ranæ.
Bufones.
Cancri fluviatiles.
Erinacei.
Lumbrici.
Limaces.
Talpæ.

PRÆPARATIO LACCÆ.

℞. Radicis Ariſtolochiæ longæ, & Schœnanthi, ... ana unciam unam.
Bulliant ſimul in . . . . . ſufficienti quantitate.
Aquæ ad remanentiam libræ unius, coletur, colaturæque

adde Laccæ electæ parùm fractæ uncias quatuor, decoquatur moderato igne, uſquedùm purior Laccæ pars ſupernatet, diſſolvaturque quidquid in ea laudabile ſit, & ſanguinei coloris aqua reddatur: tunc Lacca per inclinationem ab humiditate, & ſordibus ſeparata coletur, ac Solis calore ſiccata ad uſum ſervetur.

USTIO, SEU CALCINATIO PLUMBI.

℞. Plumbi, ... quantùm volueris.
Liqueſcat in vaſe terreo novo non vitreato, cui jam liquefacto adde
Sulphuris pulveriſati, . . . quantitatem ſufficientem.
Igne vehementi calcinetur, ſpathula ferrea illud agitando, donec in pulverem redigatur.

ÆRIS USTIO.

℞. Æris bracteæ, ... quot libuerit.
Immittantur in fictile vas, interpoſito inter ſingulas æris lamellas ſalis communis, aut ſulphuris pulvere, ut fiat ſtratum ſuper ſtratum: hoc, medio igne, ſufficientèr uratur, & calx relicta, aqua calida ſæpiùs affuſa, edulcoretur. Hoc tamen inſpecto, quod ſi cum ſale, vel nitrò præparetur Æs, calx evadet rubicunda; è contra verò nigra, ſi cum ſulphure comburatur.

PRÆPARATIO CHALYBIS CUM ACETO.

℞. Limaturæ Chalybis, . . . quantùm libuerit.
Imponatur in vaſe terreo, & ſuperinfundatur
Aceti Vini acerrimi, ... quantitas ſufficiens.
Ut fiat inſtar pultis ſolidioris, tunc in loco calido exſiccetur, poſteà maſſa pulveriſetur, & ſic ſepties reiteretur, dein ſupra marmor lævigetur, & uſui ſervetur.

PRÆPARATIO CHALYBIS CUM SULPHURE.

℞. Limaturæ Chalybis, & Sulphuris communis pulveriſati, ... partes æquales. Miſce, & cum aqua in paſtam redige, quam in vaſe terreo, horis quatuor repone ad fermenteſcendum, poſteà valido igne calcinetur, ſpathula ferrea indeſinenter materiam agitando, uſquequò in Crocum rubrum redactæ ſint limaturæ, uſui ſerva. Ab aliis verò ſequenti modo præparantur.

Fruſtum Chalybis oblongum igniatur ſub folle fortiſſimo igne, uſquequò de ſe ſcintillas undique ſpargat: tunc extrahatur ab igne integrum fruſtum, & magdaleon ſulphuris ſubitò, & fortiter ei admoveatur, ſic enim guttatim ambo liquata decident in patinam aquæ ſuppoſitam, hic labor continuari debet, donec ſufficiens granulorum ferri acquiratur quantitas; deindè hæc pulveriſentur grana, & in crucibulo calcinentur, ut ſulphur omne deflagret, lævigetur denique pulvis, & uſui ſervetur.

PRÆPARATIO OCULORUM CANCRORUM.

℞. Lapidum Cancrorum genuinorum, quot volueris. Aqua fluviatili calente pluriès in die renovata ablue; idque per plures dies repete, donec ferè nullus in eis deprehendatur odor.

Exſiccatos tere ſubtiliſsimè in mortario ferreo, vel marmoreo. Poſthac ſupra porphyritem agita, inſtillando identidem aquam communem, uſque dùm in pultem tenuiſsimam lævigentur. Effinge Trochiſcos in umbra ſiccandos.

Simili modo prępar abuntur.

Teſtacea,
Corallia.

PRÆPARATIO MARGARITARUM.

℞. Margaritarum Orientalium, . quantùm volueris.
Aqua fluviatili calente ſemèl, aut iterùm ablue. Exſicca. Tere, & ſupra porphyritem læviga.

Simili modo preparatur.

Succinum.

PRÆPARATIO TESTARUM COCLEARUM.

℞. Coclearum oblongas teſtas, . . . quot volueris.
His affunde
Aceti deſtilati, ... quantitatem ſufficientem.
Macera per noctem, ad extrahendam mucoſitatem, quam diligenter abrades, exſiccata, poſteà pulveriſentur, & cum aqua Cardui benedicti ſupra marmor lævigentur, formentur denique Trochiſci, qui cognominantur Antifebrile Concharum, vel Febrifugum Crollianum.

PRÆPARATIO FRAGMENTORUM LAPIDUM PRETIOSORUM.

Fragmenta pretioſa aqua ablue. In mortario ferreo, non verò æneo, piſtillo ferreo in pulverem craſsiuſculum comminue; ſuper chartam pulverem expande, & Magnetis ope ferri particulas inter pulverationem abraſas extrahe. Tùm ſupra porphyritem in pollinem redige, & Trochiſcos effinge.

PRÆPARATIO ANTIMONII.

℞. Antimonii crudi in mortario ferreo pulverati, ... , . quantum libuerit.
Supra porphyritem læviga; dein cum aqua multa permiſce, & agita. Aquam, cum turbida fuerit, decanta, & in vaſe idoneo repone. Superſtiti materiæ iterùm aquam affun-

de, tere, & aquam turbidam ſuper priorem effunde; idque toties repete, donec totam materiam alkooliſatam exhauſeris. Tum aquam omnem effuſam decanta, & Antimonium in fundo vaſis remanens exſicca, & ſerva.

Simili modo preparentur.

Cinnabaris,
Magnes,
Lapis Hæmatites.

PRÆPARATIO LAPIDIS LAZULI, seu CYANEI.

℞. Lapidis Lazuli electi, . . quantùm volueris. Candeſcat in Crucibulo. Aquâ Borraginis extingue. Semèl, atque iterùm id repete. Poſthac ſubtiliſsimè trituretur. Aquâ fontanâ lavetur; aqua per inclinationem effundatur, & ſupra porphyritem læviga cum aqua Roſarum, & ex eo tandem formentur Trochiſci, & ſerventur.

Similitèr preparantur.

Cryſtallus.
Tuthia.
Lapis Pumex.
Lapis Judaicus.
Lapis Calaminaris.
Lapis Lyncis.

CORRECTIO SCAMONII CUM SUCCO CYDONIORUM,

unde Scammonium Cydoniatum dictum.

℞. Scamonii Aleppenſis ſubtilitèr pulveriſati, ... quantùm libuerit. Immitte in vas fictile vitreatum, cui ſuperinfunde Succi Cydoniorum, ... quantitatem ſufficientem. ad conſiſtentiam pultis liquidæ; deinde in Balneo Maris, vel calore lento, ſpathula continuò agitando, exſicca; ut

fiant Trochiſci uſui ſervandi, ſub nomine Diacrydii, & hæc autem operatio INSUCCATIO dicitur.

GLYCYRRHISATUM SEQUENTI MODO PRÆPARATUR

℞. Scamonii pulveriſati, . . . quantùm volueris.

Agita in mortario marmoreo ſenſim affundendo decoctum glycyrrhiſæ fervens, donec lacteſcat, liquorem lacteum amove, & cum predicto decocto procede ut eſt dictum, ac repete, donec fœces nigricantes in fundo ſolùm remanſerint, poſteà liquores lacteos miſce, & in Balneo Maris, aut lento calore evapora ad ſiccitatem.

Notandum verò, quòd ſemper, ac in compoſitionibus Scammonium abſolutè præſcribatur, electum, & crudum imponi debeat.

SCAMONIUM SULPHURATUM.

℞. Scamonii electi, mediocriter triti, quantum libuerit.

Super chartam bibulam expanſi ſulphuris fumo ſuffumigetur; ſtudiosè tamen cavendo ne liqueſcat, quare Scamonium ſine intermiſsione commoveatnr, & lentiſsimo calore ſulphuris fumo imbuatur.

TORREFACTIO RHABARBARI.

℞. Rhabarbari electi pulverati, . quantùm placet.

Mitte in patinam argenteam vel ferream. Impone igni moderato, continuò ſpathulâ movendo, donec fuſcum colorem acquiſiverit. Serva ad uſum.

Simili modo torrefiunt.

Myrobalani, &c.

NUTRITIO SARCOCOLLÆ.

℞. Sarcocollæ electæ, craſo modo pulveriſatæ, ... quantùm volueris.
Lactis Mulieris, vel Caprini, . quantitate ſufficiente.

irroretur, ut fiat paſta liquida. Poſtea leni calore exſiccetur, ſicque ſervetur ad uſum.

PURIFICATIO GUMMI AMMONIACI.

R. Gummi Ammoniaci, . . . quantùm libuerit.
Solve igne leni in
Vini albi, ... quantitate ſufficienti.

Solutionem lacteſcentem pluriès cola per linteum rarum, fortiter exprimendo. Colatura vaporet Balneo Maris ad extracti conſiſtentiam.

Simili modo preparentur.

Galbanum,
Sagapenum,
Opoponax,
Bdellium,

Nota. Ad uſus internos rectiùs adhibentur horum Gummi lachrymæ puriores, quæ nullâ egent præparatione.

CORRECTIO EUPHORBII.

R. Euphorbii puri, & pulveriſati, quantùm volueris. Immite in Matratium, cui ſuperinfundatur ſucci limonum optimè depurati, quod ſufficiat ad eminentiam quatuor digitorum, digere igne arenæ, identidem agitando, donec Euphorbium ſolutum appareat; poſteà cola per linteum mundum, & Balneo Maris vaporet ad ſiccitatem, ac ſerva ad uſum.

PURIFICATIO SALIS MARINI.

R. Salis Marini, ... quantùm libuerit.
Solve in
Aquæ communis, . . . ſufficienti quantitate.

Solutionem filtra, vaporet ad pelliculam, deinde immitte in cella, ut in cryſtallos concreſcat.

Simili modo preparantur.

Sal Catharticum.

Vitriola.
Alumina, & ſimilia.

PURIFICATIO SALIS AMMONIACI.

℞. Salis Ammoniaci, . . . quantùm volueris.
Solve in
Aquæ communis, . . ſufficienti quantitate.
Filtra, dein vaporet ſolutio ad pelliculam, ſi cryſtallos volueris.

PURIFICATIO NITRI.

℞. Nitri, ... quantùm volueris.
Solve in
Aquæ puræ, ... ſufficienti quantitate.
Unicuique Nitri libræ adde
Aquæ calcis primæ, ... unciam unam.
Liquoris Nitri fixi, ... guttas aliquas.
Quieſcant per viginti quatuor horas. Liquorem filtra. Vaporet ad pelliculam. Pone in cellâ. Concreſcent cryſtalli, Sale Marino omninò ſpoliati.

DECREPITATIO SALIS.

℞. Salis Marini, vel communis, . quantùm volueris.
Projice per vices in ollam fictilem non vitratam, candentem, vaſe cooperto. Fiat Decrepitatio.

COCTIO SCYLLÆ.

℞. Scyllas recentes, ablatis corticulis exterioribus, & radicibus, ... quot volueris.
Singulas, farinâ, aquâ ſubactâ involve, deinde in clybano coquantur, donec feſtucâ penetrari poſsint. Tum ſingularum ſquammæ cruſtâ nudatæ, demptis membranulis, pinſentur, & per ſetaceum trajiciantur.

SCYLLÆ EXSICCATIO.

℞. Squammas Scyllæ, eas nempè quæ mediæ ſunt corticem inter & meditullium. Filo trajice à ſe invicem diſcretas. Tum Soli ardentiſsimo, vel in Hypocauſto, per tres dies exſiccentur.

TEREBINTHINÆ LOTIO.

℞. Terebinthinæ Venetæ, ... uncias duas.
Mitte in
Aquæ Roſarum, ... uncias ſex.
Agita ſpathulâ, & exime. Semel, & iterùm idem repete, aquâ renovatâ.

TEREBINTHINÆ COCTIO.

℞. Terebinthinæ, ... uncias duas.
Coque ex
Aquæ communis, . . ſufficienti quantitate, ad Colophoniæ duritiem. Exime, & ſerva.

Simili modo parabuntur, ſive per Lotionem, ſive per Coctionem.

Terebinthina Chia, & pro neceſsitate,
alii Succi balſamici reſinoſi liquidi.

PRÆPARATIO SERI LACTIS.

℞. Lactis Caprini, Vaccini vel alterius animalis recentèr mulcti, ... libras quinque.
Immitte in vas figulinum, admiſce
Coaguli Vituli, ſeu Caprini, ſeu Floris Cardui, prius ex aquæ cochleare uno, aut altero perfectè ſoluti, . ſemi drachmam.
Vas coopertum colloca ſupra cineres calidos per aliquot horas, donec Lac densè cojerit, Serum decanta, & coagulum impone in ſetaceum equinum, ut Serum uberiùs ſtillet, tunc Serum per linteum mundum ſimul, & iterùm trajice.

CLARIFICATIO SERI LACTIS.

Serum Lactis, ut ſupra paratum, turbidum adhuc, & albicans, agitetur cum ovi albumine: Bulliat, & inter ebullitionem inſpergatur.

Cremoris Tartari, ... grana octo. pro ſingulis Seri libris. Fiat colatura, quæ quidem, ſi non ſit perfectè limpida, per chartam bibulam (penitùs refrigerata) trajiciatur.

CAPUT X.

DE SUCCIS LIQUIDIS VEGETABILIUM.

VEgetabilium Succus eſt ſubſtantia quædam expreſſa ex particulis aquoſis, ſalinis ſulphureis, terreſtribuſque compoſita, quæ media aeris oppreſsione, & calore ſubterraneo augetur, ut è terra, per fibrarum radicum ora, nutritionis, auctioniſque gratia aſcendens, totam per plantæ ſubſtantiam circuletur; modo eodem, quo ſanguis, aliaque fluida in animantibus.

Omnes Succi triplici modo, ex ſimplicibus extrahuntur: nempè per inciſionem, expreſsionem, & digeſtionem; per inciſionem, v. gr. aqua ex vitibus, liquor betulæ, bryoniæ, ſcammonii, aloes, & ſimilium; per expreſsionem eliciuntur Succi ex caulibus, foliis, floribus, radicibus, & fructibus; per digeſtionem denique, ex aliquibus Vegetalibus, & Inſectis ſeparantur.

Diverſimodè tamen Succus ex prædictis extrahitur. Caules enim, & folia exprimuntur hoc modo.

℞. Caules, & folia recentia, ſucculentaque, hoc eſt, priuſquàm flores, ac ſemina emittant, ab impuritatibus per lavationem mundata, quæ in mortario lapideo

probè piſtentur, donec redigantur in maſſam, deinde in vaſe terreo vitreato per horas octo macerentur, ut Succus liquidior fiat, & in torculari exprimantur: Succus expreſſus igne lento ebulliat, ut clarificetur, coletur, & in vaſe vitreo reponatur.

Modo ſimili extrahuntur Succi ſequentes.

Abſynthii,
Agrimoniæ,
Fumariæ,
Plantaginis, & ſimilia.

EX FLORIBUS VERO SIC.

℞. Florum à calicibus mundatorum, . quantum placet. In mortario marmoreo piſtentur, quatuorque horis macerentur, deindè prælo Succus exprimatur, qui in vaſe vitreo inſoletur, donec clarefiat, & per decantationem ſeparatus, modo ſupradicto uſui ſervetur.

Hoc modo extrahitur Succus Florum.

Papaveris Rhæados.
Roſarum Alexandrinarum.
Rubrarum.
Violarum, & ſimilium.

EX FRUCTIBUS CARNOSIS SIC EXTRAHITUR.

℞. Fructus carnoſi maturi, . . . quot libuerit. radula deterantur, ac per decem horas macerentur, factaque expreſsione Succus eliciatur, qui deindè per quatuor dies inſoletur, & Succus clarus per inclinationem ſeparetur, uſui ſervetur. Ut v. gr. ſequentes Succi.

Cydoniorum.
Cucurbitæ.
Melonum.
Pomorum, & ſimilium.
Radicum Bryoniæ.

Cucumeris.
Iridis, & ſimilium.

SUCCI LIMONUM EXTRACTIO.

℞. Limonum, ... quot libuerit. Medulla ſuccoſa á corticibus carnoſis ſeparetur, & leviter contundatur, præloque exprimatur, & Succus per reſidentiam clarificatus ad uſum reponatur.

Similitèr exprimuntur Succi.

Aurantiorum.
Citri, & ſimilium.

EXTRACTIO SUCCI GRANATORUM.

℞. Malorum Granatorum, . . . quot volueris. Ex eis grana (à corticibus exterioribus, pelliculiſque ſeparata) conſtringantur manibus, & confricentur, mediaque expreſsione Succus elicitur, ac per ſubſidentiam purificatus uſui reponatur.

EXTRACTIO SUCCI MORORUM.

℞. Fructus Mororum maturorum, quantum libuerit. Blandè contundantur in mortario marmoreo, & facta expreſsione, Succus per ſubſidentiam purificatus ſervetur ad uſum.

Eodem modo extrahitur Succus.

Fragorum.
Ceraſſorum.
Agreſtæ, & ſimilium.

PER DIGESTIONEM EXTRAHITUR SUCCUS EX HERVIS VIRIDIS HOC MODO.

℞. Herbæ Viridis, ... quantùm placet. In mortario marmoreo contundatur, donec in maſſam redigatur, injice in cucurbita figulina vitreata, benè

obturata, & in clybano ponatur ad horas ſex, deindè aperiatur, ſuccuſque per inclinationem ſeparetur, & uſui ſervetur.

EXTRACTIO SUCCI LUMBRICORUM.

etsi Lumbrici non sint Vegetabiles.

℞. Lumbricorum terreſtrium, . . quot volueris.
Immite in vas vitreum anguſti orificii, optimè clauſum, deindè in clybano, inſtar panis coquatur, peractaque coctione, lumbricos in liquorem reſolutos invenies: filtra, & ad uſum ſerva.

Nota primò: quod omnes Succi, qui clarefieri, vel coqui debent cum ſaccharo, aut melle, vel admiſceri debeant unguentis, vel emplaſtris, defœcatione haud indigent. Secundò: Succos vinoſos Soli exponendos, ut clareant. Tertiò: Plantis aridis ferventem aquam addendam eſſe. Quartò: Omnes Succi acidi colorem mutant in vaſis æneis, aut ferreis. Quintò: Succi defœcati ſervari debent in vaſis vitreis colli longioris, ſuperaffuſo oleo olivarum.

PARS SECUNDA.

CAPUT PRIMUM.

DE COMPOSITIONE, SEU MISTIONE Medicamentorum.

MIſtio, ſeu compoſitio Medicamentorum Pharmaceutica eſt artificioſa ſimplicium exactè præparatorum certa proportione, pondere, & menſura aſſociatio, ut medicamentum, è diſtinctis corporibus combinatum, tanquàm unum appareat.

Multa in medicamentorum compoſitione ab Artificibus, ſeu Pharmacopœis debent obſervari : an ſcilicèt ſimplicia ſint viſcoſa, reſinoſa, terreſtria, liquida, mollia, dura, &c. Ut menſtrua idonea, & opportuna eligantur ad diſſolvendas moleculas eorum deſideratas, & præparationes debitas ad unionem, & conjunctionem in compoſitionibus faciendam.

Unio in Pharmacia vocatur, dum corporum particulæ, ſeu moleculæ in aliquo liquido innatare coguntur, ſolutione mediante, ut in Tincturis, Decoctis, Infuſionibus, Lixiviis, & ſimilibus.

Conjunctio verò dicitur, quando ſimplicia præparata, ad miſtionemque adaptata, partim miſcentur, partim uniuntur, partimque cohærent mediante corpore aliquo viſcoſo, ſeu oleoſo, quod eis, inſtar vinculi, intermediique inſervit, ut in Electuariis, Tabellis, Trochiſcis, Pilulis, Linimentis, Cerotis, & ſimilibus.

CAPUT II.

DE INFUSIONIBUS.

INfuſiones ſunt medicamentorum extractiones ſub forma liquida ex illorum ſpeciebus, mediante temporis ſpatio, in liquore commodo, in frigido, ſeu calido loco factæ.

Infuſiones in duas claſſes præcipuè dividuntur, in Laxantes, videlicèt, & Alterantes: Laxantibus verò communitèr in Medicina hodie utimur: nàm ſolùm particulæ ſubtiliores, & magis ſolubiles ſimplicium purgantium, mediante infuſione in liquore aquoſo, extrahuntur; & ideo operationes ab illis factæ benigniores ſunt, quàm in decoctis, ſeu aliis medicamentorum compoſitionibus.

Modus, ſive methodus ita eſt, ut ſpecies pro re nata, vel mundentur, vel ſcindantur, vel contundantur, deindè iis liquor aquóſus in ſufficienti, ſeu præſcripta quantitate affundatur, atque per aliquot horas, ſeu dies, ſecundum exigentiam, macerentur, ſive digerantur, & denique colentur, ut ad uſum porrigantur.

Notandum quod, quamvis Vina, Acetum, Tincturæ, & aliæ ſpecies medicamentorum liquidorum eadem operatione fiant, hìc tamen ea non deſcribimus, ſed ad diverſa capita eorum dilucidationem, & explicationem mittimus.

INFUSIO ROSARUM ALEXANDRINARUM.

℞. Foliorum Roſarum Pallidarum recentium à calicibus probè mundatorum, . . . libras duodecim.
Aquæ communis ferventis, . . . libras triginta.

Infundantur in vaſe fictili vitreato per ſpatium viginti quatuor horarum, poſteà expreſsione facta, rursùs calefiat; non tamen ad ebullitionem uſque, & altera fiat infuſio ejuſdem quantitatis Foliorum Roſarum, coletur deni-

que, & exprimatur: hæc operatio ter, quatervè reiteretur, ac per ſubſidentiam depurata uſui ſervetur.

Eodem modo fiunt infuſiones.

Roſarum Rubrarum.
Florum Perſicorum.
Papaveris Rhœados, & ſimilium.

Notandum quod aliæ infuſiones laxantes, & alterantes extemporaneæ fiunt, & ſecundum varias intentiones à Medicis præſcribuntur.

CAPUT III.

DE VINIS, ET CEREVISIIS MEDICATIS.

Vina, & Cereviſiæ medicatæ, ſeu compoſitæ, nihil aliud ſunt, quam ipſa Vina, ipſæque Cereviſiæ particulis unius, ſive plurium ſimplicium, fermentatione mediante, aut infuſione, impraegnatæ.

Vinum paratur ex omnibus ferè Succis fructuum maturorum, ritè fermentatis: fitque ex melle, & ſaccharo in Medicina, attamen vinum ex muſto fermentato inſervit.

Cereviſia etiam eſt vini ſpecies, & ex lupulo, hordeo, tritico, avena, ſimilibuſque in debita aquæ quantitate decoctis, ac fermentatis efficitur.

Dupliciter itaque vina medicinalia præparantur, infuſione, videlicèt ſimplicium in muſto, ſeu in miſtura hordei, & aquæ, ut ſimul fermententur, ac eorum ſubſtantiæ, aut virtutes, à liquoribus extrahantur, vel infundendo ſimplicia in Vino, aut in Cereviſia, ut, mediante digeſtione, inſolatione, vel maceratione per dies aliquot, partes eorum activæ diſolvantur.

VINUM EMETICUM.

℞. Croci Metallorum, ſeu Hepatis Antimonii, uncias tres.
Vini albi optimi, ... libras duas.

Infunde, & macera per dies octo in Matratio benè obturato, ac ſimul reponantur, & ſerventur, ſæpiùs agitando, ad ejus verò uſum vinum ſupernatans per inclinationem ſeparetur.

Inſignitèr bilioſos evacuat humores, tam per vomitum, quam per ſeceſſum.

Doſis ab uncia ſemis ad uncias quatuor.

VINUM ABSYNTHII MEDIANTE FERMENTATIONE FACTUM.

℞. Summitatum Abſynthii ſiccarum, & inciſſarum, ... libras quinque.

Injice in doliolum idoneum, quibus ſuperaffunde
Muſti recentis, ... libras ſexaginta.

Reponantur ſimul in cella vinaria, & fermentatione facta, liquor vinoſus clarus in lagenis vitreis, optimè obturatis, ad uſum ſervetur.

Menſes movet, appetitum excitat, ventriculum roborat, ac flatus diſsipat.

Doſis ab uncia una ad uncias quatuor.

Eadem methodo fiunt Vina.

Betonicæ.
Salviæ.
Roris marini, & ſimilium.

VINUM ABSYNTHII EXTEMPORANEUM.

℞. Summitatum Abſynthii ſiccarum, & inciſſarum, ... uncias tres.
Vini albi optimi, ... libras octo.

Infundantur, ac macerentur ad dies duos, dein vinum coletur, & ad uſum ſervetur.

Eaſdem habet virtutes, ac pręcedens.

Doſis quoque eadem eſt.

Similiter paratur vinum.

Euphraſiæ.
Salviæ.
Betonicæ.
Roris Marini.
Radicis Enulæ campanæ, & ſimilium vegetabilium.

VINUM KINÆ KINÆ, SEU ANTI-FEBRILE.

℞. Kinæ Kinæ pulveratæ, . unciam unam & ſemis.
Vini albi optimi, ... libras tres.

Infundantur in vaſe vitreo ſtricti oris, benè obturati, ac digerantur in loco calido per viginti quatuor horas, ſæpius agitando; dein pèr inclinationem vinum ſeparetur.

Ad febres, maximè intermittentes debellandas, prodeſt.

Doſis ab unciis duabus ad uncias quatuor.

VINUM STIPTICUM.

℞. Nucum Cupreſſi, ...
Foliorum Roris marini, .
Baccarum Myrti, ... } ana unciam unam.
Roſarum Rubrarum, . . .
Corticis Granatorum, . .
Balauſtiarum, ...
Aluminis crudi, ... } ana unciam ſemis.
Vini Rubri optimi, . . . libras quatuor.

Omnia contuſa decoquantur per ſemihoram igne lento, ſecundum artem, dein decoctum coletur, atque exprimatur.

Adſtringens, & roborans eſt.

CAPUT IV.

DE ACETIS MEDICATIS.

ACetum Medicinale nihil aliud eſt, quam Acetum vini naturale particulis activis unius, ſeu plurium ſimplicium, mediante infuſione impraegnatum.

ACETUM ROSATUM.

℞. Florum Roſarum Rubrarum ſiccarum, & ab ungulis mundatorum, ... libram unam.
Aceti vini optimi, ... libras octo.

Inſolentur per quindecim dies in vaſe vitreo obturato, dein coletur, & exprimatur.

Eadem methodo fiunt Aceta, videlicèt.

Florum Sambuci.
Calendulæ.
Roris Marini.
Tunicæ.
Herbarum Rutæ.
Scordii.
Sennæ, & ſimilium.

Acetum roſatum incidit, detergit, temperat, appetitum excitat, acrimoniam ſalium volatilium obtundit, vermes necat, vomitus ſiſtit; pro uſu interiori cum alimentis, ſeu medicamentis miſcetur, putredinem arcet; externè fronti aplicatum ſomnum inducit.

ACETUM SCYLLITICUM.

℞. Laminarum Scyllæ ſiccarum, . . . libram unam.
Aceti Vini Acerrimi, ... libras ſex.

Immittantur in vas vitreum idoneum benè obturatum,

& per quadraginta dies inſolentur, dein Acetum colatum uſui ſervetur.

Pro conficiendo Oximelle Scyllitico, & gummi diſſolvendis in officinis præſertim inſervit.

Ab omnibus fere Medicis pro medicamento efficaci ad cerebri affectus frigidos, & curatu contumaces habetur, ut ad epilepſiam, & vertiginem: humores enim craſſos attenuat, lentos incidit, promptoſque ad evacuationem reddit.

Doſis ab uncia ſemis ad uncias tres.

ACETUM PLUMBI, SEU SATURNI.

℞. Lithargyrii, vel Minii, ſeu Ceruſſæ, libram unam.
Aceti albi acerrimi, ... libras duas.

Infundantur per dies octo in vaſe vitreo ſæpiùs agitando, dein acetum probè dulcificatum filtretur, & uſui ſervetur.

Miſtum, & ritè agitatum cum oleo violarum, ſive Amygdalarum dulcium, pro butyro Saturni conficiendo inſervit; in omnibus cutis vitiis, ulceribus humidis, & fœtidis, ac ſimilibus affectibus butyrum hoc maximè prodeſt.

ACETUM THERIACALE, SEU BEZOARDICUM.

℞. Specierum Aquæ Theriacalis in hac Pharmacopœa deſcriptæ, ... uncias decem & ſemis.
Fiat maceratio per triginta dies in
Aceti Vini optimi, ... libris decem.
Dein cola, & in expreſſo diſolve
Theriacæ magnæ, ... uncias quinque.
Ac inſola per triginta dies. Cola iterùm, & ſerva.

Commendatur ad invertenda miaſmata maligna, quæ coagulando, vel diſolvendo ſanguinem, & ſpiritus, deſ-

truunt naturam, & ad febres malignas, vel ipſam peſtem diſponunt.

Doſis ab uncia una ad uncias duas.

Externè naribus admotum, & pulſibus applicatum, præſervat, atque roborat.

Notandum, quod acetis ſubjungi poſſunt Oxycratum, ſeu Posca, & Oxyrrhodinum.

Oxycratum nihil aliud eſt, quam miſtio ex una aceti parte, & ſex partibus aquæ conſtans.

Oxyrrhodinum paratur, miſcendo partem unam aceti roſati, & tres olei roſarum partes.

CAPUT V.

DE DECOCTIS.

Decoctum eſt medicamentum liquidum variis particulis, ſive moleculis unius, vel plurium ſimplicium imbutum, recta coctione ſolutis, in liquido idoneo factum.

Decoctio verò levis eſt, valida, aut mediocris pro rerum coquendarum ſubſtantia, & viribus: quædam enim leviter tantùm decoquenda, ut quæ virtutem habent imbecillam, nimiſque diſsipabilem, & ſubſtantiam raram, veluti aliqua ſimplicia purgantia, flores ſcilicet Violarum, Roris marini, Papaveris Rhœados, &c. & quæ ex particulis ſalino-oleoſis volatilibus conſtant, ut Salvia, Thymus, Lavendula, Mentha, ſemen Fœniculi, Aniſi, Dauci, Lignum Aloes, Saſſafras, Santalum Citrinum, & omnia, quæ ſuavem aromaticum ſpirant odorem.

Altera verò validiorem poſcunt decoctionem, quorum nempe ſubſtantia firma eſt, craſſa, denſaque, ut ligna inodora, Polipodium, Sarſaparilla, China, & ſimilia: nàm eorum virtus difficillimè diſsipatur, ob arctiorem

particularum cohærentiam : ideo priùs maceranda, & poſtea diu decoquenda.

Alia mediocrem ſubſtinent decoctionem, quæ ſubſtantia, & viribus, inter dicta, media ſunt, ſicut herbæ, fructus, ſemina, radices, &c. quæ nec tam leviter ut flores, nec tam validè, ut ligna inodora decoquuntur.

Cùm verò à Madicis abſolutè præſcribatur decoctio, ſemper in vaſis fictilibus vitreatis, ſive cupreis benè ſtannatis, ritè obturatis, & in aqua fontana fieri debet.

DECOCTUM PECTORALE.

℞. Hordei integri, & mundati, . .	unciam unam.
Jujubarum, ...	numero duodecim.
Caricarum pinguium, . . .	numero ſex.
Paſſularum exacinatarum, .	ana ſemi unciam.
Glycyrrhiſæ contuſæ, . . .	(ana ſemi unciam.)
Capillorum Veneris, . .	manipulum ſemis.

Coque in

Aquæ fontis, ... libris tribus.

Ad conſumptionem tertiæ partis.

Cola per linteum, ac per ſubſidentiam depura.

Egregiè tuſsi opitulatur, ideoque in pleuritide prodeſt.

Doſis ab unciis tribus ad uncias ſex.

DECOCTUM PECTORALE SOLUTIVUM.

℞. Decocti pectoralis deſcripti, . .	uncias octo.
Foliorum Sennæ mundatæ, .	drachmas tres.
Rhabarbari contuſi, . .	drachmam unam.
Tartari ſolubilis, ſeu vitriolati,	ſcrupulum unum.

Omnia in vaſe terreo vitreato indantur, & igne lento, levi cum ebullitione decoquantur, dein cola, & ad uſum ſerva.

In pectoris affectibus, ubi opus eſt expurgare, inſervit: humores enim ſine moleſtia laxat.

Doſis ab unciis quatuor ad uncias ſex.

Notandum, quod folia Sennæ, radix Aſſari, Rhabarbari, flores Roſarum Alexandrinarum, Moſchatarum, & ſimilium, levi ebullitione decoquantur: nàm ſi nimia ſit, tunc ſubſtantia viſcoſo-tenax diſſolvitur, quæ magna inteſtinorum excitat tormina.

DECOCTUM ALBUM.

℞. Cornu Cervi ad albedinem calcinati, & ſupra porphyritem lævigati, ... ſemi unciam.
Micæ panis albiſsimi, ... uncias duas.
Aquæ communis, ... libras ſex.
Coque levitèr, cola, & edulca
Sacchari albiſsimi, . . ſufficienti quantitate.
Adde, ſi libuerit,
Aquæ Naphæ, vel Cinnamomi hordeatæ, ... drachmas duas.

In dyſenteria, diarrhœa, teneſmo, aliiſquè alvi fluxibus proficuum eſt, etiam tuſsim acrem, & ſiccam temperat.

Doſis ab unciis duabus ad uncias quatuor.

Aliquando pro potu communi inſervit.

DECOCTUM LIGNORUM.

℞. Ligni Guajaci, ... uncias tres.
Raſuræ Cornu Cervi, ... } ana unciam ſemis
Eboris, ... }
Contundantur omnia, & injiciantur in
Aquæ communis tepidæ, . libris decem & ſex.
In vaſe fictili vitreato, & per duodecim horas, infun-

dantur, poſteà vaſe clauſo, per duas horas, igne lento, decoquantur, addendo in fine

Raſuræ Ligni Saſſafras, . uncias duas & ſemis.
Santali Citrini, . . . drachmas ſex.

Leviterque percoquantur, dein decoctum cola, & ad uſum ſerva.

Exſiccat, attenuat, ſudorem movet, catarrhoſis affectibus confert, necnon arthriticis, paralyticis, & leucophlegmaticis.

Doſis ab unciis quatuor ad uncias ſex bis quotidie.

Decoctum, sive Aqua Anti-venerea, vel Antimonialis.

℞. Sarſæparillæ inciſæ, ... uncias duas.
Ligni viſci quercini contuſi, unciam unam & ſemis.
Raſuræ Cornu Cervi, . . . } ana ſemi unciam.
Eboris, ... }
Antimonii crudi in fruſta, & in petia ligati, ... uncias tres.
Aquæ communis tepidæ, . . libras decem.

Omnia ſimul injiciantur in vaſe fictili vitreato, & per ſpatium viginti quatuor horarum macerentur, poſteà igne lento, per horam decoquantur, in fine addendo

Cinnamomi acuti, ... drachmas duas.

Ab igneque ſtatim ſepara, dein decoctum cola, & ad uſum ſerva.

Ad dolores venereos, rheumaticos extirpandos valet, exſiccat, ac reſolvit: ideoque in gonorrhœa valdè prodeſt, ejus uſus per dies multos continuari debet.

Doſis ab unciis tribus ad uncias ſex.

DECOCTUM ANTI-NEPHRITICUM.

℞. Ligni Nephritici, ... ſemi unciam.
Corticis radicis Petroſelini, . . uncias duas.
Fructuum Alkekengi, ... drachmas ſex.
Cremoris tartari, ... drachmas tres.
Aquæ communis tepidæ, . . . libras ſex.

Contundantur, quæ contundenda, & injiciantur omnia in vaſe terreo vitreato, & per quadrantem horæ, igne lento decoquantur, in fine adde
Cinnamomi optimi, . . . drachmas duas.

Et ab igne vaſe ſemoto, decoctum refrigeratum cola, in colatura iterùm adde
Succi recentis Limonum, . . . uncias tres.
Sacchari Candi pulveriſati, . uncias quatuor.
Miſce, & ad uſum ſerva.

Laudatur maximè ad calculum expellendum, & ſabuloſam materiam in renibus, & veſica contentam.

Doſis ab unciis duabus ad uncias quatuor veſperè, atque manè.

DECOCTUM ANTI-ICTERICUM.

℞. Herbæ Abrotani, ... ſemi unciam.
Stercoris Anſerini in petia ligati, drachmas tres.
Radicis Chelidonii, . . . } ana drachmas duas.
Curcumæ, ... }
Baccarum Juniperi, . . . drachmas ſex.

Omnia contuſa injiciantur in
Vini albi optimi, &, ... } ana libris tribus.
Aquæ Abſynthii, ... }

Et in vaſe clauſo per quadrantem horæ decoquantur, addendo in fine
Rhabarbari optimi, . . } ana drachmam unam
Zedoariæ leviter contuſorum, } & ſemis.
Florum Hyperici, ... drachmas tres.

Nucis moſchatæ, . . . drachmam unam.
Croci integri, ... ſcrupulos duos.

Ac levi cum ebullitione finiatur decoctio, dein vaſe ab igne ſemoto, decoctum refrigeratum cola ad uſum.

In affectibus ictericis, & aliis ab obſtructione ortis, prodeſt.

Doſis ab unciis quatuor ad uncias ſex.

DECOCTUM AMARUM EX BATEANA.

℞. Summitatum Centaurii minoris, . } ana manipulum
Florum Chamæmeli, . . . } ſemis.
Foliorum Agrimoniæ, ... }
Seminum Cardui benedicti, } ana drachmam unam
Citri, . . . } & ſemis.
Florum Calendulæ, . . . pugillos duos.
Radicis Gentianæ, . . . drachmas duas.
Sennæ, ... drachmas ſex.
Rhabarbari, ... drachmam unam.
Vini albi, ... } ana libram unam.
Aquæ fontis, ... }

Coquantur ad dimidias, fiat colatura pro tribus, vel quatuor doſibus.

Decoctum Amarum alterans fit omittendo purgantia.

Clementèr purgat, bilioſos humores ſine moleſtia eliminat, & febribus meſſentericis ſuccurrit.

DECOCTUM ANTI-PESTILENTIALE,

SEU ANTILOIMICUM.

℞. Radicis Zedoariæ, ... ſemi unciam.
Contrayervæ, ... }
Angelicæ Hiſpanicæ, . . } ana drachmas duas.
Raſuræ Cornu Cervi, . . }
Eboris, ... }
Decocti hordei depurati, . . . libras tres.

In olla vitreata, operculo ſuo clauſa, per quadrantem horæ decoque, deinde adde

Theriacæ, ... } ana drachmam unam & ſemis.
Diaſcordii Fracaſtorii, . }
Croci, ... ſcrupulum unum.
Coccinelæ, ... ſcrupulos duos.

Levitèr ebulliant, coletur, & adde

Aquæ Theriacalis, ... }
Epidemicæ, ... } ana uncias duas.
Syrupi tunicæ, ... }
Syrupi Chermeſini, ... unciam unam.

Miſce, & propina ad uſum.

In febribus peſtilentialibus, maligniſque inſervit.

Doſis ab uncia una ad uncias tres.

DECOCTUM BEZOARDICUM CURVI INCOMPLETUM.

℞. Radicis Viperinæ in taleolas ſectæ, unciam unam. Coque ſecundum artem in vaſe fictili vitreato

Cum aquæ communis, ... libris ſex.
Seminis Citri contuſi, . . . drachmas duas.

Et in remanentiæ decocti colati libris quatuor injice.

Pulveris Bezoardici Curvi, . . ſemi unciam.
Rob ſambuci, ... uncias tres.

In febribus malignis, ac pernicioſis cum ſucceſſu adhibetur.

Doſis ab unciis duabus ad uncias quatuor.

DECOCTUM BEZOARDICUM CURVI COMPLETUM SOLUTIVUM.

℞. Decocti prædicti, ... libras quatuor.
Foliorum Sennæ, ... ſemi unciam.

Levi cum ebullitione coque, cola, dein diſolve.

Syrupi Roſarum Alexandrinarum, . uncias ſex.

Pulveris Bezoardici Curvi, . . ſemi unciam.

Alvum leniter ſolvit, febribus malignis, cæteriſque morbis ab ea provenientibus occurrit.

Doſis ab unciis duabus ad uncias quatuor.

JUSCULUM, SEU *CONSUMMATUM VIPERÆ.*

R. Viperæ recentèr excoriatæ, capite, & cauda rejectis, minutim inciſæ, . . numerum unum.
Aquæ Scorzoneræ, ... uncias ſex.
Santali Rubri triturati, . . drachmam ſemis.

Omnia ſimul immittantur in Matratium vitreum idoneum, & ritè clauſum, ac in Balneo arenæ appoſitum, ſuprà ignem lentum per horas quatuor decoquantur; dein coletur, & ad uſum porrigatur.

Ad ſanguinem purificandum, & ſpiritus reficiendos valet: nonunquam Medici huic juſculo addunt carnem Vitulinam, Pullum Gallinaceum, raſuram Cornu Cervi, aut Eboris, Radices, vel alia, &c.

JUSCULUM PULLI GALLINACEI, VALENTINUM VULGO DICTUM.

R. Succorum Cydoniorum, libram unam & dimidiam.
Omphacii, ... uncias decem.

Bulliant hi ſucci cum adjectis Cupreſsi gallis exactè tritis: poſteà coletur omne, & exprimatur, ac in colatura miſceantur ſequentes pulveres.

R. Cariei Xilocaræ, ſeu Ceratoniæ (quam & Siliquam appellant vulgò ALGARROBO) veræ, ex eadem in menſe Maii collectæ (*dicitur Ceratonia vera, quæ inſita eſt; ideoque pinguior & fructuoſior: cujus ſpeciei arboribus uberrimum Valentinum Regnum abundat*) . . . . uncias duas.

Gummi Arabici, ... } ana drachmam unam & ſemis.
Pulveris Rhuis Coriarij fruticis, *vulgò* ZUMAQUE. }
Santali Citrini, ... unciam unam.
Nucis Moſchatæ, ... }
Ligni Aloes, ... }
Macis, ... } ana drachmas ſex.
Cinnamomi, ... }
Caryophylorum, ... }

Omnia ad umbram ſiccentur.

JUSCULI CONFICIENDI MODUS.

Apparetur pinguis Gallinaceus Pullus deplumis, & exenteratus, capite, ac cruribus abſciſsis: farciatur uſque ad medietatem roſis ſiccis, tuncque pulveres apponantur in quantitate drachmarum circiter trium, ac dein eiſdem roſis apprimè referciatur, debitèque demùm conſuatur. Quo facto, cum duodecim aquæ libris in olla magna vitreata elixabitur, quouſque optimè ſit decoctus; tandemque extrahetur, jure ſolo in olla relicto: quæ, ut calorem non amittat, intra idoneum vas, aquâ calidâ repletum, continuè aſſervabitur.

JURIS PROPINANDI METHODUS.

Per binas horas propinetur juſculi potio in poculo majori, ſeu ſcutulâ magnâ: interim verò nihil aliud, neque cibi, neque potus ſumat ægrotus; ſed tantùm ſomni conciliandi gratiâ lecto ſeſe rursùs componat.

VIRES.

Adversùs Lienteriam, & Cœliacam paſsionem remedium eſt ante alia præſentiſsimum.

D'ECOCTUM EMOLLIENS.

℞. Foliorum Betæ,
Malvæ,
Althææ,
Mercurialis,
Violarum,
Verbaſci,
Acanthi,
Parietariæ,
Senecionis, *vulgò Yerva Cana.*
Bulborum Liliorum, *vulgò Cachos de Cebollas de Lirios.*

Ex his ſpeciebus tres, vel quatuor magis obvias elige, cujuſque, ... unciam unam.

Coque ſecundum artem in

Aquæ communis, . . . ſufficienti quantitate pro uno Clyſtere.

DECOCTUM CARMINATIVUM.

℞. Decocti Emollientis, . quantitatem ſufficientem. pro uno Clyſtere,
Seminum Fœniculi, . . } ana drachmam unam.
Aniſi, . . }
Anethi, ... ſemi drachmam.
Florum Chamæmeli, . . . } ana drachmam unam.
Meliloti, . . . }
Coque ſecundum artem, & cola.

CAPUT VI.

DE PTISANIS.

PTiſana eſt Medicamentum liquidum, ſeu Decoctum ex paucis, & parva ſimplicium quantitate in magna copia aquæ factum, & ſimul pro potu communi propinatum.

PTISANA HORDEI, CREMOR HORDEI VOCATA.

℞. Hordei aqua fervida humectati, & excorticati, ... libram unam.
Aquæ fontanæ, ... libras viginti.

Decoque ad tertiæ partis conſumptionem, ſive ad hordei crepaturam: decoctum ſemirefrigeratum coletur, ac ſaccharo dulcoretur. Priſci eo utebantur pro medicamento humectanti, & nutrienti.

PTISANA COMMUNIS.

℞. Hordei integri à ſordibus mundati, & loti, ... uncias tres.
Injiciantur in aquæ communis tepidæ, ... libris duodecim.

Coquantur ſimul per ſemihoram igne lento, dein vaſe ab igne ſemoto, adde
Glycyrrhiſæ raſæ, & contuſæ, . . unciam ſemis.
Poſteà decoctum refrigeratum cola, & ad uſum ſerva.
Abſtergit, diluit, temperat, & acres humores dulcorat.

PTISANA CARDIACA.

℞. Radicis Scorzoneræ raſæ, . . . unciam unam.
Raſuræ Cornu Cervi, . } ana drachmas duas.
Eboris, ... }

Aquæ fontanæ tepidæ, . . . libras duodecim.

Omnia injiciantur in vaſe fictili vitreato, & igne lento, per ſemihoram decoquantur, dein cola, & ad uſum ſerva.

In febribus malignis, variolis, morbillis, & ſimilibus affectibus pro potu ordinario inſervit.

PTISANA PECTORALIS.

℞. Orizæ mundatæ, & lotæ, . . unciam unam.
Capillorum veneris, . . . } ana drachmas tres.
Foliorum Tuſsilaginis, . . }
Aquæ comunis tepidæ, . . libras duodecim.

Coque ſecundum artem per ſemihoram; ſub finem adde
Glycyrrhiſæ raſæ, ... } ana unciam ſemis.
Althææ contuſæ, ... }
Florum Papaveris Rhœados, . drachmas duas.

Et vaſe ab igne ſemoto, cola, & uſui ſerva.

Dulcorat, abſtergit, & temperat humores acres thoracis, & pulmonis.

PTISANA APERIENS.

℞. Radicis Graminis, . . . }
Fragariæ, . . . }
Cichorii, . . . } ana unciam ſemis.
Oxalidis, . . . }
Inciſæ & contuſæ injiciantur in
Aquæ Fontanæ tepidæ, . . libris octo.

Coquantur per ſemihoram igne lento: adde ſub finem
Glycyrrhiſæ raſæ, & contuſæ, . drachmas duas.
Nitri depurati, ... drachmam unam.

Poſteà cola, & uſui ſerva.

In febribus ardentibus, gonorrhœa, urinæ ardore, & ſimilibus affectibus prodeſt.

PTISANA ASTRINGENS.

℞. Oryzæ lotæ, ... unciam unam.
Raſuræ Cornu Cervi, . } ana unciam ſemis.
Eboris, . . . }
Radicis Tormentillæ, . . } ana drachmas tres.
Biſtortæ contuſarum, }
Aquæ communis, ... libras octo.
Coquantur omnia per ſemihoram, & ſub finem adde
Glycyrrhiſæ raſæ, & contuſæ, . drachmas duas.
Poſteà cola, & ſerva.

Modicè aſtringit, & roborat: in alvi fluxibus, pro potu ordinario crebriùs uſurpatur.

PTISANA AMARA.

℞. Summitatum Centaurii minoris, } ana drachmas ſex.
Scordii, . . . }
Radicis Gentianæ contuſæ, drachmam unam.
Seminis Citri, ſeu Limonum, drachmas duas.
Aquæ fontis, ... libras ſex.
Coque ſecundum artem per quadrantem horæ, poſteà cola, & ad uſum ſerva.

Stomachica, febrifuga, & cardiaca eſt.

PTISANA FEBRIFUGA.

℞. Corticis Peruviani craſsiuſculè triti, ... unciam unam & ſemis.
Nitri depurati, ... drachmam unam.
Aquæ fontis, ... libras duodecim.
Coquantur ſecundum artem per quadrantem horæ, poſteà cola, & uſui ſerva.

In febribus intermittentibus pro potu ordinario uſurpari poteſt.

PTISANA ANTICOLICA LAXATIVA.

℞. Foliorum Sennæ mundatæ, . . . unciam unam.
Seminis Aniſi, ... }
Tartari ſolubilis, . . . } ana unciam ſemis.
Mannæ electæ, ... uncias quatuor.
Seri lactis Caprini depurati, ſeu diſtillati, ... libras quatuor.

Omnia ſimul injiciantur in vaſe fictili vitreato, & ſuper ignem lentum ponantur quouſque leviter ebulliant, & Manna diſſolvatur, dein ab igne ſepara, ac ſemifrigidè coletur.

In doloribus colicis, hac Ptiſana præſertim utimur.

Doſis ab unciis quatuor ad uncias ſex.

PTISANA LAXATIVA.

℞. Mannæ electæ, ... uncias duas.
Foliorum Sennæ mundatæ, . unciam ſemis.
Salis noſtratis Cathartici, . . . drachmas duas.
Seri Lactis Caprini diſtillati, . . . libram unam.

Fiat omnium Ptiſana ex arte, ut ſupra dictum eſt.

Suavitèr per alvum expurgat humores.

Doſis ad uncias ſex.

CAPUT VII.

DE APOCEMATIBUS.

Apocemata ſunt decocta, ſeu liquida Medicamenta, viribus medicamentoſis plurium ſimplicium, intervenienti recta coctione ſummè imprægnata.

In Apocematibus faciendis omnia, in capite de Decoctis, dicta obſervari debent.

APOCEMA ANTI-VENEREUM SOLUTIVUM.

℞. Sarſæparillæ, ... uncias duas.
Radicis Chinæ, . . . } ana unciam unam.
Raſuræ Ligni Guajaci, . }
Corticis ejuſdem, . . }
Omnia inciſa, & contuſa injiciantur in
Aquæ fontanæ tepidæ, . . libris quatuordecim.
In vaſe fictili vitreato per viginti quatuor horas digerantur, dein vaſe clauſo, igne lento decoquantur per duas horas, addendo in fine
Summitatum Chamæpityos, } ana unciam unam & ſemis.
Foliorum Sennæ mundatæ, . }
Hermodactylorum, . . } ana unciam unam.
Agarici, ... }
Cinnamomi, ... drachmas duas,
Iterùm percoquantur unica ebullitione, & decoctum, ſive Apocema ab igne removeatur, coletur, & exprimatur.

In omnibus doloribus Rheumaticis, à lue venerea ortis. plurimùm confert.

Doſis ab unciis tribus ad uncias quinque.

Notandum, quòd tam Apocema, quàm Decoctum, ab aliquibus, ſaccharo, vel ſyrupis idoneis, juxta Medici mentem, dulcorantur.

CAPUT VIII.

DE EMULSIONIBUS.

Emulſiones ſunt Medicamenta liquida, ſaporis grati, lactei coloris ex ſeminibus, nucleiſque lacteſcentibus, mediante liquore idoneo facta.

Emulſiones in magna quantitate non præſcribuntur, quia facilè aceſcunt, & vix ultra diem permanent.

Conficiuntur, ſcilicèt hoc modo: ſemina, nucleique recentes, & non rancidi mundati, ac excorticati contundantur in mortario marmoreo liquore affuſo, nempe aqua communi, ſive diſtillata juxta Medici ideam, ut in pulmentum liquidiùs abeant, & per linteum manibus exprimantur, dein reſiduum denuò contundatur, ac ut ſuprà exprimatur, poſteà liquor lacteus, ſive emulſio, ſaccharo, vel ſyrupo dulcoretur.

EMULSIO COMMUNIS.

℞. Quatuor Seminum frigidorum majorum mundatorum, ... ana drachmam unam.
Amygdalarum dulcium excorticatarum, num. quatuor.

Contunde in mortario marmoreo piſtillo ligneo, inſtillando primùm aquæ fontanæ pauxillùm; tum exquiſitè ſubactis ſenſim affunde

Aquæ communis, ... libram unam.

Cola & edulca.

Sacchari albiſsimi, ... drachmis ſex.

Refrigerat, atque humectat.

Doſis ab unciis ſex ad uncias duodecim.

EMULSIO PURGANS, seu *CATHARTICA.*

℞. Reſinæ Jalappæ, ... grana decem.
Vitelli Ovi, ... parùm.

Miſceantur exactè in mortario marmoreo, dein adde

Amygdalarum dulcium mundatarum, numero ſex.

Contundantur optimè, & diluantur cum

Aquæ communis, ... unciis tribus.

Fiat emulſio ſecundum artem, dulcoretur cum

Syrupi Corticis Citri, vel
Cinnamomi, drachma una, vel drachmis duabus.

Miſce, & porrige pro unica Doſi.
Humores omnes, præſertim ſeroſos validè expurgat.

CAPUT IX.

DE POTIONIBUS, ET MISTURIS.

Potiones, & Miſturæ ſunt Medicamenta liquida ex diverſis decoctis, aquis, ſpiritibus, pulveribus, & aliis medicamentis facta.

POTIO VULNERARIA COMMUNIS.

℞. Vincæ Pervincæ, . . .
Alchimillæ, . . .
Pyrolæ, ...
Saniculæ, ...
Veronicæ, . . .
Centinodiæ, . . . } ana unciam ſemis.
Radicis Tormentillæ, . . .
Santali rubri, ... } ana drachmas tres.
Omnia inciſa, & contuſa injiciantur in
Aquæ Plantaginis, ... libris quatuor.
Succi Urticæ depurati, . . . libris duabus.

Coquantur per ſemihoram ſecundum artem, dein decoctum coletur, & exprimatur.

Acredinem humorum temperat, laxitatem fibrarum tollit, ora vaſorum hiantia claudit, & hæmorrhagiam ſiſtit.

Doſis ab unciis tribus ad uncias ſex.

POTIO ANTI-NEPHRITICA.

℞. Syrupi Althææ, ... } ana unciam unam & ſemis.
Olei Amygdalarum dulcium ſine igne, . . } ana unciam unam & ſemis.
Vini albi optimi, ... uncias tres.
Aquæ Raphani, . . } ana uncias tres & ſemis.
Parietariæ, . . } ana uncias tres & ſemis.
Cryſtalli mineralis, ſeu Salis prunellæ, ... drachmam unam.
Spiritus Terebinthinæ, . . } ana guttas octo.
Salis dulcis, . . . } ana guttas octo.

Miſce exactè, & fiat potio pro duabus doſibus.

Dolores demulcet, urinam pellit, renum, uterique vias muco, aliiſve extraneis occupatas detergit.

POTIO, sive AQUA ANGELICA COMMUNIS SOLUTIVA.

℞. Foliorum Sennæ mundatæ, . . . drachmas tres.
Mannæ electæ, ... uncias tres.
Cremoris tartari, ... drachmam unam.

Hæc omnia injiciantur in
Aquæ Cichorii, ſeu fontanæ, . . unciis ſeptem.

Immittantur in vaſe fictili vitreato ſupra ignem lentum, ut Manna omninò diſſolvatur, poſteà liquor ſemifrigidus cùm albumine ovi clarificetur, & per manicam filtretur, donec purus, ac diaphanus appareat, aromaticeturque guttulis aliquibus liquoris cinnamomi.

Tutò, & benignè expurgat humores.

MISTURA DE TRIBUS.

℞. Spiritus theriacalis camphorati, . uncias quinque.
Tartari rectificati, ... uncias tres.
Vitrioli volatilis, ... unciam unam.

Miſceantur optimè, ac in vaſe vitreo ſtricti oris benè obturati ad uſum reponantur.

Sudorem movet, putredinem arcet, magnarumque virium cenſetur in febribus malignis.

Doſis à drachma ſemis ad drachmam unam in vehiculis idoneis.

MISTURA BALSAMICA.

℞. Balſami Copaibæ, ... ſemi unciam.
Vini albi optimi, ... uncias octo.
Sacchari clarificati, ... uncias tres.
Vitellorum ovorum, ... numero duos.

Balſamum cum vitellis ovorum in mortario lapideo probè agitando miſceatur, dein cum vino, & ſaccharo paulatim diluatur, & omnia benè permiſta ad uſum porrigantur.

Valet in tuſsi antiqua, pectoris, & pulmonum affectibus, ſanguinem purificat, ſtomachum roborat, ventrem benignè expurgat, ac urinam movet.

Doſis Cochlear unum, manè, & veſperè repetendum, idque per multos dies.

MISTURA BALSAMICA NEPHRITICA.

℞. Balſami Copaibæ, ... ſemi unciam.
Olei Juniperi diſtillati, . . . drachmam ſemis.
Syrupi Althææ, ... uncias duas & ſemis.
Aquæ Parietariæ, ... uncias decem.
Vitellorum ovorum, ... numero duos.

Omnia miſceantur exactè ſecundum artem ad uſum.

Valet in doloribus nephriticis, ulceribus internis, ar-

thritide; urinam, calculoſque veſicæ mirificè promovet.

Sumitur cochleatim.

MISTURA ANTI-HYSTERICA.

℞. Tincturæ Aſſæ fœtidæ, . . . drachmas duas.
Galbani, ...
Caſtorei, ...
Spiritus Salis ammoniaci,
Olei Succini, ... } ana drachmam unam.

Immittantur in lagenam vitream, & optimè clauſam, per tres dies digerantur, poſteà hæc miſtura ad uſum reponatur.

Doſis in hyſtericis affectibus à guttis viginti uſque ad triginta in vehiculis appropriatis.

MISTURA AD VOMITUM SANGUINIS SYLVII.

℞. Aquæ Plantaginis, ... uncias duas.
Aquæ Cinnamomi, ... drachmas ſex.
Aceti diſtillati, ... unciam ſemis.
Coralli rubri præparati, . drachmam ſemis.
Sanguinis Draconis veri, . ſcrupulum ſemis.
Laudani opiati, ... grana duo.
Syrupi Myrthini, ... unciam unam.

Miſce.

Hæc miſtura cochleatim crebriùs ſumpta vomitum ſanguinis efficacitèr ſiſtit.

CAPUT X.

DE GARGARISMATIBUS.

GArgariſma eſt medicamentum liquidum, quod ore contentum, diu circa fauces agitatur, & extemporaneè fit ex Aquis diſtillatis, vel Decoctis radicum, herbarum, florum, &c. quibus ſyrupi, mel, ſalia, pulveres, ſpiritus, & alia prout opus fuerit, adduntur.

Iſtæ miſturæ ſecundum diverſos fines, uſuſve, diverſis appellantur nominibus; quando pro collutione oris inſervit, *Diaclysma* vocatur; quando applicatur ad Cerebri humores eliciendos, *Apophlegmatisma* dicitur; & ſi ad gargarizandum adhibetur, tunc *Gargarisma* appellatur.

GARGARISMA AD ANGINÆ IMFLAMATIONEM.

℞. Hordei integri, ... unciam unam.
Herbarum Salviæ, . . }
Plantaginis, . } ana manipulum ſemis.
Agrimoniæ, . }
Albi græci, ... unciam ſemis.
Paſſularum, ... unciam unam.
Omnia injiciantur in
Aquæ fontanæ tepidæ, . . . libris tribus.
Bulliant per quadrantem horæ igne lento ſecundum artem, dein cola.

℞. Ejus colaturæ, ... libram unam.
Mellis Roſati, ... uncias duas.
Salis Ammoniaci, . . . drachmam unam.
Miſce, & fiat Gargariſma ſecundum artem.

Ad Uvulæ, tonſillarum, muſculorum faucium, laryngis, & pharyngis tumorem, ac inflamationem à lympha craſſa viſcidaque productam, ſpecificum eſt.

Tepidè adhibetur ad gargariſandum.

GARGARISMA PITUITAM E CEREBRO ELICIENS.

℞. Piperis nigri, ...
Radicis Pyrethri, . . .
Iridis, . . . ana drachmam unam.
Seminis Staphiſagriæ, . .
Sinapis, . .
Herbarum Betonicæ, .
Majoranæ, . ana manipulum ſemis.

Omnia contuſa injiciantur in
Aquæ communis, & . . . .
Vini albi . . . . ana libra una.

Coquantur igne lento per quadrantem horæ, dein cola, & in colatura adde
Oxymellis Scyllitici, ... uncias duas.

Miſce, & fiat Apophlegmatiſma ſecundum artem.

In affectibus ſoporoſis, & frigidis Cerebri prodeſt; incidit, attenuat, atque evacuat pituitam craſſam, & viſcidam glandularum.

GARGARISMA ANTI-SCORBUTICUM.

℞. Radicis Rubiæ tinctorum . . . unciam unam.
Herbarum Salviæ, . .
Naſturtii, . .
Becabungæ, .
Aquilegiæ, . ana drachmas duas.
Radicis Pyrethri, ...
Corticum Vvinterani, .

Omnia inciſa, & contuſa in

Aquæ Calcis tepidæ, . libris duabus & ſemis.

Levitèr ebulliant, ſecundum artem, poſteà decoctum cola, colaturæ adde

Spiritus Cochleariæ, . . . unciam ſemis.

Mellis Roſati, ... uncias quatuor.

Miſce optimè ad uſum.

In affectibus Scorbuticis, fœtorem, putredinemque gingivarum, & oris corrigit.

CAPUT XI.

DE COLLYRIIS.

Collyrium eſt medicamentum, quod externè oculis admovetur, & vel eſt Liquidum, vel Siccum.

Liquidum ex aquis ſtillatis, infuſionibus, vel aliis liquoribus, ac pulveribus paratur, vel ex axungiis, ſive aliis unctuoſis, ſeu pinguedinoſis, cum pulveribus idoneis permiſtum.

Collyrium Siccum eſt tuthia præparata, trochiſci Rhaſis, ſaccharum cantum, vitriolum album, ſaccharum Saturni, & ſimilia, quæ ſubtilitèr pulveriſata, & penna ſuſcepta, oculis inſufflantur.

COLLYRIUM OPHTHALMICUM.

℞. Aquæ Chelidonii majoris,
Fœniculi, . . .
Euphraſiæ, . . .
Roſarum, . . . } ana unciam unam.
Tuthiæ præparatæ, . . . drachmam unam.

Sacchari Saturni, . . . ſcrupulum unum.
Miſce optimè.

In inflamationibus oculorum plurimùm confert, reſolvit, ac attenuat humores.

COLLYRIUM ROBORANS.

℞. Vini albi optimi, ... libras tres.
Aquarum Roſarum, ... uncias ſexdecim.
Chelidonii, . . . } ana uncias duas.
Fœniculi, . . . }
Euphraſiæ, . . . }
Rutæ, ... }
Tuthiæ præparatæ, . . . unciam unam & ſemis.
Caryophyllorum pulveratorum, . unciam unam.
Sacchari canti, ... ſemi unciam.
Aloes ſoccotrinæ, . . . } ana drachmas duas.
Myrrhæ, ... }
Macis, ... }
Camphoræ, ... } ana ſcrupulos duos.
Croci, ... }

Omnia ſimul miſta lagenâ vitreâ diligentèr obturata excipiantur, per quindecim dies inſolentur, bis in die agitando, & ſic ad uſum ſerva.

In omnibus ferè oculorum morbis pro præſentaneo medicamento habetur.

COLLYRIUM, SEU AQUA OPHTHALMICA COERULEA.

℞. Aquæ Calcis vivæ filtratæ, . . . libram unam.
Salis Ammoniaci, ... drachmam unam.
Miſce, & in pelvim æneam injice, illic per noctem deſine, ac liquor jam cœruleus filtretur, & reponatur.

Mundificat, & exſiccat oculorum ulcuſcula, ac humorem craſſum cataractas producentem reſolvit.

COLLYRIUM DETERGENS.

℞. Pulveris Iridis Florentinæ, . . . drachmas tres.
Vitrioli albi, . drachmam unam & ſemis.
Aquarum Roſarum, . . . }
Plantaginis, . . . } ana libras duas.

Omnia in vaſe vitreo idoneo injiciantur, per biduum digerantur, dein per chartam emporeticam filtretur liquor ad uſum ſervandus.

COLLYRIUM, sive TINCTURA OPHTHALMICA.

℞. Herbarum recentium Rutæ, . }
Euphraſiæ, . . . }
Fœniculi, . . . } ana libras duas.
Chelidonii, . . . }

Omnia contuſa immittantur in vas fictile vitreatum, & optimè clauſum, in loco calido per dies quatuor digerantur, dein per Balneum Maris diſtillentur ad ſiccitatem uſque, & ter hæc operatio (cohobando) reiteretur, poſteà aquæ ſpirituoſæ ita præparatæ adde

Spiritus Vini, ... uncias quatuor.
Lapidis Hæmatitis, ... drachmas duas.
Sacchari Saturni, . . . drachmam unam.
Camphoræ, ... ſcrupulos duos.
Croci metallorum, . . . }
Tuthiæ præparatæ, . . . } ana drachmas tres.
Auri ſtridentis minutim ſecti, . unciam ſemis.

Miſce optimè, & in lagenam vitream ritè obturatam immittantur, ac in loco calido per quindecim dies digerantur, dein filtra, & ſerva ad uſum.

Valet in omnibus oculorum affectibus, tàm in nubeculis, quàm in cataractis incipientibus, viſum etiam acuit, atque roborat.

COLLYRIUM LANFRANCI.

℞. Auripigmenti, ... drachmas duas.
Viridis æris, ... drachmam unam.
Myrrhæ, ... } ana ſcrupulos duos.
Aloes, ... }
Terantur ſubtiliſsimè, & diluantur in
Vini albi optimi, ... }
Aquæ Plantaginis, . . . } ana unciis tribus.
Roſarum, ... }
Miſce optimè, & ſerva.

Hic liquor non verè collyrium vocatur; ſed impropriè, quia in oculorum affectibus neutiquàm inſervit, & ad ulcera detergenda ſolùm uſurpatur.

COLLYRIUM SICCUM.

℞. Sacchari Canti, ... drachmas duas.
Tuthiæ præparatæ, . . . drachmam ſemis.
Aloes Soccotrinæ, . . . } ana ſcrupulum ſemis.
Iridis Florentiæ, . . . }
Omnia ſubtiliſsimè pulveriſata, & benè permiſta pro Collyrio ſicco ſerventur.

Cataractas incipientes, ſeu nebulas diſsipat, oculos à ſanie detergit, viſumque acuit, & roborat.

Doſis à granis duobus ad grana quatuor.

Penna ſuſcepta oculis inſuflantur.

CAPUT XII.

DE CLYSTERIBUS, SEU ENEMATIBUS.

CLyſter, ſeu Enema eſt medicamentum liquidum, quod conficitur ex multis decoctis, ſuccis, oleis, pinguedine,

lacte, ſero lactis, juſculis, confectionibus, electuariis, & aliis, quæ ſcopo ſatisfaciunt, & fluiditatem non impediunt.

CLYSTER EMOLLIENS.

℞. Decocti emollientis, ... uncias decem.
Mellis violati, ... }
Olei Liliorum alborum, . . } ana uncias duas.

Miſce, & fiat Clyſter ad uſum.

Emollit, humectat fœces exſiccatas, & duras, ac in his, qui alvum adſtrictam habent, prodeſt.

CLYSTER CARMINATIVUM.

℞. Decocti carminantis, ... uncias decem.
Electuarii Baccarum lauri, . . ſemi unciam.
Olei Aniſi diſtillati, . . . ſcrupulum ſemis.
Mellis Rutæ, ... uncias duas.

Miſce, & fiat Clyſter.

In dolore colico à frigida cauſa producto, & aliis ſimilibus affectibus uſurpatur.

CLYSTER ASTRINGENS.

℞. Radicis Tormentillæ, . . . }
Corticum Granatorum, . . } ana unciam ſemis.
Baccarum Myrtillorum, . }
Roſarum Rubrarum, . . } ana drachmas tres.
Balauſtiarum, ... }

Omnia contuſa in
Aquæ ferratæ tepidæ, ... libris duabus.

Coquantur per ſemihoram igne lento ſecundum artem, & decoctum refrigeratum coletur.

℞. Hujus decocti, ... uncias decem.
Pulveris Gummi Arabici, }
Tragacanthi, . . } ana drachmam unam.

Amyli, ... unciam unam.
Miſce optimè, & fiat Clyſter ad uſum.
In omnibus alvi fluxibus plurimùm confert.

CLYSTER IN APOPLEXIA.

℞. Herbarum Abrotani, . ⎫
Origani, . . ⎬ ana manipulum unum.
Rutæ, . . ⎪
Salviæ, . . ⎭
Seminis Aniſi, ... ⎫ ana drachmas tres.
Seſeleos, ... ⎭
Omnia inciſa, & contuſa in
Aquæ fontanæ tepidæ, . . . libris duabus.
Leviter decoquantur ſecundum artem igne lento, poſteà decoctum cola.

℞. Colaturæ præſcriptæ, . . . uncias decem.
Mellis Rutæ, ... uncias duas.
Salis Ammoniaci, ... drachmas duas.
Olei Caſtorei, . . . unciam unam & ſemis.
Miſce, & fiat Clyſter ad uſum.
In aploplexia, epilepſia, lethargo, ſimilibuſque affectibus confert.

CAPUT XI.

DE INJECTIONIBUS.

INjectio eſt medicamentum liquidum, quod immittitur in quaſcumque corporis partes; conficiturque ex liquoribus idoneis, nempe aquis diſtillatis, ſuccis, decoctis, infuſionibus, tincturis, & ſimilibus.

INJECTIO ANODINA.

℞. Lactis recentèr emulcti, ... uncias duas.
Liquoris albuminis ovi conquaſſati, ſemi unciam.
Succi Lactucæ, ... }
Olei Amygdalarum dulcium ſine igne, . } ana drachmas tres.

Miſce optimè ad uſum.

Ad aurium dolorem, & inflammationem mitigandam, tepidè uſurpatur.

INJECTIO ASTRINGENS.

℞. Aquæ Plantaginis, . . . }
Roſarum rubrarum, }
Aluminoſæ, . . . } ana uncias quatuor.
Lapidis Medicamentoſi, . . drachmas duas.

Miſce, & fiat injectio ſecundum artem.

Tepide applicanda, ad gonorrhœam ſiſtendam confert.

INJECTIO VULNERARIA.

℞. Radicis Ariſtolochiæ, . . . unciam unam.
Contunde, & in
Vini albi optimi, . . . libra una & ſemis.

Decoquatur igne lento per quadrantem horæ ſecundum artem, dein cola, colaturæ adde

Mellis Roſati, . . . unciam unam & ſemis.
Tincturæ Myrrhæ, . . . }
Aloes, ... } ana drachmas duas.

Miſce optime.

Tepidè ulceribus applicanda eſt, propria ad reſolvendos, & detergendos humores putridos, & gangrænam impediendam.

INJECTIO BENEDICTA.

℞. Aquæ Calcis, ... uncias octo.
Mercurii dulcis, ... drachmas tres.

Miſce exactiſsimè in mortario marmoreo diu agitando.

Efficax admodùm eſt ad virgæ ulcera, gonorrhœam, &c.

CAPUT XIV.

DE SUPPOSITORIIS, ET PESSARIIS.

SUppoſitorium eſt medicamentum ſolidum externum ano dicatum, figura rotunda paratum.

Duplex eſt, Simplex, & Compoſitum.

Simplex fit ex radice, vel caudice betæ, braſicæ, candelâ cereâ oleo injuncta, ſapone, melle ſolo ad duritiem cocto, & ſimilibus.

Compoſitum verò conficitur ex melle, ſale gemmeo, ſive communi, trochiſcis Alhandal, diacrydio, & aliis.

SUPPOSITORIUM COMMUNE.

℞. Mellis, ... uncias duas.
Coque ad duritiem, igne lento, addendo ſub finem.

Salis gemmæ, ... drachmas duas.

Miſce optimè, & formentur duo ſuppoſitoria, filo appenſa.

SUPPOSITORIUM IRRITANS.

℞. Trochiſcorum Alhandal, . } ana ſcrupulum ſemis.
Scammonii pulveratorum, }

Salis gemmæ, ... drachmam unam.

Miſce, & cum ſufficienti mellis quantitate (hoc eſt uncia una) ad duritiem cocti, fiat ſuppoſitorium filo appenſum.

In morbis ſoporoſis, & aliis ſimilibus affectibus valdè idoneum.

DE PESSARIO.

Peſſarium eſt medicamentum forma ſolidum, oblongum, & rotundum, ad figuram, & craſsitiem digiti factum, quod in vulvam muliebrem immittitur.

Componitur ex variis ſimplicibus ſecundum varias intentiones; tribuſque paratur modis, nempè ex goſsipio in prædictam figuram concinnato, oleis, ſive unguentis appropiatis inuncto: vel ex panno lineo, aut ſericeo, in quo medicamenti materia includitur.

Vel ex pulveribus, & aliis in formam ſolidam compactis: debet cuilibet peſſario filum appendi, ut extrahi poſsit.

PESSARIUM ANTI-HISTERICUM.

℞. Pulveris hieræ picræ, . .
Agarici, . . . } ana drachmam unam.
Sabinæ, ...
Myrrhæ, ... } ana drachmas tres.
Caſtorei, ... drachmam ſemis.

Miſce, & cum melle rutaceo fiat maſſa mollis, ex qua cum goſsipio formentur duo peſſaria filo appenſa.

Ad humores craſſos expurgandos in utero contentos, & ad menſtrua movenda applicatur.

ALIUD.

℞. Pulveris Ariſtolochiæ, .
Dictamni Cretici, . .
Sabinæ, ... } ana drachmam unam & ſemis.

Hieræ picræ, ... drachmas tres.

Miſce optimè, & cum melle rutaceo fiant duo peſſaria ſecundum artem.

Ad expellendas ſecundinas, & ad alia inſerviunt.

CAPUT XV.

DE ERRHINIS.

ERrhinum eſt medicamentum, quod in nares (capitis purgandi gratia) immittitur, & quod abſque ſternutatione ſæpè operationes ſuas abſolvit.

Et eſt vel liquidum, vel ſiccum; liquidum eſt, ſuccus betæ, iridis, &c. paratur etiam ex decoctis betonicæ, majoranæ, & ſimilium.

Siccum, ſeu ſolidum componitur ex nicotianæ foliis circumvolutis, & aliis compoſitis adaptatis, quæ in nares immittuntur.

ERRHINUM CEPHALICUM.

℞. Decocti Majoranæ, ...
Betæ cum vino albo facti, . . uncias quatuor.

Tepidè prono capite, & aqua ore pleno, naribus attrahatur, ter, quatervè jejuno ſtomacho.

Ad expurgandum cerebrum à craſſis, & viſcidis humoribus prodeſt.

ERRHINUM ANODINUM.

℞. Foliorum Lactucæ, . . .
Solani, . . .
Plantaginis, . } ana manipulum unum.

Incidantur, & in
Aquæ ſimplicis tepidæ, . . . libris duabus.

Coquantur per quadrantem horæ, addendo in fine
Florum Nimphææ, . . . } ana manipulum ſemis.
Violarum, ... }

Iterùm levi ebullitione percoquantur, & decoctum refrigeratum coletur.

In phrenitide, atque delirio confert.

ERRHINUM SOLIDUM ASTRINGENS.

℞. Boli Armenæ, ... }
Terræ Sigillatæ, . . . } ana drachmam unam.
Sanguinis Draconis, . . . }
Sachari Saturni, ... ſcrupulum unum.

Subtiliter terantur, & cum urticæ ſucco, & ovorum albumine formentur penicilli, in nares immittendi.

In hæmorragiis narium, & aliis ſanguinis fluxibus ſiſtendis proficit.

DE MASTICATORIIS.

Maſticatorium eſt medicamentum ſaporis acris ad maſticandum aptum, & ita proprium ad lympham craſſam capitis expurgandam.

Aliud eſt ſimplex, aliud compoſitum: ſimplex, vel integrum, vel conciſum, & dentibus maſticatur, ut Nicotiana, Pyrethrum, Salvia, & ſimilia.

MASTICATORIUM COMPOSITUM.

℞. Radicis Pyrethri, . . . } ana drachmas tres.
Seminis Sinapis, ... }
Maſtiches, ... drachmas duas & ſemis.
Radicis Iridis, ... } ana drachmam unam.
Zingiberis, ... }

Fiat omnium pulvis ſubtiliſsimus, & cum
Ceræ citrinæ liquatæ, . . . unciis tribus.

Miſceantur optimè, & fiat maſſa, ex qua globuli formentur ponderis drachmarum duarum.

Maſticatum ſputum movet, lympham craſſam diſſolvit, atque evacuat.

CAPUT XVI.

DE EPITHEMATIBUS.

EPithema eſt medicamentum externum ex aquis diſtillatis, ſuccis, ſpiritibus, tincturis, acetis, oleis, pulveribus, & confectionibus appropriatis, ſecundùm morborum conſtitutionem combinatum.

EPITHEMA LIQUIDUM CORDIALE.

℞. Aquæ Naphæ, ... } ana uncias quatuor.
Roſarum, ... }
Vini albi optimi, ... uncias duas.
Theriacæ magnæ, . . . drachmas duas.
Camphoræ, ... ſcrupulos duos.

Miſce ſecundum artem, & fiat Epithema, in quo pannum inſuccatum, ac leviter expreſſum cordis regioni, tepidè ter, quatervè in die admoveatur.

EPITHEMA CARDIACUM.

℞. Aquæ Theriacalis, . . . }
totius Citri, . . . } ana uncias quatuor.
Succi Pomorum redolentium, . . . }
Tincturæ Alchermes, . . . dracmas tres.
Elixirii vitæ, . . . drachmas duas.

Miſce, & fiat Epithema, quod tepefactum Cordi applicetur.

EPITHEMA CEPHALICUM CORDIALE.

℞. Aquæ Reginæ Hungariæ, . . . drachmas ſex.
Tincturæ Croci, . . . } ana drachmam unam.
Ligni Aloes, . . . }
Balſami Apoplectici, . . . ſcrupulos duos.
Olei Caryophyllorum, . . ſcrupulum ſemis.

Miſce exactè, & pannum imbutum, leviterque expreſſum Cordis regioni applicetur.

Valet adversùs animi deliquia, & cordis palpitationem, ſed in affectibus hyſtericis, & hypochondriacis nocet.

EPITHEMA SOLIDUM CORDIALE.

℞. Unguenti Cordialis, . . . drachmas decem.
Theriacæ Magnæ, ... drachmas tres.
Pulveris aromatici roſati . . . drachmas duas.

Cum elixirio Camphoræ fiat pulmentum pro Epithemate.

EPITHEMA LIQUIDUM HYSTERICUM.

℞. Aquæ Theriacalis, . . . }
Meliſſæ Camphoratæ, } ana uncias quatuor.
Rutæ, . . . }
Tincturæ Caſtorei, . . . } ana drachmam unam.
Croci, & Myrrhæ, }

Miſce, & fiat Epithema, in quo pannum inſuccatum, levitetque expreſſum regioni Cordis tepidum imponatur.

EPITHEMA SOLIDUM HYSTERICUM.

℞. Unguenti Cordialis, . . . , unciam unam.
Theriacæ Magnæ, ... unciam ſemis.
Tincturæ Caſtorei, . } ana drachmam unam.
Croci, . . }

Olei Succini non rectificati, . ſcrupulum unum.
Miſce optimè, & in panno extenſo Cordi admove.
In omnibus affectibus hyſtericis confert.

CAPUT XVII.

DE BOLIS.

Bolus eſt medicamentum internum, conſiſtentiam electuario craſsiorem habens, ex variis medicamentis compoſitum.

Notandum, quod ad drachmas duas, vel ad ſummum ad ſemiunciam præſcribi debet, ut commodè ore excipi poſsit, ne magna boli quantitas nauſeam ægrotanti concitet.

BOLUS PURGANS.

℞. Conſervæ Florum Borraginis, . ſcrupulos duos.
Pulveris Diacrydii, . . . grana duodecim.
Arcani duplicati, ... grana ſex.
Miſce, & fiat bolus pro una doſi.
Omnes, abſque moleſtia, expurgat humores.

BOLUS ANODINUS ASTRINGENS.

℞. Diaſcordii, ... ſcrupulum unum.
Pulveris radicis Tormentillæ, . . . } ana ſcrupulum ſemis.
Corallii Rubri, . }
Miſce pro una doſi.
Virtute anodina, & aſtringenti pollet, ideò in ſiſtendis alvi fluxibus confert.

CAPUT XVIII.

DE PULPIS.

PUlpa eſt pars carnoſa, & depurata quorundam fructuum, quæ ſola, vel ſaccharo permiſta in officinis aſſervatur.

PULPA CASSIÆ FISTULÆ.

℞. Siliquarum Caſsiæ Fiſtulæ, . . quot volueris.
Aperiantur, & contentam in eis medullam, ſeu pulpam cum laminis, ac ſeminibus extrahe, quæ in vaſe fictili vitreato, aquâ tepidâ, cum ſpathula lignea, parùm agitetur ut molleſcat; tunc per cribrum equinum trajiciatur, quouſque nihil pulpæ ampliùs remaneat.

Humectat, lenit, & alvum benignè laxat, ac in renum affectibus, & veſicæ prodeſt.

Doſis ab uncia una ad unciam unam, & ſemis.

Pulpa Tamarindorum eodem paratur modo.

Nota, quòd ad internos uſus pulpa præfertur recens, nam ejus virtus facilè evaneſcit.

CAPUT XIX.

DE ELEOSACCHARIS.

ELeoſaccharum eſt medicamentum ſolidum, oleis diſtillatis compoſitum, ſaccharo pulveriſato permiſtis.

ELEOSACCHARUM CITRI.

℞. Olei diſtillati corticum Citri, . drachmam unam.
Pulveris Sacchari albiſsimi, . . uncias tres.

In mortario marmoreo, ſeu vitreo probè miſceantur, & ad uſum in vaſe benè obturato ſerventur.

Cor, & ſtomachum roborat, paritèrque coctionem juvat.

Doſis á drachma ſemis ad drachmam unam.

Eadem methodo fiunt Eleoſacchara, nempè
Cinnamomi,
Nucis Moſchatæ,
Aniſi,
Fœniculi,
& ſimilium.

CAPUT XX.

DE SUFFITIS, ET SUFFIMENTIS.

Suffimentum eſt medicamentum ſiccum, vel humidum, quod igni admotum, in vaporem reducitur.

Siccum ex variis formulis variè denominatur: ſcilicèt pulveres, baccilli, candellæ, rotulæ, paſtilli, &c.

Suffimentum humidum, vapor eſt, ex liquore nempè decocto, aceto, vino, aquâ roſatâ, & ſimilibus, ex olla, vi caloris, ſpirans.

SUFFIMENTUM SICCUM CAPITALE.

℞. Styracis Calamitæ, . . . } ana unciam ſemis.
Benzoini, . . . }

Cum ſufficienti ſpiritus vini quantitate, rotulæ conficiantur, quibus ſuper ignem injectis, fumigentur: tecto

capite, vapores naribus & ore hauriat æger in lecti ingreſſu.

Ad Caput roborandum, in frigida, & humida intemperie prodeſt.

SUFFIMENTUM ANTI-HISTERICUM.

℞. Aſſæ fœtidæ, ... unciam ſemis.
Pulveris Caſtorei, . . . drachmam unam.
Cum ſufficienti olei ſuccini quantitate fiant rotulæ ad uſum.

Hic fumus inſtante paroxyſmo, per nares admiſſus, quaſi momento, Mulieres ſuffocatas reſtituit.

CAPUT XXI.

DE DENTIFRICIIS.

Dentifricium eſt medicamentum ſiccum, ſeu liquidum, quo dentes fricantur, aut dealbandi, aut fortificandi gratia.

DENTIFRICIUM SICCUM.

℞. Lapidis Pumicis, . . .
Oſsium Sepiæ, ...
Cremoris Tartari, . . } ana unciam ſemis.
Sanguinis Draconis, . .
Coralli Rubri, . . .
Iridis Florentiæ, ... drachmas duas.
Fiat omnium pulvis, addantur
Olei Caryophyllorum, . . guttæ duodecim.
Omnia benè permiſta inter pannum lineum immittantur, quo dentes fricentur, poſteà vino, aqua, aliovè liquore os colluatur.

Valet ad dentes dealbandos, & ab eis putredinem auferendam.

DENTRIFICIUM ANTI-SCORBUTICUM.

℞. Radicis Pyrethri, . . .		ana drachmas tres.
Corticis Uvinterani, . .		
Macis, ...		
Terræ Catechù, . . .		ana drachmam unam.
Aluminis uſti, . . .		

Omnia pulveriſentur, & cum ſufficienti mellis roſati quantitate, fiat paſta mollis, qua dentes fricantur.

In putredine gingivarum, & earum ſcorbuto prodeſt.

Nota, quod dentifricium liquidum eſt liquor acidus, nempè ſpiritus ſulphuris, nitri, vitrioli, &c.

Ejus uſus eſt cum pauco goſsipii in liquore immerſi, dentes fricare, ut mundentur; ſed cautè, nam facilè corroſionem inducit, atque ſtuporem.

CAPUT XXII.

DE FRONTALI.

Frontale eſt medicamentum externum ex variis medicamentis compoſitum, formam epithematis, emulſionis & pulmenti habens, quod frequenter ad capitis dolorem, ac ardorem frontis applicatur.

FRONTALE ASTRINGENS.

℞. Pulveris Boli Armenæ, .	ana drachmam unam.
Roſarum, . .	
Terræ Sigillatæ, .	
Maſtiches, . . .	drachmam ſemis.
Salis Saturni, . .	ſcrupulum unum.

Miſce, & cum albumine ovi, & parum aquæ roſarum agitentur, ut fiat pulmentum, quod in ſtupis cannabinis extendatur, temporibus & fronti admovendum.

Ad fluxiones in aures, & oculos ſiſtendas valet; ac narium hæmorrhagiis confert.

FRONTALE ANODINUM.

℞. Pulveris Florum Nymphææ, } ana drachmas duas.
Roſarum Rubrarum, }
Unguenti Populeonis, . . . unciam ſemis.

Cum ſufficienti olei Solani quantitate fiat linimentum, quod extenſum in ſtupis cannabinis fronti, & temporibus applicetur.

Ad capitis dolorem, fervoremque mitigandum, & ſomnum conciliandum, valet.

CAPUT XXIII.

DE CUCUPHIS, ET SEMICUCUPHIS.

CUcupha eſt medicamentum ſiccum, ſeu tegumentum capitis, ex cephalicis magis odoratis, quæ in pulverem redacta, & goſſipio excepta in pannum ſericum interponantur.

CUCUPHA ROBORANS.

℞. Iridis Florentiæ, ... } ana unciam ſemis.
Santali Citrini, ... }
Caryophyllorum, . . . } ana drachmam unam.
Macis, ... }
Benzoini, ... } ana drachmas tres.
Styracis Calamitæ, . . . }

Florum Roris Marini, . } ana drachmas ſex.
Stœchados, . . }

Fiat omnium pulvis, qui excipiatur bombace ad Cucupham capiti applicandam.

In capitis doloribus ab intemperie frigida natis, confert: calorem namque nativum roborat.

Nota, quòd dum capitis pars anterior, vel poſterior, dextra, aut ſiniſtra dolet, tunc ex eiſdem pulveribus ſemicucupha paratur, quæ parti affectæ erit adhibenda.

CAPUT XXIV.

DE SCUTIS.

SCutum eſt medicamentum ſolidum ex emplaſtris, balſamis, & aliis factum, & ſuper alutam extenſum, ac formam Scuti referens.

SCUTUM STOMACHICUM.

℞. Emplaſtri Maſtiches, . . } ana unciam ſemis.
Olei Mariæ, ... }

Miſce optimè, & ſuper alutam extendantur ad Scuti formam, irroretur guttulis eſſentiæ Menthæ, & pulveribus aromaticis roſatis ſecundum artem.

Ad ventriculum frigidum, & imbecillum calefaciendum, & roborandum valet.

EMPLASTRUM ASTRINGENS AD VENTRIS REGIONEM.

℞. Emplaſtri Diaphœnici, ... uncias tres.
Theriacæ Magnæ, ... unciam unam.
Pulveris Maſtiches, ... unciam ſemis.

Miſceantur optimè, & ſuper alutam rotundam extendantur, quod totius ventris regioni applicetur.

In diarrhœa, dyſenteria, & aliis alvi fluxibus inſervit.

EMPLASTRUM ANTI-HYSTERICUM.

℞. Gummi Aſſæ fœtidæ, . . . } ana drachmas duas.
Galbani, . . . }

Cum ſufficienti tincturæ Caſtorei quantitate malaxentur, & in alutam extendantur, ut ſecundum artem fiat Emplaſtrum pro umbilici regione.

Ad hyſtericas paſsiones debellandas plurimùm confert.

CAPUT XXV.

DE FOTIBUS, SEU FOMENTIS, ET EMBROCHATIONIBUS.

Fotus, ſeu Fomentum eſt medicamentum omne, quod foris corpori calidè admotum, blandè ipſum fovet & calefacit.

Triplici applicatur modo. Vaporoſum dicitur, dum cujuſpiam liquoris vapores, ſeu halitus à parte affecta excipiuntur.

Humidum nuncupatur, cùm liquor, aut decoctum variis corporis partibus, beneficio lintei, ſpongiæ, vel veſicæ calidè, fovendi gratia, applicatur.

Siccum verò appellatur, cùm ſpecies aliquæ ſacculo lineo interſuto, includuntur, hicque ſacculus, ſpiritu aliquo penetratiori irroratus, & probè calefactus, parti affectæ adhibetur.

Dicitur autem Embrochatio, quando corporis pars liquore aliquo irrigatur.

FOTUS ANODINUS.

℞. Foliorum Lactucæ, . . }
Florum Nymphææ, . } ana manipulum unum.
Summitatum Betonicæ, }
Capitum Papaveris, ... numero unum.
Aquæ Communis, . . . libram unam & ſemis.

Fiat omnium decoctio ſecundum artem.

Anodinus eſt, & ſomnum producit Capiti impoſitus.

FOTUS AD DISLOCATIONES, ET CONTUSIONES.

℞. Summitatum Roris Marini, }
Lavendulæ, . }
Chamæmeli, . } ana pugillum unum.
Roſarum Rubrarum, . . }
Baccarum Juniperi, ... unciam unam.
Seminis Carvi, ... }
Cumini, . . . } ana drachmas duas.

Incidantur, & craſsè contundantur, ac in
Vini rubri, ... libris tribus.

Pauliſper decoquantur igne lento, in vaſe clauſo, poſteà cola, & ſpongia, vel linteum duplicatum in eo madefactum loco affecto calidè applicetur.

Oſſa laxata firmat, nervos, & ligamenta roborat, tumores à contuſionibus productos reſolvit.

FOMENTUM SICCUM ANTI-HISTERICUM, ET COLICUM.

℞. Herbæ Menthæ, . . . }
Florum Chamæmeli, . . } ana manipulos duos.
Baccarum Lauri, . . . }
Seminis Ammeos, . . . } ana unciam ſemis.
Cumini, . . . }

Mediocritèr triturata, goſsipio excepta, & ſacculo rotundo incluſa, regioni umbilici calidè adhibeantur.

Flatus ab humoribus craſsis ortos, potentèr reſolvit.

FOTUS VAPOROSUS ANTI-HÆMORRHOIDALIS.

℞. Foliorum Verbaſci, . . }
Hyoſciami albi, } ana manipulos duos.
Florum Chamæmeli, . }
Seminis Lini, . , ... uncias duas.
Injiciantur omnia in
Aquæ communis tepidæ, . . . libris quatuor.

Decoquantur igne lento per quadrantem horæ, poſteà ſine colatura ad uſum porrigatur; cujus vapor in Sella, undique clauſa, à parte affecta recipiatur.

Anodinus eſt: humores acres, & craſſos dulcorat, atque reſolvit.

FOTUS ANTI-COLICUS.

℞. Florum Chamæmeli, ... uncias duas.
Baccarum Juniperi, . . }
Lauri, . . . } ana unciam unam.
Seminis Fœniculi, . . . }
Aniſi, ... }
Carvi, ... } ana unciam ſemis.
Cumini, . . . }
Salis Ammoniaci, . . . }
Contundantur, & in
Aquæ communis tepidæ, . . . libris quatuor.

Levi ebullitione decoquantur igne lento, poſteà cola, & in colatura adjice
Aquæ vitæ rectificatæ, ... libram unam.
Miſce, & ad uſum porrige.

In doloribus colicis mitigandis, & demulcendis prodeſt, maximè à cauſa flatulenta productis.

CAPUT XXVI.

DE BALNEIS, SEU LOTIONIBUS.

BAlneum eſt medicamentum liquidum ex aqua ſimplici, vel decoctis, lixiviis, & ſimilibus compoſitum pro corpore potiſsimum medicando, ac detergendo.

Lotio verò communiter vocatur, quando ſolùm aliqua corporis pars lavatur.

BALNEUM AD REFRIGERANDUM.

℞. Foliorum Violarum, . . }
Malvarum, . . } ana faſciculum ſemis.
Solatri, . . . }
Florum Violarum, . }
Nymphææ, . } ana manipulos quatuor.

Fiat omnium decoctio ſecundum artem in ſufficienti aquæ fontanæ quantitate pro balneo, in quo æger tepidè ingrediatur manè, & veſperè, quod repetendum prout opus fuerit.

Humectat, refrigerat, ac in calidis affectibus renum urinæ ardore, & dyſuria, prodeſt.

BALNEUM AD PARALYTICOS.

℞. Herbarum Pulegii, . . }
Salviæ, . . }
Hyſſopi, . . } ana faſciculum ſemis.
Anthos, . . }
Chamæmeli, . }
Florum Stœchados, . }
Roris Marini, . } ana pugillos quatuor.
Lavendulæ, . }

Salis Gemmæ, ... libram ſemis.
Sulphuris Communis, . . . librам unam.

Fiat omnium decoctio in ſufficienti aquæ ſimplicis quantitate ſecundum artem pro Balneo, in quo æger tepidè ingrediatur.

In affectibus paralyticis confert, maximè à frigida cauſa productis, & lympha craſſa, viſcidaque in articulis infarta: nam ſuis particulis ſubtilioribus alkalino-balſamicis, diſſolvit, diſcutit, & partes ipſas roborat.

CAPUT XXVII.

DE SPARADRAPIS.

SParadrapus, ſeu Tela emplaſtrica, eſt linteum emplaſtro quovis ad ignem liquato immerſum, extenſum, refrigeratum, & ſupra porphyritem politum.

SPARADRAPUS PALLIDUS.

℞. Emplaſtri Diapalmæ, ſine Chalcitide, libras duas.
Ceræ pallidæ, ... librаm ſemis.

Liquefiant igne lento, & lintea tunc paulatìm immergantur, poſteàque refrigerata, ſupra porphyritem piſtillo æneo, vel vitreo poliantur, ac ad uſum ſerventur.

SPARADRAPUS ALBUS.

℞. Emplaſtri Geminis, ſeu Ceruſſæ, vel
Diachyli minoris, . . . libras duas.
Ceræ albæ, ... librаm ſemis.

Omnia igne lento liquefiant, dein adde
Pulveris Ceruſſæ, ... uncias octo.

Miſce optimè, & fiat ut ſuprà.

SPARADRAPUS RUBER.

℞. Emplaſtri Diapalmæ ſuprà dicti, . libras duas.
Ceræ albæ, ... libram ſemis.
Igne lento liquatis, adde
Pulveris Minii, ... uncias octo.
Miſce, & fiat Sparadrapus ſecundum artem.
Eorum uſus præſertim in fonticulis eſt.

TELA EMPLASTRICA PRO PECTORE.

℞. Emplaſtri Filii Zachariæ, . . . unciam unam.
Spermatis Ceti, ... drachmas duas.
Olei Amygdalarum dulcium, . drachmas tres.
Ceræ albæ, ... unciam ſemis.
Omnia igne lento liquefacta: pannum linteum in eis immergatur, quod tepidè Pectori applicetur.

Valet in tuſsi catarrhali, & vocis raucedine; etiam pro mammarum lacte concreto diſſolvendo, inſervit.

CAPUT XXVIII.

DE CATAPLASMATIBUS.

Cataplaſma eſt medicamentum topicum ex variis pulveribus, pulpis, oleis, axungiis, unguentis, &c. compoſitum, pultis conſiſtentiam habens.

CATAPLASMA EMOLLIENS.

℞. Radicis Althææ, ... libras duas.
Incidantur, ac in . . . . . .
Aquæ ferratæ, ... libris quatuor.
Percoquantur, tunc adde
Foliorum Malvarum, ... uncias quatuor.

Bulliant pariter ferè ad humiditatis conſumptionem, dein piſtentur, ut inſtar pulpæ paulatim extrahatur, addendo in fine

Butyri recentis, ... uncias duas.
Vitellorum ovorum, . . . numero duos.

Miſce optimè ad uſum.

Maturat, digerit, emollit, & ſuppurat, & in ulceribus quoque inſervit.

CATAPLASMA CRUSTÆ PANIS.

℞. Cruſtæ panis torrefacti, . . uncias quatuor. Macerentur in aceto acerrimo, aut ſucco agreſtæ ad mollitiem uſque: poſteà piſtentur in mortario lapideo, & addantur ſequentia:

Pulveris Maſtiches, . . } ana drachmas duas.
Menthæ, . . . }
Santali Rubri, . }
Citrini, . }
Coralli Rubri præparati, . }
Olei Maſtiches, . } ana unciam unam & ſemis.
Cydoniorum, }

Miſceantur optimè, & cum ſufficienti farinæ hordei quantitate fiat cataplaſma ad uſum.

Valet maximè ad ſtomachi imbecillitatem, ejuſque roborationem: vomitus, & diarrhœas ſiſtit.

CATAPLASMA, ſeu EMPLASTRUM FARINARUM.

℞. Farinæ Fabarum, ... } ana libram unam.
Hordei, ... }
Oxymellis ſimplicis, ... libras tres.
Pulveris Boli armenæ, . . . uncias quatuor.

Miſce, & ſuper ignem lentum ponantur, ut calefiant, ac incorporentur, ſpathula frequentèr agitando.

Chirurgi utuntur hoc Cataplaſmate ad tumores, & inflamationes curandas.

CATAPLASMA, seu EMPLASTRUM CAPITALE.

℞. Furfuris Torrefacti, ... uncias tres.
Farinæ Fabarum, ... uncias quatuor.
Pulveris Roſarum Rubrarum, } ana unciam ſemis.
Baccarum Myrti, . }
Florum Chamæmeli, . . }
Stœchados, . . }
Schœnanthi, . } ana drachmas tres.
Seminis Aniſi, . . . }
Coriandri, . . }
Betonicæ, ... } ana unciam unam.
Abſynthii, ... }
Calami Aromatici Officinarum, drachmas ſex.
Sapæ, aut Mellis colati, . . . libras duas.
Vini optimi, ... uncias quatuor.
Olei Roſarum, ... } ana uncias duas.
Chamæmeli, ... }

Omnia exactè permiſta, ſupra ignem lentum, levitèr ebulliant, & agitentur, addendo in fine
Croci pulveriſati, . . . drachmam unam.
Miſce, & fiat Cataplaſma ad uſum.

Diſcutit, roborat, diſſolvit, ac in tumoribus, & contuſionibus Capitis prodeſt.

CATAPLASMA, seu EMPLASTRUM NIDI HIRUNDINIS.

℞. Nidi Hirundinis, ... uncias quatuor.
Radicum Liliorum alborum, } ana uncias duas.
Althææ, . . . }
Bryoniæ recentium, }

Aquæ communis, ... libras quatuor.

In quibus Nidum fac parùm ebullire, dein cola per ſetaceum equinum, in colatura radices contuſæ decoquantur ad mollitiem, tunc adde

Foliorum Malvarum, . . } ana unciam unam.
Violarum, . . }
Parietariæ, . . }

Bulliant tandem ad humiditatis ferè conſumptionem, dein piſtentur optimè, ut per cribrum equinum eorum pulpa trajiciatur, addendo in fine

Fermenti acerrimi, . . . } ana uncias duas.
Farinæ Seminis Lini, . . . }
Axungiæ Porcinæ, } ana unciam unam & ſemis.
Olei Croci, . . . }

Miſce, & fiat Cataplaſma ad uſum.

Adverſus Anginam ſpecificum eſt.

In defectu Nidi Hirundinis, injiciatur

Pulveris Albi Græci, . . uncia una & ſemis.

CATAPLASMA ANODINUM.

℞. Micæ Panis albi, ... uncias quatuor.
Lactis Caprini recentèr emulſi, . libram unam.

Coquantur igne lento ad pulmenti conſiſtentiam, tunc extra ignem adde

Vitellorum Ovorum, . . . numero duos.
Pulveris Croci, ... drachmam unam.

Miſce optimè ad uſum.

In podagra, & tumoribus dolorificis prodeſt.

CATAPLASMA AD SINGULTUM.

℞. Fermenti acerrimi, ... uncias tres.
Theriacæ magnæ, ... unciam ſemis.

Pulveris Baccarum Juniperi, . . . } ana drachmas duas.
Roſarum Rubrarum,
Menthæ, . . .
Caryophyllorum, } ana drachmam unam.
Nucis Moſchatæ,
Macis, . . .

Cum ſufficienti Aceti Roſati quantitate fiat Cataplaſma ad uſum.

In ſingultu, calidè ſtomacho, duobus linteis compreſſum, & ſæpiùs applicatum, prodeſt.

Nota, quòd in Officinis Cataplaſmata non ſervantur, ſed extemporaneè fiunt.

CAPUT XXIX.

DE SINAPISMIS.

SInapiſmus eſt medicamentum ex acribus ſimplicibus compoſitum, ruborem, ac ardorem cuti inducens, & cataplaſmatis formam habens.

SINAPISMI DESCRIPTIO.

℞. Seminis Sinapi contuſi, . . . unciam unam.
Allii, ... unciam ſemis.
Pulveris Euphorbii, . . . drachmas duas.
Oxymellis Scillitici, . . } ana unciam unam.
Fermenti acerrimi, . .

Omnia piſtentur in maſſam, quæ parti calefaciendæ applicetur.

SINAPISMUS AD PLANTAS PEDUM.

℞. Fermenti acris, . . } ana unciam unam & ſemis.
Saponis Hiſpani, . }
Seminis Sinapis, ... uncias quatuor.
Salis Ammoniaci, . . . drachmam unam.
Herbæ Rutæ contuſæ, . . pugillum unum.
Aceti acerrimi, ... quantum ſufficit.
Miſce, & fiat Paſta.
In ſoporoſis affectibus plurimùm confert.

CAPUT XXX.

DE VESICATORIIS.

VEſicatorium eſt medicamentum, quod externè impoſitum, cuticulam mortificat, & lympha intra cutim, & cuticulam collecta, veſicula excitatur.

UNGUENTUM VESICATORIUM, SEU EPISPASTICUM.

℞. Unguenti Pallidi, ... uncias tres.
Ceræ Citrinæ, ... unciam ſemis.
Pulveris Cantharidum, unciam unam & ſemis.
Piperis nigri, ſeu longi, unciam ſemis.
Miſce ſecundum artem, & ſerva ad uſum.
Veſicas ſeroſitate plenas excitat, ſale ſuo volatile acri, humores craſſos, & ſtagnatos in apoplexia, lethargo, paralyſi diſſolvit, attenuat, atque movet.

EMPLASTRUM VESICATORIUM.

℞. Ceræ Citrinæ, ...
Colophoniæ, ... } ana uncias duas.
Terebinthinæ, ...
Olei Euphorbii, ... unciam unam.
Igne liquatis, addantur
Pulveris Cantharidum, ... uncias tres.
Piperis nigri, ſeu longi, unciam unam.
Miſce ſecundum artem ad uſum.

Eoſdem producit effectus, ac præcedens.

CAPUT XXXI.

DE CAUTERIIS.

Cauterium eſt medicamentum, quod externè applicatum, cutim, & carnem in duram cruſtram, ſeu ſcharam exurit, & convertit.

LAPIS INFERNALIS, ſeu LUNA CAUSTICA.

℞. Argenti Cupellati, ... unciam unam.
Aquæ fortis, ſeu ſpiritus nitri, . uncias duas.

Omnia injiciantur in vaſe vitreo, ut argentum diſſolvatur, tunc ad ſiccitatem evaporetur; dein lento igne in crucibulo fundatur, ut inſtar olei appareat, ſtatim crucibulum ab igne ſeparetur, & in conum fuſſorium effundatur, lapiſque refrigeratus in vaſe clauſo ad uſum ſervetur.

Hic Lapis cauſticus eſt.

LAPIS CAUSTICUS.

℞. Calcis vivæ, ...
Cinerum Clavellatorum, ſeu Salis Tartari, ex æqualibus partibus Nitri, & Tartari crudi facti, ... } ana libram unam.

Miſceantur, & infundantur in
Lixivii fortiſsimi, ... libris ſex.

Miſtura hæc probè agitetur, ut partes activæ diſſolvantur, dein filtretur, & liquor clarus evaporetur ad ſiccitatem uſque: ac ex maſſa relicta formentur Cauteria diverſæ magnitudinis, quæ in vaſe benè clauſo ad uſum ſerventur.

Notandum verò, quòd alia in Officinis conficiuntur Cauteria, ut *Butyrum Antimonii*, *Arſenicum Sublimatum Corroſivum*, *&c.* ſed de his vide ſuo loco.

PARS TERTIA.

CAPUT PRIMUM.

DE ROB, SEU SAPA, ET SUCCIS INSPISSATIS.

ROB, vel Rohob, ſive Sapa eſt fructuum maturorum ſuccus cum, vel ſine ſaccharo, aut melle permiſtus, ad craſsitudinem mellis liquidi inſpiſſatus. Diſtinguitur à Spiſſamento, quoniam Spiſſamentum nihil aliud eſt, quàm Succus herbarum, radicum, ſeu fructuum maturorum recentèr expreſſus, depuratus, & per decoctionem ad mellis conſiſtentiam craſsiorem redactus.

ROB, SEU SAPA UVARUM.

℞. Succi Uvarum albarum perfectè maturarum recentèr expreſsi, ... quantum volueris.

Coque igne lento in vaſe terreo vitreato, aut in Balneo Maris ſpumam auferendo, donec mellis conſiſtentiam habeat, poſteà cola, & ad uſum ſerva.

Ad oris morbos confert: ſtypticitate quadam roborat, abſtergit, & digerit, ac in Pharmacia quoque ad alios inſervit uſus.

Simili parantur modo ex Succis Rob.

Baccarum Sambuci,

Ebulorum,
Rhamni Cathartici,
Cydoniorum,
& ſimilium.

ROB MORORUM, SEU DIAMORUM COMMUNE.

℞. Succi Mororum domeſticorum, . libras tres.
Mellis optimi, ... libras duas.

Coquantur igne lento in vaſe figulino vitreato, & fiat Rob ſecundum artem quod ad uſum ſervetur.

Ad gutturis, oris, linguæque inflammationes, & excoriationes, gargariſmatibus permiſtum, prodeſt.

Doſis ab uncia una ad uncias duas.

ROB MORORUM COMPOSITUM.

℞. Succi Mororum domeſticorum, . libras duas.
Mororum ſylveſtrium, ſeu Rubi, } ana libras quatuor.
Mellis optimi, ... }

Coquantur, & deſpumentur igne lento, in vaſe fictili vitreato, ad conſiſtentiam debitam, tunc cola, & uſui ſerva.

Eaſdem, quod præcedens facultates obtinet.

Doſis eadem eſt.

ROB SAMBUCINUM.

℞. Succi granorum maturorum Sambuci, libras duas.
Sacchari, ſive mellis, . . . libram unam.

Coquantur igne lento, & fiat Rob ſecundum artem ad uſum ſervandum.

Ictericos, & hydropicos juvat; ſudoreſque potentèr movet, ac in doloribus podagricis confert.

Doſis ab uncia ſemis ad unciam unam.

Eadem methodo fiunt Rob.
Juniperinum,
Ebulinum,
Omphacinum,
& ſimilium.

SUCCUS ABSYNTHII INSPISSATUS.

℞. Foliorum, & ſummitatum Abſynthii virentium, ... quantum libuerit.

Contunde optimè in mortario marmoreo, dein ponantur in vaſe terreo vitreato, ut per horas octo digerantur, poſteà Succus exprimatur, & per linteum coletur, qui igne lento clarificetur, diligentèr deſpumando, & ad mellis ſpiſsioris conſiſtentiam coctus, ad uſum reponatur.

Stomachum roborat, coctionem juvat, vomitum, & diarrhœas ſiſtit.

Doſis à drachma ſemis ad drachmam unam.

SUCCUS PRUNORUM SYLVESTRIUM INSPISSATUS.

℞. Prunorum ſylveſtrium mundatorum, ... quot volueris.

Contunde in mortario lapideo, & poſt debitam digeſtionem Succus exprimatur, & coletur, dein in vaſe figulino vitreato, ad mellis craſsioris conſiſtentiam decoquatur, ac uſui ſervetur. Spiſſamentum hoc vocatur: *Acaciæ nostratis Succus.*

Dyſenteriam, diarrhœam, ac ventris profluvia præſertim ſeroſa cohibet.

Doſis à drachma una ad drachmas duas.

SUCCUS CARDUI BENEDICTI INSPISSATUS.

℞. Cardui Benedicti recentis, . quantum placet. Contunde in mortario marmoreo, & poſt debitam digeſtionem Succus exprimatur, & coletur, ac igne lento decoquatur ad ſpiſsioris mellis conſiſtentiam, tandemque ad uſum reponatur.

Antifebrilis eſt, & ſudorificus, vermes necat, humorum putrefactionem arcet, & pleuritico dolori confert.

Doſis à drachma ſemis ad drachmam unam.

Simili modo fiunt Succi Inſpiſſati

Meliſſæ,
Menthæ,
Eupatorii,
& ſimilium.

SUCCUS CYDONIORUM INSPISSATUS.

℞. Succi recentis Cydoniorum depurati, ... quantum volueris. Decoquatur igne lento in vaſe figulino vitreato, ad mellis ſpiſsitudinem, poſteà ab igne ſeparetur, & ad uſum reponatur.

In diarrhœa, dyſenteria, & aliis alvi fluxibus, à calidis, acribuſque humoribus concitatis valet, & vomitum ſiſtit.

Doſis ab uncia ſemis ad unciam unam.

Simili modo fiunt Succi Inſpiſſati

Baccarum Myrti,
Granorum Sambuci,
Ebulorum,
Omphacii,
& ſimilium.

CAPUT II.

DE EXTRACTIS.

EXtractum nihil aliud eſt quàm Succorum decocta, infuſiones, & ſimilia igne lento ad ſolidam conſiſtentiam redacta.

EXTRACTUM BACCARUM JUNIPERI.

℞. Baccarum Juniperi, . . . libras quatuor.

Contundantur, & biduo, vel triduo macerentur in

Aquæ ferventis, ... libris duodecim.

Bulliant igne lento per duas horas, poſteà exprime, liquorem per reſidentiam defœcatum per manicam tranſcola, dein igne levi vaporet ad Extracti conſiſtentiam.

Extractum hoc ab aliquibus *Theriaca Germanorum* vocatur.

Pro Bezoardico æſtimatur, & ad frigidos ventriculi, uteri, ac inteſtinorum affectus valet; urinas, & calculos projicit, menſtrua movet, ſtomachum roborat, & flatus diſsipat.

Doſis à drachma una ad drachmas tres.

Simili modo fiunt Extracta
Baccarum Sambuci,
Hederæ,
Ebuli,
Lauri,
& ſimilium.

EXTRACTUM CENTAURII MINORIS.

℞. Summitatum Centaurii Minoris, . quot volueris. Minutìm incidantur, & mitte in vaſe terreo vitreato, ſeu æneo ſtannato, ſuperaffunde

Vini albi, . . . quantitatem ſufficientem.

Digere per dies tres in loco calido, bulliant per horas duas in vaſe debitè clauſo, cola, & exprime: liquor in igne lento evaporetur ad Extracti conſiſtentiam.

Hoc extractum, *Liquamentum*, ſeu *Mel Centaurii* vocatur.

Externè in ulceribus ſordidis, & putridis pro abſtergente utitur, internè in febribus, menſtruis ſuppreſsis, ſcorbuto, ac arthritide prodeſt, & lumbricos interimit.

Doſis à drachma una ad drachmas duas.

Simili modo parantur Extracta

Kinæ Kinæ,
Jalappæ,
Mechoacanæ,
Caſcarillæ,
Chinæ,

EXTRACTUM HELLEBORI NIGRI.

℞. Radicum Hellebori nigri, . . . libram unam. Contundantur, & in vas terreum vitreatum immittantur, affundendo

Aquæ ferventis, . quantitatem ſufficientem.
Spiritus Vini, ... uncias quatuor.
Salis Tartari, ... unciam ſemis.

Digere per duodecim horas, poſteà bulliant lento igne per horam in vaſe obturato, liquorem exprime, filtra, ac igne lento vaporet ad Extracti conſiſtentiam.

Confert in affectibus contumacibus, quartana, vertigine,

ac in morbis hypochondriacis, melancholicis, & maniacis.

Doſis à granis quinque ad quindecim cum aliis medicamentis permiſtum.

Eodem modo fiunt Extracta
Agarici,
Sennæ,
Colocynthidis,
Rhabarbari,
Rhapontici,
Tormentillæ,
Biſtortæ,
Gentianæ,
Helenii,
& ſimilium.

EXTRACTUM GLYCYRRHISÆ.

℞. Radicum Glycyrrhiſæ recentium, vel ſiccarum raſarum, & minutim inciſarum, quantum volueris.

Infunde in ſufficienti quantitate aquæ ferventis in vaſe terreo vitreato per biduum, dein coquantur igne lento per ſemihoram, cola, fortitèr exprimendo, liquor per manicam filtretur, & evaporetur ad Extracti ſolidi conſiſtentiam.

Hoc Extractum communitèr Succus inſpiſſatus, ſeu Liquamentum vocatur.

Dulcorat, emollit, ad thoracis affectus, & tuſsim catarrhalem confert.

Doſis eſt drachma una.

Quæ ore excepta, & ſaliva ſoluta, paulatim deglutitur.

EXTRACTUM FUMARIÆ.

℞. Herbæ Fumariæ, . . . quantum libuerit.
Contunde, & in
Aquæ communis, . . . ſufficienti quantitate.

Bulliat igne lento per horam, per manicam (poſt colaturam, & expreſsionem) filtretur, colatura, Balneo Maris ad Extracti craſsitudinem inſpiſſetur.

Ad ſanguinem purificandum, ſcabiemque curandam commendatur: adhibetur quoque ad tranſpirationem promovendam.

Doſis à drachma ſemis ad drachmam unam.

Eodem modo fiunt Extracta

Abſynthii,
Cardui Benedicti,
Cochleariæ,
Bugloſsi,
Borraginis,
Cichorii,
Chamædrys,
Lupulorum,
Meliſſæ,
Scordii,
& ſimilium.

EXTRACTUM OPII, SEU LAUDANUM SIMPLEX.

℞. Opii fruſtulatim diſſecti, , quantum volueris.
Aquæ pluvialis ſerventis, quantitatem ſufficientem.

Ad ſuper eminentiam quatuor digitorum in vaſe terreo vitreato per viginti quatuor horas macerentur, dein leviter decoquantur, idemtidem agitando: liquor decantetur, & recentèr aquam *MAGMATI* ſuperaffunde, idem repete, donec nulla ſuccedat tinctura, omnes tincturas

miſtas filtra, & Balneo Maris ad ſpiſsioris Extracti conſiſtentiam vaporent.

Ad mitigandos acutiſsimos corporis dolores, vigilias nimias cohibendas, fluxuſque ſiſtendos prodeſt.

Doſis in adultis à grano ſemis ad unum & ſemis, vel duo.

LAUDANUM OPIATUM, SEU NEPENTHES.

℞. Extracti Opii, ... uncias duas.
Croci, ... unciam unam.
Margaritarum, . . .
Hyacinthorum, . . .
Corallorum præparatorum, . . . } ana drachmam unam & ſemis.
Terræ ſigillatæ, ... drachmam unam.
Lapidis Bezoar Occidentalis, ſcrupulos quatuor.
Pulveris Unicornu, vel in ejus defectu
Cornu Cervi crudi, ... ſcrupulos duos.
Fiat omnium miſtura ad uſum ſervanda.

Virtute hypnotica anodinaque pollet, in vigiliis contumacibus, & deliriis cum, vel ſine febre, in colicis doloribus, alvique fluxibus mirè prodeſt.

Doſis à grano uno ad tria, vel quatuor.

Nota: non ſunt præſcribenda hypnotica, ſeu narcotica pleno, & nondum corpore evacuato, ne humores plus incraſſentur, & natura opprimatur: etiam abſtinendum in debilibus, ſenibus, pueris, gravidis, aut ſaltem modicè, ac prudentiſsimè ipſis utendum.

LAUDANUM, SEU NEPENTHES CINNABARINUM.

℞. Extracti Opii, ſeu Laudani ſimplicis, ... drachmas ſex.

Croci ſubtilitèr triti, . . . } ana drachmas tres.
Cinnabaris nativæ præparatæ, }

Fiat ex arte miſtura ad uſum Medicum.

Ad idem valet, ſed efficaciùs creditur eſſe.

Doſis eadem eſt.

LAUDANUM URINARIUM.

℞. Succi, ſeu liquamenti Glycyrrhiſæ, uncias tres.
Camphoræ, ... drachmas duas.
Croci optimi, drachmas duas, & ſcrupulos duos.
Alkekengi, ... } ana unciam unam.
Terebinthinæ Venetæ, . . . }
Tragacanthi, . . . } ana drachmam unam.
Maſtichès, . . . }
Extracti Opii, ſeu Laudani opiati ſimplicis, ... unciam ſemis.

Liquamentum Glycyrrhiſæ in aqua Halicacabi, ſeu Alkekengi ad mellis ſpiſsitudinem diſſolvatur, cui Extractum Opii, & Terebinthina exactè miſceantur, cæteraque in pulverem tenuiſsimum redacta, ut fiat miſtio pro uſu ſervanda.

Renum obſtructiones aperit, arenulas, & urinam pellit, ac dolori nephritico proficere creditur.

Doſis à granis quatuor ad ſemiſcrupulum.

EXTRACTUM ALOES.

℞. Aloes Soccotrinæ, . . . quantum volueris.
Diſſolvatur lento igne in vaſe figulino vitreato, ſeu Balneo Maris in
Aquæ communis, . . ſufficienti quantitate.

Digeratur per horas ſex, liquorem decanta, & cola, dein evaporetur ad Extracti ſolidi conſiſtentiam.

Nota, quod ſi Aloes diſſolutio in ſucco Roſarum, vel in ſucco, ſeu decocto florum violarum fiat, *Aloe Rosata*, vel *Violata* vocatur, & indiſcriminatim in Medicina utitur.

Putredini reſiſtit; in purgandis ventriculi cruditatibus acidis, & viſcidis, vel per ſe, vel miſtum cum aliis valdè efficax eſt; conſideratur, ut baſis pilularum purgantium.

Doſis à ſemiſcrupulo ad ſcrupulum unum.

EXTRACTUM CATHOLICUM, seu PANCHYMAGOGUM.

℞. Extracti Hellebori nigri, . } ana unciam unam.
Agarici, . . . }
Colocynthidis, . . . drachmas ſex.

Liquentur, & miſceantur cum ſufficienti aquæ communis quantitate, hoc eſt uncia una (in qua ſalis noſtri cathartici uncia ſemis ſit ſoluta) ad mellis ſpiſsitudinem, tunc adde

Pulveris Scammonii puriſsimi, unciam unam.
Extracti Aloes, ... uncias duas.

Omnia perfectè miſta, igne lento, ad pilularum conſiſtentiam inſpiſſentur, ſi opus fuerit.

Ad omnes expurgandos humores commendatur.

Doſis à ſemiſcrupulo ad ſcrupulum unum, vel ſemidrachmam.

CAPUT III.

DE MELLIBUS OFFICINALIBUS.

Mella Officinalia ſunt Succi, infuſiones, vel decocta melle confecta.

MEL DESPUMATUM.

℞. Mellis optimi, ... libras duas.
Aquæ communis, ... uncias quatuor.

Bulliant ſimul igne lento, trajice per pannum, & ſerva.

OXYMEL SIMPLEX.

℞. Mellis optimi, ... libras quatuor.
Aceti acerrimi, ... libras duas.

Omnia ſimul decoquantur in vaſe fictili vitreato, ſpumam auferendo ad ſyrupi conſiſtentiam, cola, & ad uſum ſerva.

Humores craſſos, ac pituitoſos incidit, attenuat, atque abſtergit, & ideò obſtructiones aufert, ſputum movet, faciliùs ipſumque reddit.

Doſis ab uncia una ad uncias tres.

OXYMEL SCILLITICUM.

℞. Mellis optimi. . . . . libras quatuor.
Aceti Scillitici, ... libras duas.

Decoquantur igne lento ſecundum artem ad ſyrupi conſiſtentiam, cola, & ad uſum ſerva.

Ad cerebri, pulmonis, ventriculi affectus pituitoſos, & contumaces prodeſt, eoque utimur in epilepticorum inſultibus, & ipſo paroxyſmo; aſthmaticis quoque plurimùm confert, obſtructioneſque inveteratas reſerat, craſſos humores potentèr incidendo.

Doſis ab uncia ſemis ad unciam unam.

MEL ROSATUM PRO VULNERIBUS.

℞. Succi Roſarum Rubrarum, . } ana libras duas.
Mellis optimi, . . . }

Coque ſecundum artem ad ſyrupi conſiſtentiam, dein cola, & ſerva.

Digeſtivum eſt, quapropter humores phlegmaticos, viſcidoſque in ulceribus contentos concoquit.

MEL PERSICUM.

℞. Succi, ſeu infuſionis Roſarum Alexandrinarum, ... libras tres.
Mellis optimi, ... libras duas.

Coquantur ſecundum artem ad ſyrupi conſiſtentiam, coletur, & reponatur.

Ad alvum ſolvendam, clyſteribus immiſtum, uſurpatur.

Doſis ab unciis duabus, ad uncias quatuor.

MEL MERCURIALE.

℞. Succi Mercurialium depurati, . . }
Mellis optimi, ... } ana libras tres.

Coquantur ſecundum artem ad debitam ſyrupi conſiſtentiam, dein cola, & uſui ſerva.

Temperat, humectat, abſtergit, & alvum emollit clyſteribus permiſtum.

Doſis ab uncia una ad uncias tres.

MEL VIOLARUM.

℞. Florum Violarum recentium integrorum, ... libram unam.
Aquæ calidæ, ... libras quatuor.

Macerentur per duodecim horas colentur, & exprimantur, expreſsioni adde

Mellis optimi, ... libras quatuor.

Coque, deſpumando ad ſyrupi conſiſtentiam, cola, & uſui ſerva.

Inditur potiſsimùm enematibus, ubi febres cum alvi aſtrictione, moleſtæ ſunt.

Doſis ab uncia una ad uncias duas.

Nota, quòd in in defectu Florum recentium, fit infuſio cum unciis quatuor Florum violarun ſiccarum.

Simili modo ſiunt Mella

Roris Marini,
Rutæ,
Centaurii Minoris,
& ſimilium.

HYDROMEL VINOSUM.

℞. Mellis optimi, ... libras quatuor.
Aquæ pluvialis, ſeu fontanæ, libras duodecim.

Decoquantur ſimul igne lento in vaſe æneo benè ſtannato ad tertiæ partis conſumptionem, vel donec ovum recens injectum non demergat, ſed ſupernatet; inter coquendum verò, omnis ſpuma diligenter auferatur, dein Hydromel coctum, & per ſubſidentiam depuratum, ac doliolo exceptum, Solis radiis exponatur per quadraginta dies, vel uſquequò nullum fermentationis ſignum appareat, dein doliolum obturatum in cella vinaria reponatur.

Stomachum, & alia viſcera roborat, & ſpiritus auget.

Doſis ab uncia ſemis ad uncias duas.

Nota quòd *HYDROMEL*, *MELICRATUM*, *OPOMELLE*, ET *AQUA MULSA*, eſt mel aqua deſpumatum, ac ad debitam conſiſtentiam coctum.

CAPUT IV.

DE CONSERVIS.

COnſervæ nihil aliud ſunt quam folia, flores, fructus, & herbarum radices in pulpam redactæ, cum debita ſacchari quantitate permiſtæ.

CONSERVA ROSARUM RUBRARUM.

℞. Florum recentium Roſarum Rubrarum ab ungulis mundatarum, ... libram unam.
Sacchari albi pulveriſati, . . . libras duas,

Contundantur optimè in mortario marmoreo, & paulatim ſaccharum miſceatur, ut ritè agitando incorporentur, poſteà in vaſe vitreo, ſeu terreo vitreato inſolentur per aliquot dies, & ſerva ad uſum.

Tuſsim mitigat, diarrhœas, & hæmorrhagias ſiſtit, quare phthiſicis confert, cor, & ſtomachum roborat.

Doſis ab uncia ſemis ad unciam unam & ſemis.

CONSERVA ROSARUM ALTERA.

℞. Roſarum Rubrarum recentium, nondum penitùs apertarum exungularum, . . libram unam.
Macerentur in
Aquæ ferventis, . . , . libris quatuor.

Coletur ſine expreſsione liquor, qui rejiciatur, poſteà Roſæ maceratæ validè prælo exprimantur, atque in mortario lapideo minutiſsimè contundantur, interim in expreſſo coquantur

Sacchari albi ad tabellarum conſiſtentiam, ... libras duas.

Exactiſsimè miſcendo roſas contuſas, ut fiat Conſerva ad uſum ſervanda.

Ad idem præſtat.

Eadem methodo fiunt Conſervæ

Florum Salviæ,
Calendulæ,
Perſicorum,
Tunicæ,
Roris Marini,
& ſimilium.

CONSERVA FLORUM VIOLARUM.

℞. Florum Violarum recentium à calicibus mundatorum, ... libram unam.
Sacchari albi pulveriſati, ... libras tres.

Contundantur minutim in mortario lapideo, & fiat Conſerva, ut ſupradictum eſt.

Dulcorat, humectat, ſanguinis acrimoniam temperat, & thoracis affectibus confert.

Doſis ab uncia ſemis ad unciam unam.

Simili modo fiunt Conſervæ

Florum Bugloſsi,
Borraginis,
Nymphææ,
Malvæ,
Pæoniæ,
Papaveris Rhæados,
& ſimilium.

Nota, quòd cum eadem Sacchari quantitate clarificati, & ad tabellarum conſiſtentiam cocti, hæc prædictæ

Conſervæ etiam concinnantur, miſcendo extta ignem flores, ſcilicet contuſos, & ſi opus fuerit pauliſper decoquantur, quæ abſque inſolatione ad uſum reponuntur.

DIACORNUM.

℞. Pulpæ de Fructibus Corni arboris ſecundum artem extractæ. . . . . libram unam.
Sacchari albi, ... libras duas.
Fiat, ut artis eſt, Conſerva.

Ad dyſenteriam, menſium fluxum cohibendum prodeſt.

Doſis ab uncia ſemis ad unciam unam.

CONSERVA CAPILLORUM VENERIS.

℞. Foliorum recentium Capillorum Veneris, ... libram unam.
Sacchari albi pulveriſati, ... libras duas.

Folia optimè in mortario lapideo contundantur, & Saccharo permiſta in vaſe vitreo per aliquot dies inſolentur, poſteà ad uſum ſerva.

Splenetica eſt, quare in icteritiæ affectibus, ſplenis, & pectoris prodeſt.

Doſis ab uncia ſemis ad unciam unam.

Eadem methodo conficiuntur Conſervæ

Foliorum Hederæ Terreſtris,
Menthæ,
Meliſſæ,
Rutæ,
Scordii,
Cochleariæ,
Summitatum Abſynthii,
& ſimilium.

CONSERVA OXYACANTHÆ.

℞. Pulpæ Oxyacanthæ, ... libram unam.
Sacchari clarificati ad tabellarum conſiſtentiam coćti, ... , . . . libras duas.

Miſce optimè, ut fiat Conſerva ſecundum artem, quæ ad uſum reponatur.

Aſtringens eſt, in menſtruorum, & alvi fluxibus plurimùm confert.

Doſis ab uncia ſemis ad unciam unam.

Eodem modo parantur Conſervæ

Ceraſſorum acrium,
Prunorum Damaſcenorum,
Sylveſtrium,
& ſimilium.

CONSERVA RADICIS HELENII.

℞. Radicum recentium Helenii mundatarum, ... , ... quot volueris.

Macera per aliquot horas in aqua ferventi, qua rejećta, coquantur in altera ad putrilaginem, & per setaceum trajiciantur.

℞. Pulpæ hujus Radicis, ... libram ſemis.
Sacchari albi in decoćto Radicum ad Elećtuarii ſolidi conſiſtentiam coćti, . libram unam.

Miſce optimè, & fiat Conſerva ſecundum artem.

Stomachica eſt, & carminativa, adhibetur etiam in tuſsi, ac aſthmate, & doloribus nephriticis.

Doſis à drachmis duabus ad unciam ſemis.

Sic parabuntur Conſervæ Radicum
Scorzoneræ,
Angelicæ,
Symphyti majoris,
Pæoniæ,
Cichorii,
Satyrii,
& ſimilium.

CAPUT V.

DE LOHOCH, SEU ECLEGMATE.

LOhoch, ſeu Eclegma eſt medicamentum internum, ex variis ſimplicibus compoſitum, ſaccharo permiſtum, & pulmonibus dicatum.

LOHOCH SANUM.

℞. Cinnamomi, ... }
Hyſſopi, ... }
Calaminthæ, ... }
Iridis, ... } ana unciam ſemis.
Seminis Aniſi, ... }
Fœniculi, ... }
Capillorum Veneris, . . . manipulum unum.
Macerentur per ſpatium viginti quatuor horarum in
Aquæ fontanæ tepidæ, ... libris duabus.
Poſteà diſtillando, abſtrahatur circiter libra una, cum [q]ua, ex
Pineorum mundatorum, . . drachmis quinque.
Amygdalarum dulcium, . . drachmis tribus.
Fiat emulſio, ſolvendo in ea

Sacchari albi, ... libras duas.

Additiſque

Pulveris Glycyrrhiſæ, . ⎫ ana drachmis tribus.
Tragacanthi, . ⎪
Gummi Arabici, ⎪
Amyli, ... ⎭
Iridis, ... drachmis duabus.

Optimè miſceantur, & ſerva.

In affectibus aſthmaticis, tuſsi, raucedine, & thoracis inflammationibus commendatur.

Doſis ab uncia ſemis ad unciam unam.

Nota, quòd Eclegmata extemporaneè fiunt prò diverſis uſibus, dum à Medicis præſcribuntur.

LOHOCH, SIVE ELECTUARIUM ANTI-PHTHISICUM.

℞. Radicum recentium Symphyti majoris, . . ⎫ ana uncias ſex.
Enulæ Campanæ, ⎪
Tuſsilaginis, . ⎭

Mundentur, & ad mollitiem decoquantur in

Aquæ communis, ... libris ſex.

Poſteà extrahatur ſecundum artem pulpa, quæ ſervetur, ac in decocto à radicibus relicto, coquantur

Paſſularum mundatarum, unciæ decem & octo.

Et pulpa extrahatur, dein in decocto à paſſulis relicto, bulliant ad mollitiem nempè

Herbarum Salviæ acutæ, ⎫ ana manipuli duo.
Hyſſopi, . . ⎪
Veronicæ, . ⎪
Hederæ terreſtris, . . ⎪
Pulmonariæ maculatæ, . ⎭

Extrahatur earum pulpa. Tunc

℞. Decocti colati, ... } ana libras duas.
Sacchari albiſsimi, ... }

Coque in ſyrupum craſsioris conſiſtentiæ, addendo pulpas

Herbarum, ... } ana uncias quinque.
Radicum, ... }
Paſſularum ſupradictas, }
Amygdalarum dulcium mundatarum, . . . }
Pineorum recentium probè, ac minutiſsimè contuſorum, ... }

Omnia ſimul permiſta, coquantur igne lento ſpathula aſsiduè movendo ad Electuarii mollis conſiſtentiam, cui addantur.

Pulveris Cinnamomi electi, . drachmæ tres.
Croci boni, ... ſcrupuli duo.

Miſce optimè, & ſerva ad uſum.

In phthiſicis, hecticis, emaciatis, & ſanguinem ſpuentibus, ac in omnibus thoracis affectibus valdè proficuum.

Doſis ad unciam ſemis, ter, quatervè in die.

LOHOCH ALBUM PECTORALE.

℞. Pulveris Glycyrrhiſæ, ... ſemi drachmam.
Superaffunde
Aquæ communis ferventis, . uncias quatuor.

Stet in infuſione Balneo Maris, ſpatium horæ quadrantis, & cum Amygdalis dulcibus excorticatis, ... numero duodecim.

Fiat ex arte Emulſio. Tum

℞. Gummi Tragacanthi minutiſsimè pulverati, ... , ... grana octodecim.

Senſim affunde lac Amygdalarum dulcium ſupradic-

tum, identidem agitando in mortario marmoreo ad Mucilaginis ſpiſsitudinem. Admiſce

Syrupi Diacodii, ... } ana ſemiunciam.
Althææ Fernelii, ... }
Olei Amygdalarum dulcium, . unciam unam.

Sub finem adde

Aquæ Naphæ, ... drachmas duas.

Fiat Lohoch.

Ad expectorationem promovendam, tuſsimque ſedandam communitèr uſurpatur.

Doſis Cochleare unum per intervalla.

LOHOCH EX OVO.

℞. Vitellum unum Ovi recentis.
Olei Amygdalarum dulcium abſque igne recentèr extracti, ... uncias duas.
Syrupi Althææ, ... unciam unam.
Aquarum ſtillatitiarum, . }
Tuſsilaginis, . } ana unciam unam.
Papaveris Rhœados }
Naphæ, ... drachmas duas.

Vitellum Ovi mitte in mortario marmoreo huic ſenſim & per vices affunde Oleum Amygdalarum dulcium ſemper agitando piſtillo ligneo, uſque dum coeant in pultem, cui admiſce identidem agitando aquas, & ſyrupum, poſtremò aquam Naphæ.

Tenues, & acres humores in pectus defluentes condenſat.

Doſis Cochleare unum per intervalla.

SAPO LIQUIDUS PECTORALIS.

℞. Sacchari albiſsimi, ... uncias duas.
Amyli ſubtilitèr pulveriſati, . unciam unam.
Diſolve in

Aquæ Violarum, . . . quantitate ſufficienti.
Poſteà ſenſim affunde
Olei Amygdalarum dulcium, . unciam unam.

Agita omnia ſimul, donec fuerint perfectè miſta; & ſi velis paululùm coque, ut ſit juſtæ conſiſtentiæ Sapo.

Materiam tenuem & acrem, & coctu difficilem in partibus reſpirationis expulſioni facilem reddit.

Doſis Cochleare unum per intervalla.

CAPUT VI.

DE GELATINIS.

GElatina eſt fructuum maturorum Succus, ſeu decoctum ex cartilaginoſis animalium partibus, ad conſiſtentiam ſpiſsiorem, viſcoſam, ſplendentem, & ſolidam redactum; & communiter extemporaneè fiunt.

GELATINA CORNU CERVI.

℞. Raſuræ Cornu Cervi, . . . libram ſemis.
Aquæ communis tepidæ, . . libras quatuor.

Coquantur igne lento in vaſe fictili vitreato optimè clauſo per horas duas, poſteà cola forti cum expreſsione, cui adde
Sacchari albi, ... uncias ſex.

Cum albumine ovi clarificentur, addendo in fine
Vini albi optimi, ... uncias quatuor.
Succi Limonum, ... unciam unam.

Bulliant levitèr ad Gelatinæ conſiſtentiam, quæ antequam refrigeretur, in patinas effundatur, ut in maſſam ſplendentem reducatur.

Humorum malignitati reſiſtit, vomitum, & diarrhœam

cohibet, ac ſanguinis ſputo confert, nutrit, atque roborat, ideòque in hectica febre prodeſt.

Doſis Cochleare unum per intervalla.

CAPUT VII.

DE JULAPIIS.

Julepus, vel Julapium eſt medicamentum liquidum ex aquis diſtillatis, decoctis, pulveribus, confectionibus, & aliis paratum, ſaccharo, ſeu ſyrupis idoneis dulcoratum.

JULEPUS ASTRINGENS, ET ROBORANS.

℞. Aquæ Plantaginis, . . . }
Portulacæ, . . . } ana uncias quatuor.
Tormentillæ, . . . }
Cinnamomi Cydoniatæ, . uncias duas.
Diaſcordii Fracaſtorii, . . ſcrupulos quatuor.
Pulveris Boli Armenæ Orientalis, drachmam unam.
Terræ Japonicæ, . ſcrupulum unum.
Syrupi Corallorum, . unciam unam & ſemis.

Miſce, & fiat Julepus ſecundum artem.

Valet in diarrhœa ſymptomatica, & aliis alvi fluxibus ſiſtendis.

Doſis ad uncias tres, bis, vel ſemel in die.

JULAPIUM REFRIGERANS CORDIALE.

℞. Aquæ Scorzoneræ, ... }
Oxalidis, ... } ana uncias ſex.
Cichorii, ... }

Syrupi ex acido Citri, . unciam unam & ſemis.
Confectionis Hyacinthorum, . drachmas duas.
Salis Prunelæ, ſeu Anodini Mineralis, . . . } ana drachmam unam.
Tincturæ Kermes, . . . }

Miſce ſecundùm artem ad uſum.

In febribus, dum æger, præ caloris incendio ferè comburitur, prodeſt, ſitim ſedat, & nimiam ſanguinis ebullitionem temperat.

Doſis ad uncias quatuor.

JULAPIUM STOMACHICUM.

℞. Aquæ totius Citri, . . . }
Abſynthii, . . . } ana uncias quatuor.
Menthæ, . . . }
Cinnamomi hordeatæ, . . uncias duas.
Salis Abſynthii, . . . ſcrupulos quatuor.
Tincturæ Ligni Aloes, . . drachmas duas.
Syrupi corticum Citri, . . unciam unam.

Miſce ſecundum artem.

Cor, & ſtomachum roborat, appetitum movet, ac ſpiritus reficit.

Doſis cochleatim.

JULAPIUM CEPHALICUM, seu CAPITALE.

℞. Aquæ Ceraſorum nigrorum, }
Florum Stœchados, } ana uncias quatuor.
Peoniæ, . . }
Syrupi Betonicæ Coronariæ, . unciam unam.
Pulveris Imperialis, . . ſcrupulos quatuor.
Tincturæ Caſtorei, . . . }
Cranii Humani Succinatæ, } ana drachmas duas.

Miſce, & fiat Julapium ſecundum artem.

Ad epilepſiam, & affectiones quaſcumque convulſivas, ac ſoporoſas, ad capitis dolorem, vertiginem, & paralyſim prodeſt.

Doſis cochleatim.

JULAPIUM ANTI-HISTERICUM CORDIALE.

℞. Aquæ Meliſſæ Camphoratæ, . } ana uncias ſex.
Rutæ, ... }
Florum Tiliæ, . }
Theriacalis, . . uncias duas.
Confectionis Alchermes ſine odore, drachmas duas.
Syrupi Florum Tunicæ, unciam unam & ſemis.
Tincturæ anti-Hyſtericæ, . drachmam unam.
Margaritarum præparatarum, vel Matris Perlarum, ... ſcrupulos quatuor.

Miſce ſecundum artem.

Ad languores hyſtericos, alioſve ſimiles affectus confert.

Doſis ad tres uncias.

JULAPIUM PECTORALE ANTI-PLEURITICUM.

℞. Decocti pectoralis, ... libram unam.
Syrupi Jujubarum, . . . } ana ſemiunciam.
Hederæ Terreſtris, . }
Pulveris ſanguinis Hirci, . } ana ſcrupulos duos.
Mandibulæ Piſcis Lucii præparatorum, . . . }
Eleoſacchari Gummi Ammoniaci, drachmas duas.

Miſce optimè.

Incidit, attenuat phlegma craſſum in pectore hærens, & facilè anacatharſim movet.

Doſis ad uncias quatuor.

CAPUT VIII.

DE MIVIS.

Miva ſpecies eſt Syrupi viſcido-craſsioris, ex ſuccis, vel decoctis, melle, ſive ſaccharo confecta.

MIVA CYDONIORUM SIMPLEX.

℞. Succi Cydoniorum depurati, . libras duodecim.
Coque igne lento in vaſe fictili vitreato ad remanentiam librarum ſex, in quibus diſolve
Sacchari albi, ... , . . . libras tres.
Clarificentur, & coquantur ad ſyrupi craſsioris conſiſtentiam, dein cola, ac repone ad uſum.

Stomachum roborat, vomitum ſiſtit, & alvi profluviis prodeſt.

Doſis ab uncia una ad uncias duas.

MIVA CYDONIORUM AROMATICA.

℞. Succi Cydoniorum depurati, . viginti libras.
Sacchari albi, ... libras ſex.
Coquantur, & clarificentur ſecundum artem, ad Syrupi ſpiſsioris conſiſtentiam, cui extra ignem, iuſuſio ſequens addatur.

℞. Cinnamomi electi, . . . } ana drachmas tres.
Cardamomi majoris, . . . }
Caryophyllorum, ... drachmas duas.
Zingiberis, . . }
Maſtiches, . . } ana drachmam unam, & ſemis.
Macis, . . . }

Ligni Aloes, ſeu Santali Citrini, ... drachmas duas & ſemis.
Croci, ... drachmas duas.
Omnia, præter Crocum, levitèr contuſa injiciantur in
Vini albi optimi, ... libra una.
In vaſe clauſo, & loco tepido per viginti quatuor horas infundantur, poſteà cola, & exprime; liquor expreſſus cum Miva optimè miſceatur, & ad uſum reponatur.

Validiores habet vires quam præcedens.

Doſis ab uncia ſemis ad unciam unam & ſemis.

CAPUT IX.

DE SYRUPIS.

SYrupi ſunt medicamenta liquida ex decoctis, infuſionibus, ſuccis, ſive aliis liquoribus ſaccharo confecta, ad mellis liquidi conſiſtentiam redacta.

SYRUPUS SCELETYRBICUS.

℞. Succi defœcati Cochleariæ, Becabungæ, } ana libram ſemis.
Sacchari albi, ... libram unam.
Clarificato Saccharo, & ad debitam conſiſtentiam perducto, ſuccos paulatim affunde, & levi ebullitione ad juſtam ſpiſſitudinem redige.

Ad ſcorbuticas affectiones ſuperandas plurimùm valet.

Doſis ab uncia una ad unciam unam & ſemis.

SYRUPUS ACETOSUS SIMPLEX.

℞. Sacchari albiſsimi pulveriſati, . . libras tres.
Aceti Vini acerrimi, . libram unam & ſemis.

Miſceantur optimè in vaſe figulino vitreato, & igne lento ſaccharum diſſolvatur, ſimulque evaporentur in ſyrupi conſiſtentiam, & reponatur ad uſum.

In affectibus calidis, bilioſis, & in febribus malignis confert.

Doſis ab uncia una ad uncias duas.

SYRUPUS EX ACIDO LIMONUM.

℞. Sacchari albiſsimi pulveriſati, . libras quatuor.
Succi recentis Limonum, ſeu Citri per ſubſidentiam depurati, ... libras duas.

Miſce, & fiat Syrupus, ut ſupra.

Cardiacus eſt, refrigerat, humectat, vermes necat, humorum putrefactionem arcet, febris quoque calorem temperat.

Doſis ab uncia una & ſemis ad uncias duas.

SYRUPUS EX SUCCO AGRESTÆ.

℞. Sacchari albi in pulverem redacti, libras duas.
Succi recentis Omphacii depurati, libram unam.

Miſce optimè, & Syrupum confice ſecundum artem.

Refrigerat, vomitiones ſiſtit, & in ventris fluxu bilioſo convenit, ſitim ſedat, viſcerum calorem temperat, ac ſtomachum roborat.

Doſis ab uncia una ad uncias duas.

SYRUPUS GRANATORUM ACIDORUM.

℞. Sacchari albiſsimi pulveriſati, . . libras duas.
Succi Granatorum acidorum recenter expreſsi, & depurati, ... libram unam.

Fiat Syrupus ſecundum artem.

Refrigerans eſt, putredinem arcet, vomitui, & alvi fluxui prodeſt.

Ad gutturis excoriationes, & oris, gargariſmatibus permiſtus, valet.

Doſis ab uncia una ad unciam unam & ſemis.

Eadem methodo fiunt Syrupi ex Succis

Aurantiorum,
Groſſulariæ, ſeu Ribium Rubrorum,
Oxyacanthæ, ſeu Berberum,
Acetoſæ,
Pomorum,
Ceraſorum,
Baccarum Myrti,
& ſimilium.

Nota, quòd Syrupi omnes ſuprà deſcripti, etiam ſequenti parantur methodo.

℞. Sacchari clarificati ad conſiſtentiam tabellarum cocti, ... uncias triginta & duas.
Succi ex acido nempè de Limonibus, ſive Citreis depurati, quantitatem ſufficientem, hoc eſt, ... uncias ſexdecim.

Miſceantur optimè cum Cochleari in vaſe figulino vitreato, ut Syrupus in debitam conſiſtentiam reſultet, ad uſum ſervandus.

SYRUPUS CYDONIORUM.

℞. Sacchari clarificati ad conſiſtentiam tabellarum cocti, ... libras quatuor.
Succi Cydoniorum recentis, & depurati, ... libras duas.

Coquantur igne lento ad Syrupi craſsioris conſiſtentiam, ſecundum artem.

Ventriculum roborat, vomitum, & alvi fluxum cohibet, dyſentericis, ac cœliacis confert.

Doſis ab uncia una ad uncias duas.

SYRUPUS VIOLARUM SIMPLEX USUALIS.

℞ Florum Violarum recentium cum calicibus, ... libram unam.

Injice in vaſe terreo vitreato ſuperaffundendo

Aquæ comunis tepidæ, . . . libras quatuor.

Macerentur per horas octo vaſe clauſo, poſteà calefiant igne lento, colentur, & exprimantur, in colatura rurſus tantundem florum violarum recentium infunde pari temporis intervallo, iterum cola, & exprime, in expreſſo diſſolve

Sacchari albi, ... libras ſex.

Miſce optimè, & cum ovi albumine clarificentur, & coquantur ad Syrupi conſiſtentiam, ſecundum artem.

Humectat, & refrigerat, in pectoris calidis affectibus valet, in tuſsi ſicca, ac urinæ ardori prodeſt.

Doſis ab uncia una ad uncias duas.

Nota: quod in defectu Florum Violarum recentium injiciantur Florum Violarum ſiccarum unciæ quatuor, ſervanda methodus ſupra deſcripta: ad idem valet.

Doſis eadem quoque eſt.

Simili modo fiunt Syrupi

Florum Tunicæ,
Papaveris Rhæados,
Nymphææ,
& ſimilium.

SYRUPUS VIOLARUM COERULEUS, seu VIOLACEUS.

℞. Florum Violarum recentium à calicibus mundatorum, ... libram unam.
Ponantur in vaſe fictili vitreato, quibus ſuperaffunde
Aquæ fontanæ ferventis, . . . libras duas.
Macerentur vaſe clauſo, per horas octo, poſteà igne lento calefiant, colentur, & exprimantur, expreſsioni adde
Sacchari albiſsimi pulveriſati, ... libras quatuor, & uncias quatuor.
Ponantur ſuper ignem lentum, ut ſaccharum abſque ebullitione omninò diſſolvatur, & Syrupus jam refrigeratus ſervetur.

Pectus refrigerat, & humectat, humores acres dulcorat, choleramque temperat; cordialis quoque, & pectoralis eſt.

Doſis à ſemiuncia ad unciam unam.

SYRUPUS EX SUCCO POMORUM REDOLENTIUM.

℞. Sacchari clarificati ad tabellarum conſiſtentiam cocti, ... libras tres.
Succi Pomorum Redolentium recentèr expreſsi, & per ſubſidentiam depurati, libram unam & ſemis.
Coque ſecundum artem, & fiat Syrupus.

Cordialis, & pectoralis eſt, humores melancholicos, ac aduſtos temperat.

Doſis ab uncia una ad uncias duas.

SYRUPUS HEDERÆ TERRESTRIS.

℞. Summitatum Hederæ Terreſtris mediocritèr exſiccatarum, ... libram unam.
Aquæ ejuſdem diſtillatæ, . . . libras quatuor.
Macerentur in vaſe terreo vitreato per ſpatium vigin-

ti quatuor horarum, dein leniter ebulliant, colentur, & exprimantur, colaturæ adde

Sacchari clarificati, . . . libras quatuor.

Fiat Syrupus ſecundum artem.

Commendatur ad thoracis affectus, ad phthiſim quoque, & ſputa purulenta.

Doſis ab uncia una ad unciam unam & ſemis.

Simili modo fiunt Syrupi

Tuſſilaginis,
Capillorum Veneris,

SYRUPUS SCORZONERÆ.

℞. Radicum Scorzoneræ recentium, & mundatarum, ... libram unam.

Incidantur minutim, & cum

Aquæ communis tepidæ, . . libris quatuor.

Coquantur igne lento in vaſe fictili vitreato per ſemihoram, tunc cola, & exprime, expreſsioni adde

Sacchari albi clarificati, . . . libras tres.

Coquantur ſecundum artem ad Syrupi conſiſtentiam.

Nimium viſcerum, & cordis temperat calorem, partes ipſaſque roborat, febribus peſtilentibus confert.

Doſis ab uncia una ad uncias duas.

Non abſimili modo parari poſſunt Syrupi ſimplices

De Althæa,
Cynogloſſo,
Symphyto,
& ſimilibus.

SYRUPUS CICHORII SIMPLEX.

℞. Succi Cichorii depurati, . . }
Sacchari albi, ... } ana libras duas.

Coquantur, & cum ovi albumine clarificentur, & fiat Syrupus ſecundum artem.

Ad hepatis ardores confert, puriorem ſanguinem reddit.

Doſis ab uncia una ad unciam unam & ſemis.

Simili modo fiunt Syrupi

Fumariæ,
Urticæ,
Apii,
Portulacæ,
Borraginis,
Cochleariæ,
& ſimilium.

SYRUPUS DE MENTHA SIMPLEX.

℞. Summitatum Menthæ criſpæ mediocriter exſiccatarum, ... uncias duas.
Aquæ Menthæ ſtillatæ, . . . libras duas.

Infundantur, & digerantur, vaſe clauſo, in Balneo Cinerum, vel alio loco calido per duodecim horas, colentur, & cum

Sacchari clarificati, ... libris duabus.

Fiat Syrupus ſecundum artem.

Stomachicum eſt, ventriculum roborat, & calefacit, ſingultum, & vomitum inhibet, flatuſque diſsipat, ac lumbricos enecat.

Doſis à drachmis duabus ad ſemiunciam.

Simili modo parantur in propiis aquis Syrupi

De Hyſſopo,
Scordio,
Meliſſa,
Arthemiſia,
Stœchade,
& ſimilibus.

SYRUPUS DE ERYSIMO LOBELII.

℞. Eryſimi floreſcentis, ... manipulos ſex.
Radicum Enulæ Campanæ, .
Tuſsilaginis, . . .
Glycyrrhiſæ, . . . } ana uncias duas.
Foliorum Borraginis, .
Cichorii, . .
Capillorum Veneris, . . . } ana manipulum unum & ſemis.
Florum quatuor Cordialium, ...
Roriſmarini, . .
Betonicæ, . . . } ana manipulum ſemis.

Inciſa omnia, vel ſi opus fuerit contuſa macerentur in

Aquæ Hordei, ...
Hydromelytis, ... } ana libris tribus.
Succi Eryſimi, ... unciis ſex.

Decoquantur ad dimidias, & facta colatura in decocto expreſſo diſſolve

Sacchari albi, ... libras tres.

Clarifica, & coque in Syrupum.

Tuſsi antiquæ, raucedini, aliiſque thoracis affectibus opitulatur.

SYRUPUS ABSYNTHII SIMPLEX.

℞. Abſynthii in umbra ſiccati, . . uncias ſex.
Infunde in vaſe fictili vitreato per horas duodecim, cum

Aquæ Abſynthii diſtillatæ, . libris quatuor.

Dein cola, colaturæ adde

Sacchari clarificati, ... libras quatuor.

Coque in Syrupum ſecundum artem.

Ventriculum roborat, jecur ſimul, & alia viſcera.

Doſis á ſemiuncia ad unciam unam.

SYRUPUS MECONII.

℞. Capitum Papaveris albi ſine ſeminibus exſiccatorum, ... uncias ſexdecim.

Contundantur modicè, & in vaſe terreo vitreato injiciantur, ſuperaffundendo

Aquæ communis tepidæ, . . viginti libras.

Infundantur per horas duodecim, coquantur igne lento ad tertiæ partis remanentiam, cola, & exprime, expreſsioni adde

Sacchari albi, ... libras quatuor.

Coquantur in Syrupum ſecundum artem.

Tuſsim ſiccam, & catharralem temperat, ſomnum inducit, dolores lenit, hæmorrhagias ſiſtit, humores tenues incraſſat, & acres dulcorat.

Doſis à drachma una ad drachmas duas, aut ſemiunciam.

Nota: quod hic Syrupus, PRO OMMIBUS SYRUPIS CAPITUM PAPAVERIS ALBI in Medicina inſervit.

SYRUPUS ROSARUM SICCARUM.

℞. Florum Roſarum Rubrarum exſiccatorum, ... uncias octo.

Macerentur per viginti quatuor horas ſuper cineres calidos in

Aquæ communis tepidæ, ... libris ſex.

Poſtea cola, ac levitèr exprime, colaturæ adde

Sacchari optimi clarificati, . . libras quatuor.

Fiat Syrupus ſecundum artem.

Aſtringens eſt, omnibus alvi fluxibus, & hæmorrhagiis prodeſt.

Doſis à ſemiuncia ad unciam unam.

SYRUPUS KINÆ KINÆ.

℞. Corticis Peruviani craſsiuſculè triti, uncias quatuor.
Mitte in vas idoneum, affunde
Spiritus Vini rectificati, quantitatem ſufficientem.
Ut fiat maſſa, maceretur per aliquot horas, dein adde
Vini albi electi, ... libras duas.
Digerantur per biduum in loco calido, vaſe benè obturato, poſtea igne lento una, vel altera ebullitione decoquantur, fiat colatura, & cum
Sacchari in tabellæ conſiſtentiam cocti, ... libris duabus.
Fiat Syrupus ſecundum artem.

Ad febres omnes intermittentes debellandas valet; & vermes interimit.

Doſis à ſemiuncia ad unciam unam.

SYRUPUS CORTICUM CITRI AMARUS.

℞. Flavedinis Corticum Citri, ſeu Limonum, ... libram unam.
Aquæ Corticum Citri odoratæ, . libras duas.
Infundantur per biduum in vaſe optimè clauſo, poſteà levitèr igne lento decoquantur, colentur levi cum expreſsione, colaturæ adde
Sacchari clarificati ad conſiſtentiam tabellarum cocti, ... libras tres.
Fiat Syrupus lege artis, ad uſum ſervandus.

Cor, & ventriculum roborat, cordis palpitationi prodeſt, vitales ſpiritus reficit, & coctionem juvat.

Doſis ab uncia una ad uncias duas.

Simili modo paratur Syrupus

Corticum Aurantiorum.

SYRUPUS CORTICUM CITRI ESSENTIALIS.

℞. Aquæ eſſentialis ſpirituoſæ Corticum Citri, ... libram unam.
Sacchari clarificati ad Electuarii ſolidi conſiſtentiam cocti, ... libras tres.

Fiat Syrupus, ut artis eſt, ad uſum ſervandus.

Ad idem præſtat, ſed efficacitèr roborat.

Doſis eadem.

SYRUPUS CINNAMOMI.

℞. Aquæ Cinnamomi ſtillatæ, . . . libram unam.
Cinnamomi acutiſsimi craſsiuſculè triti, ... unciam unam.

Immitte in matracium, & fiat tinctura ſecundum artem, poſteà filtra, & cum

Sacchari in tabellæ conſiſtentiam cocti, ... libris duabus.

Fiat Syrupus ſecundum artem.

Ad cordis, & totius corporis vires reficiendas, & reſtaurandas valet; ventriculum languidum à frigore roborat, coctionem juvat, appetitumque movet.

Doſis à ſemiuncia ad unciam unam.

Simili modo parantur Syrupi

Florum Aurantiorum cum
Aqua Naphæ.
Caryophyllorum, & ſimilium
Aromaticorum.

SYRUPUS BALSAMI, SEU BALSAMICUS.

℞. Balſami albi, ... , uncias tres.
Aquæ Tuſsilaginis, . . . libram unam & ſemis.

Immittantur ſimul in matracium vitreum, optimè ob-

turatum, & in Balneo Arenæ per horas tres decoquantur, cola, colaturæ adde

Sacchari albiſsimi in pulverem redacti, libras tres.

Fiat Syrupus ſecundum artem.

Anti-Aſthmaticus, & anti-Phthiſicus eſt, ſtomachum roborat, coctionemque juvat.

Doſis à ſemiuncia ad unciam unam.

SYRUPUS KERMES.

℞. Granorum Kermes electorum, . uncias ſex.
Modicè tere, & in
Aquæ communis ferventis, . . libris duabus.

Infunde per duodecim horas in vaſe figulino vitreato, dein igne lento, & vaſe optimè clauſo per horam decoquantur, colentur, ac reſiduum iterùm cum

Aquæ communis, ... libris duabus.

Ut ſupra percoquatur, coletur, & exprimatur, colaturæ adde

Sacchari albiſsimi, ... libras duas.

Clarificentur, & coquantur in Syrupum ſecundum artem.

Aſtringens, & cardiacus eſt; ſpiritus reficit, ſudorem movet; caput, & cor valdè roborat, ac morbillos erumpere facit.

Doſis à ſemiuncia ad unciam unam.

Nota, quòd *hic Syrupus ad confectionem Alkermes* parandam, inſervit.

SYRUPUS ROSARUM, seu RHODOSACCHARUM.

℞. Infuſionis, ſeu Succi Roſarum Rubrarum, libras duas.
Sacchari albi clarificati, . . libras quatuor.

Coquantur in Syrupum ſecundum artem.

Stomachum roborat, flatus diſsipat, & humores crudos concoquit.

Doſis ab uncia una ad uncias duas.

SYRUPUS PÆONIÆ.

℞. Radicis Pæoniæ maris contuſæ, . libram unam.
Aquæ communis, ... libras quatuor.
Bulliant igne lento per ſemihoram, cola, & cum
Sacchari albi, ... libris tribus,
Clarificentur, & in Syrupum coquantur ſecundum artem.

Capitalis, & anti-Epilepticus eſt, in apoplexia, & paralyſi utilis.

Doſis à ſemiuncia ad unciam unam & ſemis.

SYRUPUS DE QUINQUE RADICIBUS.

℞. Radicum Apii, . . . }
Fœniculi, . . }
Petroſelini, . . } ana uncias quatuor.
Ruſci, . . . }
Aſparagi, . . }
Incidantur minutim, & in
Aquæ communis tepidæ, libris quatuordecim.
Coquantur in vaſe terreo vitreato, & igne lento ad remanentiam librarum octo, cola, & exprime, expreſſioni adde
Sacchari albi, ... libras ſex.
Clarificentur, & coquantur in Syrupum ſecundum artem.

Aperiens, & reſerans eſt, ac urinam pellit.

Doſis à ſemiuncia ad uncias duas.

Nota, quòd HIC SYRUPUS, PRO SYRUPO DE DUABUS

Radicibus inſervit, & quando à Medicis cum aceto præſcribitur, tunc additur aceti parum.

SYRUPUS DE MUCAGINIBUS.

℞. Seminis Althææ, ...
Malvarum, ...
Cydoniorum, ...
} ana ſemiunciam.
Gummi Tragacanthi, . . drachmam unam.

Infundantur calidè per ſex horas in libris quatuor decocti foliorum Malvarum, ſeminis Papaveris albi, & granorum Alkekengi, poſteà colentur, ac exprimantur, & cum

Sacchari albi clarificati, . . . libris quatuor.

Fiat Syrupus ſecundum artem.

Urinæ ardorem temperat, & dolores nephriticos demulcet; humores in pectus delabentes dulcorat, & ſputum facilitat.

Doſis à ſemiuncia ad unciam unam.

SYRUPUS JUJUBARUM.

℞. Jujubarum mundatarum, . numero ſexaginta.
Hordei à ſordibus purgati, & loti, unciam unam.
Seminis Papaveris albi, . .
Melonum, , .
Lactucæ, . . .
Capillorum Veneris, . .
} ana drachmas tres.

Omnia injiciantur in vaſe terreo vitreato, quibus ſuperaffunde

Aquæ communis tepidæ, . . . libras octo.

Coquantur per ſemihoram igne lento, addendo in fine

Glycyrrhiſæ raſæ, & contuſæ, . unciam unam.
Florum Violarum, . . . drachmas tres.

Seminis Cydoniorum, . .
Malvarum, . . } ana drachmas duas.
Gummi Tragacanthi, . .

Levi ebullitione facta, cola, colaturæ adde
Sacchari albi, ... libras quatuor.
Cum albumine ovi clarifica, coque in Syrupum ſecundum artem.

Hic Syrupus eaſdem habet vires, quod præcedens.

Doſis eadem eſt.

SYRUPUS ALTHÆÆ.

℞. Radicum Althææ raſarum à meditullio repurgatarum, ... uncias duas.
Graminis, ...
Aſparagi, ...
Capillorum Veneris, . .
Paſſularum enucleatarum, . } ana unciam unam.
Cicerum Rubrorum, . . .
Summitatum Althææ, . .
Malvæ, . .
Parietariæ, } ana manipulum unum.
Pimpinellæ,
Seminum quatuor frigidorum majorum, & minorum, ... ana drachmam unam.

Inciſis, & contuſis, injice in vaſe terreo vitreato, ſuperaffundendo
Aquæ communis tepidæ, . . libras octo.
Coquantur per ſemihoram, addendo in fine
Glycyrrhiſæ raſæ, & contuſæ, unciam unam.
Separentur ab igne, posteà cola, colaturæ adde
Sacchari albi, ... libras ſex.
Fiat Syrupus ſecundum artem.
Ad idem valet quod præcedens.

Doſis eadem eſt.

SYRUPUS GLYCYRRHISÆ.

℞. Radicis Glycyrrhiſæ raſæ, & contuſæ, . . .
Capillorum Veneris, . . . } ana unciam unam.
Hyſſopi ſicci, ... unciam ſemis.
Aquæ fontanæ ferventis, ... libras tres.

Omnia ponantur in vaſe terreo vitreato, & per horas viginti quatuor macerentur, caleſiant, & colentur, colaturæ adde

Sacchari albi, . . . libram unam & ſemis.
Mellis optimi, ... , . . uncias octo.

Clarifica, & in Syrupum craſſum coque, ac in fine adde

Aquæ Roſarum, ... uncias quatuor.

Cola, & ſerva ad uſum.

Thoracem, & pulmonem per anacatharſim expurgat, ideoque diuturnæ tuſsi, & pleuritidi auxiliatur.

Doſis ab uncia una ad uncias duas.

SYRUPUS LACCÆ.

℞. Gummi Laccæ optimi, . . . drachmas quinque.
Ficuum pinguium, ... libram ſemis.
Lentium, ... drachmas tres.
Aquæ communis tepidæ, . . libras quatuor.

Coquantur igne lento per horæ quadrantem, tunc adde

Seminis Aniſi, ... drachmas tres.

Levitèr coque, & ſtatim ab igne ſepara; poſt coletur, colaturæ adde

Sacchari albi, ... libras duas.

Clarificentur, & coquantur in Syrupum ſecundum artem.

In variolis, morbillis, aliiſque ſimilibus infirmitatibus prodeſt.

Doſis à ſemiuncia ad unciam unam.

SYRUPUS ANODINUS SUCCINATUS.

℞. Succini citrini groſsè triturati, ... } ana quantum volueris.
Opii Thebaici in taleolas ſecti, ... }

In ſcutela terrea moderato igne Succinum liqueſcat, ſub finem adde Opium, quod etiam ſimilitèr liquefiat, donec in maſſam abierit nigricantem.

℞. Hujus maſſæ pulveratæ, . . . drachmas tres.
Aquæ fontanæ, ... libras tres.

Coquantur in vaſe figulino vitreato, igne lento, per horæ quadrantem, refrigeratum liquorem per manicam cola, & cum

Sacchari clarificati ad ſpiſsiorem conſiſtentiam cocti, ... libris tribus.

Fiat Syrupus ſecundum artem.

In tuſsim ſiccam ab humoribus acribus, & ſalſis productam confert, dulcorat; ſomnum ſuavem inducit; colicos dolores, ac hyſtericas paſsiones lenit, caputque roborat.

Doſis à ſemiuncia ad unciam unam.

SYRUPUS CORALLIORUM.

℞. Coralliorum Rubrorum præparatorum, ... uncias quatuor.
Succi Granatorum acidorum recentèr expreſsi, ... libras duas.

Digere igne arenæ per dies quatuor in matracium vi-

treum, identidem vas commovendo, tincturam decanta, tunc

℞. Capitum Papaveris albi abjectis ſeminibus, ... uncias duas.
Granorum Kermes, . . . drachmas ſex.
Aquæ fontanæ, , ... libras tres.
Coque ad medias, cola, fortiter exprime, cum colatura, tinctura Coralliorum, &
Sacchari clarificati ad Electuarii ſolidi conſiſtentiam cocti, ... libris ſex.
Fiat Syrupus ſecundum artem.

Cordiales, & aſtringentes vires habet, in fluxu hepatico, ac dyſenterico commendatur, in ventris fluxibus laudatur, & ad abortum præcabendum utilis.

Doſis à ſemiuncia ad unciam unam.

SYRUPUS SARSÆPARILLÆ.

℞. Sarſæparillæ, . . . libram unam & ſemis.
Radicis Chinæ minutim inciſarum, uncias tres.
Aquæ communis tepidæ, . . libras ſexdecim.
Macerentur in vaſe terreo vitreato, loco calido per dies tres, dein ad medias coquantur, colentur, colaturæ adde
Sacchari albi, ... libras ſex.
Clarifica, & coque ad Syrupi conſiſtentiam ſecundum artem.

In maſſa ſanguinea depuranda, tranſpiratione movenda laudatur; in morbis venereis, & ſcabie egregiè conducit.

Doſis ab uncia una ad uncias duas.

Nota, quod hic Syrupus, vulgaritèr DE LOS REMEDIOS vocatur.

SYRUPUS ANTI-RHEUMATICUS.

℞. Radicis Chinæ, ... }
Sarſæparillæ, . . . } ana uncias duas.
Ligni Guajaci, ... }
Viſci Quercini, . . . }
Santali Rubri, . . . } ana unciam unam.
Raſuræ Cornu Cervi, vel }
Eboris, ... }

Ligna, & Radices inciſæ, & contuſæ macerentur vaſe terreo vitreato per horas vigintiquatuor in
Aquæ tepidæ, ... libris duodecim.
Dein coquantur ad dimidias, colentur, & exprimantur, in colatura diſſolve
Sacchari albi, ... libras ſex.
Clarifica, & in Syrupum coque ſecundum artem.
In omnibus affectibus rheumaticis, ut in podagra, arthritide, in lue venerea, ac ſimilibus ab ea præcipuè productis, haud ſine fructu crebrò uſurpatur.

Doſis ab uncia una ad uncias tres.

SYRUPUS CICHORII COMPOSITUS.

℞. Radicis Cichorii, ... uncias quatuor.
Taraxaci, vel dentis }
Leonis, . . . } ana unciam unam & ſemis.
Graminis, . . . }
Foliorum Cichorii ſylveſtris, }
Agrimoniæ, . . . }
Lactucæ, . . . }
Taraxaci, . . . } ana uncias tres.
Fumariæ, . . . }
Lupuli, ... }

Capillorum Veneris, . . }
Ceterach, ſeu Aſplenii, . . } ana uncias duas.
Cuſcutæ, ſive Epithymi, . }
Fructuum Alkekengi, . . }

Omnia præparentur, & in
Aquæ tepidæ, ... libris viginti.
Coque ad medietatem, cola, & in colatura diſſolve
Sacchari albi, ... libras octo.
Clarificentur, & coquantur in Syrupum craſſum ſecundum artem.

Obſtructiones hepatis, ſplenis, & omnium viſcerum aperit: ac ideò in cachexia, ictero, & hydrope utitur.

Doſis ab uncia una ad uncias duas.

SYRUPUS ROSARUM PALLIDARUM, SEU SOLUTIVUS AUREUS.

℞. Florum Roſarum Alexandrinarum recentium, ... libras ſex.
Aquæ communis ferventis, . libras viginti.
Infunde per horas duodecim in vaſe terreo vitreato anguſti oris, cola, & exprime, ac parem (in expreſſo) Florum Roſarum quantitatem adde, infunde ſimiliter, ter id ipſum repete, colaturæ per manicam trajectæ adde
Sacchari albi, ... libras decem.
Clarificentur, & coquantur in Syrupum ſecundum artem.

Tuto, atque feliciter humores craſſos, & viſcidos expurgat.

Doſis ab uncia una ad uncias quatuor.

Nota, quod hic Syrupus, pro Syrupo *Rosarum ex novem infusionibus* inſervit.

SYRUPUS INFUSIONUM ROSARUM RUBRARUM.

℞. Infuſionis Roſarum Rubrarum eodem modo paratæ, ut ſupra, ... libras ſex.
Sacchari albi, . . , ... libras tres.

Clarifica, & coque ſecundum artem ut fiat Syrupus ad debitam conſiſtentiam, qui coletur, & ad uſum reponatur.

Ad viſcera, caput, nempè cor, hepar, ventriculum ac inteſtina roboranda commendatur: bilem temperat, & alvum, ſuaviter educit, proindèque vi ſua aſtringenti ipſas partes roborat.

Doſis ab uncia una ad uncias duas.

Simili modo fiunt Syrupi

Florum Perſicorum,
Violarum,
& ſimilium.

SYRUPUS DE RHAMNO CATHARTICO,

SEU SPINA CERVINA.

℞. Succi è Baccis maturis Rhamni Cathartici recentèr expreſsi, & per ſubſidentiam defœcati, libras tres.
Sacchari albi, ... libras duas.

Coque in Syrupum ſecundum artem.

Vomitivum eſt, & ideo in omnibus infirmitatibus, in quibus vomitum deſideratur, utilis eſt.

Doſis à drachmis duabus ad unciam unam.

SYRUPUS CICHORII CUM RHABARBARO.

℞. Rhabarbari electi minutim ſecti, uncias quatuor.
Salis noſtri Cathartici, . . . unciam unam.

Immittantur in vas terreum vitreatum, quibus ſuperaffunde

Aquæ ferventis, ... libras quatuor.

Digerantur loco calido, vaſe obturato, per horas viginti quatuor, & ebullitione facta, cola, ac exprime, colaturæ adde

Syrupi Cichorii compoſiti, . libras quatuor.

Fiat Syrupus ſecundum artem.

Ad alvum leniter laxandam, in cachexia, affectione hypochondriaca, & aliis infirmitatibus ab obſtructione pendentibus, laudatur.

Doſis à ſemiuncia ad uncias duas.

SYRUPUS CARTHAMI, *seu* COMITIS.

℞. Seminis Carthami, . . .
Radicis Polypodii mundati, & contuſi, ... } ana uncias quatuor.

Infundantur, & macerentur per horas viginti quatuor in

Aquæ ferventis, ... libris duodecim.

Dein coquantur igne lento ad dimidias, colentur, in colatura ferventi infunde

Foliorum Sennæ mundatæ, . uncias quatuor.
Seminis Aniſi, ... ſemiunciam.
Salis noſtri Cathartici, . . . drachmas ſex.

Digerantur per horas duodecim, & poſt levem decoctionem, cola, colaturæ adde

Sacchari albi, ... libras tres.

Clarifica, & coque in Syrupum craſſum ſecundum artem.

Humores omnes expurgat, & communiter uſurpatur in omnibus infirmitatibus, ubi opus eſt expurgatione.

Doſis ab uncia una ad unciam unam & ſemis.

SYRUPUS SARSÆPARILLÆ SOLUTIVUS.

℞. Sarſæparillæ, ... libram unam & ſemis.
Ligni Guajaci, ... } ana uncias octo.
Corticis ejuſdem, . . . }
Polipodii Quercini, . . . libram unam.
Hordei mundati, ... uncias ſex.
Radicis Chinæ minutim ſectæ, . uncias duas.

Quæ omnia contundantur, & in
Aquæ communis ferventis, . libris triginta.

Infundantur per biduum in commodo vaſe benè clauſo, poſteà coquantur per horam integram igne lento, demum coletur, & iterum

℞. Hermodactylorum, ... uncias octo.
Mechoacannæ, . . } ana unciam unam & ſemis.
Jalappæ, . . . }
Ariſtolochiæ rotundæ, } ana unciam unam & ſemis.
Aſſari, ... }
Ivæ Arthiticæ, ... manipulos tres.
Seminis Fumariæ, ... unciam unam.
Paſſularum ſine acinis, . . . uncias octo.
Epithymi, ... uncias duas.
Sennæ mundatæ, ... uncias ſexdecim.
Florum Cordialium, ... pugillos duos.
Salis noſtri Cathartici, ... uncias tres.

Fiat omnium infuſio in
Aquæ tepidæ, ... libris quindecim.

Per horas duodecim in vaſe clauſo, dein coquantur per quadrantem horæ, poſteà coletur cum levi expreſſione, qua, & cum prædicto decocto, &
Sacchari albi, ... libris duodecim.
Mellis optimi, ... libris octo.

Fiat Syrupus ſecundum artem.

In lue venerea adhibetur *ab uncia una ad duas.*

PARS QUARTA.

CAPUT PRIMUM.

DE PULVERIBUS.

PULVIS eſt medicamentum ſiccum contuſione mediante, trituratione, aut lævigatione in particulas minutiſsimas redactum.

Pulveriſatio, ut ritè inſtituatur, obſervari debent ſequentia.

Primò: omnia ſimplicia friabilia, quæ faciliùs in pulverem abeunt, ut Scammonium, Aloe, Reſina Jalappæ, Maſtiche, Olibanum, Gummi Ammoniacum, & ſimilia contundi minimè debent: nam ſola lævigatione in mortario facta, pulveriſantur.

Secundò: Aromata, Herbæ, Floreſque odorati ne diu contundantur, ſed ſuavitèr, in pulverem omnia ſunt redigenda: eorum namque particulæ ſalino-oleoſo-volatiles forti contuſione in fugam ſe arripiunt.

Tertiò: omnia corpora oleoſa, ſcilicet Nux Moſchata, Macis, Semina frigida, & calida, Amygdalæ, ac ſimilia, ſi ſola contundantur, in maſſam pinguem reducuntur, ideòque cum aridioribus, & terreſtrioribus medicamentis, oleoſas videlicet particulas dividentibus, miſceantur, ut facilimè pulveriſentur.

Quartò: omnia ſimplicia ſpongioſa, & paleoſa, veluti Spica Indica; Schœnanthum, Colocynthis, Agaricus, & ſimilia, cum forcipe minutim ſcindi debent, dein cum mucilagine Tragachanti in maſſam, mediante contuſione,

redigantur: poſteà exſiccentur, ut faciliùs in pulverem ſubtiliſsimum convertantur.

Quintò: Ligna varia, & cortices, ſicut Santalorum genera, Guajacum, ejus Cortices, & ſimilia, aqua prius humectentur, deinde, in mortario æneo contundantur, ut aptè, ac ſine deperditione in pulverem ſubtiliſsimum reducantur.

Sextò: omnia Salia acida, Alkalia, vel Volatilia, Præparata Mercurialia, & ſimilia, particulas acres, & corrodentes continentia, in mortario lapideo, aut vitreo cum piſtillo, lævigatione mediante, pulveriſentur.

Septimò: Pulveres Bechici, vel anti-Phthiſici dicti, ut Haly, &c. aſſervari non debent, quia citò fiunt rancidi, & ideò recentes, extemporaneèque parandi ſunt.

DE PULVERIBUS PURGANTIBUS.

PULVIS DE TRIBUS, ſeu CORNACHINUS.

℞. Scammonii Aleppenſis, . . .
Cryſtalli Tartari, ... } ana partes æquales.
Antimonii Diaphoretici, . . .

Fiat omnium pulvis ſubtilis ſecundum artem.

Humores omnes blandè educit; vitia ventriculi, nauſeam, anorexiam corrigit; febribus intermittentibus, paralyſi, apoplexiæ, & ſimilibus affectibus perquàm idoneus eſt.

Doſis à ſcrupulo uno ad drachmam ſemis, uſque ad drachmam unam.

Nota, nos in hoc de Tribus dicto pulvere, minimè de Scammonio Sulphurato recordari, quoniam ſulphuris fumo neutiquam Scammonium optimè præparatur; maximè ſi ſit purum, & electum præparatione haud indiget.

PULVIS CATHOLICUS SOLUTIVUS.

℞. Scammonii Cydoniati, . . . ſemiunciam.
Radicis Mechoacannæ, . . } ana drachmas ſex.
Jalappæ, . . . }
Tartari Vitriolati, ſeu Solubilis, drachmas tres.
Fiat pulvis ſecundum artem.

Efficatior eſt ad omnes ferè humores excrementitios expellendos, bilioſos præſertim, & aquoſos, viſcerum obſtructiones pariter ſolvit.

Doſis à ſcrupulo uno ad ſcrupulos duos.

PULVIS HYDRAGOGUS.

℞. Cremoris Tartari, ... unciam unam.
Mechoacannæ, ... } ana drachmas ſex.
Jalappæ, ... }
Seminis Ebuli, ... ſemiunciam.
Gummi Gamandræ, drachmam unam & ſemis.
Nucis Moſchatæ, ... drachmas duas.
Fiat omnium pulvis.

Hydropi, ac veteri ictero prodeſt.

Doſis à drachma ſemis ad drachmam unam.

PULVIS AD SUPPOSITORIA.

℞. Trochiſcorum Alhandal, . . . unciam unam.
Aloes Soccotrinæ, . . unciam unam & ſemis.
Salis Gemmæ, ... uncias duas.
Fiat pulvis ſecundum artem, ad uſum ſervandus.

DE PULVERIBUS ALTERANTIBUS.

PULVIS AROMATICUS ROSATUS.

℞. Roſarum Rubrarum exungulatarum, ... drachmas quindecim.

Ligni Aloes, ... } ana drachmas tres.
Santali Citrini, ... }
Cinnamomi electi, . . drachmas quinque.
Caryophyllorum, } ana drachmas duas & ſemis.
Macis, . . . }
Nucis Moſchatæ, . . . }
Cardamomi minoris, . } ana drachmam unam.
Radicis Galangæ, . . . }
Spicæ Nardi, ... ſcrupulos duos.

Fiat omnium pulvis ſubtiliſsimus ſecundum artem.

Cerebrum, cor, ventriculum, & alia viſcera efficaciter roborat; alimentorum coctionem juvat, vomitum, & diarrhæam ab humoribus ortam, cohibet; ac appetitum excitat.

Doſis à ſemiſcrupulo, ad ſcrupulos duos, vel drachmam unam.

PULVIS DIAMARGARITI FRIGIDI.

℞. Margaritarum orientalium præparatarum, ... ſemiunciam.
Roſarum Rubrarum exungulatarum, . . . }
Florum Violarum, . . . }
Bugloſsi, ... } ana drachmas tres.
Santali Rubri, . . . }
Citrini, . . . }
Ligni Aloes, ... }
Radicis Tormentillæ, . }
Baccarum Myrti, . . } ana drachmas duas.
Granorum Kermes, . . }
Succini albi præparati, . }
Raſuræ Eboris, . . . }
Cornu Cervi crudi, }
Corallii rubri præparati, . . . drachmas tres.
Foliorum Auri, & Argenti, ana numero triginta.

Fiat Pulvis ſubtiliſsimus ſecundum artem.

Omnia viſcera roborat, vires deperditas reficit, & humorum malignitati reſiſtit.

Doſis à ſemiſcrupulo ad ſcrupulos duos, vel drachmam unam.

PULVIS IMPERIALIS.

℞. Lapidis Bezoar Occidentalis, . . . ſemiunciam.
Margaritarum Orientalium præparatarum, . . . } ana drachmas duas.
Smaragdorum præparatorum, ... }
Succini albi præparati, drachmam unam & ſemis.
Ligni Aloes, ... }
Raſuræ CornuCervi crudi }
Radicis Pæoniæ, . . . }
Nucleorum ſeminis ejus, }
Florum Tiliæ, ... } ana drachmam unam.
Corallii Rubri præparati, }
Pulveris Viperarum, . . }
Ligni Viſci Quercini, . . }
Radicis Filipendulæ, . . }
Foliorum Auri, ... } ana numero triginta.
Argenti, . . . }

Fiat ex arte pulvis ſubtiliſsimus.

Nervos roborat, & ſpiritus reficit, ideo capitis affectibus prodeſt, ut Epilepſiæ, Apoplexiæ, Paralyſi, Vertigini, & ſimilibus; humorum malignitati reſiſtit, ac Cerebri obſtructiones tollit.

Doſis à ſcrupulo uno ad ſcrupulos duos, vel drachmam unam.

PULVIS DE GUTTETA.

℞. Radicis Pæoniæ Maris, . . unciam unam & ſemis.
Contrayervæ, . . . } ana drachmas ſex.
Ligni Viſci Quercini, . . . }

Raſuræ Eboris, . . .
Cornu Cervi, .
Ungulæ Alcis, .
Cranii Hominis inhumati, ana drachmam unam & ſemis.
Corallii Rubri præparati,
Hyacinthorum præparatorum, ...
Lapidis Bezoar occidentalis
Foliorum Auri, . . . numero quinquaginta.

Fiat pulvis ſubtiliſsimus lege artis.

Ad idem valet.

Doſis eadem eſt.

PULVIS EPILEPTICUS.

℞. Radicis Fraxinellæ, . .
Contrayervæ, . .
Serpentariæ Virginianæ, . . .
Pæoniæ maris, . ana drachmas duas.
Seminis ejuſdem, . .
Cornu Cervi crudi, . .
Ungulæ Alcis, . . .
Viſci Quercini, . . .
Radicis Valerianæ ſylveſtris, . unciam unam.
Corallii Rubri præparati.
Cranii Hominis inhumati, ana drachmas tres.
Lapidis Bezoar occidentalis,
Hyacinthorum præparatorum, drachmam unam.

Fiat omnium pulvis ſubtiliſsimus, cui adde
Folia Auri, ... numero quadraginta.

Et ad uſum ſervetur.

Ad idem valet.

Doſis eadem.

PULVIS CÆPHALICUS MICHAELIS.

℞. Cinnabaris nativæ electæ, & præparatæ, uncias tres.
Radicum Pæoniæ, . . , unciam unam & ſemis.
Smaragdi præparati, ... drachmas duas.
Ungulæ Alcis, ...
Cranii Humani, ...
Coralliorum Rubrorum præparatorum, ...
Cornu Cervi ſpargiricè præparati, ... } ana ſcrupulos duos.
Unicornu Marini, . .
Margaritarum, ...
Succini præparatorum, . } ana ſcrupulum unum.
Miſce, fiat pulvis, cui adde
Folia Auri, ... numero ſex.
Laudatur in omnibus capitis affectibus, & nervorum.
Doſis á ſemiſcrupulo ad ſcrupulum unum.

PULVIS HANNOVERIANUS.

℞. Cinnabaris nativæ . . .
Sacchari candi puriſsimi, . } ana drachmas ſex.
Olei Cinnamomi, ... guttas ſex.
Folia Auri, ... numero quatuor.
Miſceantur exactè ſubtiliter trita, & pulvis in uſum ſervetur.
Cerebri, ac nervorum affectibus confert.

Doſis à granis quatuor ad grana viginti.

PULVIS LÆTIFICANS.

℞. Ligni Aloes, vel Santali Citrini,
Zedoariæ,
Croci,
Seminis Ocimi,
Caryophyllorum,
Corticum exteriorum Citrei,
Galangæ,
Macis,
Styracis Calamitæ,
Nucis Moſchatæ, . . . ana drachmas quinque.
Camphoræ, ... drachmam unam.
Raſuræ Cornu Cervi,
Eboris,
Seminis Aniſi,
Margaritarum Orientalium præparatarum, . . . ana drachmas duas.
Foliorum Auri,
Argenti, . . . ana numero ſexaginta.

Fiat pulvis ſecundum artem.

Ad cordis affectus, ejuſque palpitationem, & tremorem confert, intemperiem ventriculi, ac hepatis frigidam, humidamque corrigit, coctionem adjuvat; malum corporis habitum emendat; coloris gratiam conciliat; oris quoque halitum gratum reddit, & vires deperditas inſtaurat.

Doſis à ſemiſcrupulo ad ſcrupulos duos, vel drachmam unam.

PULVIS E CHELIS CANCRORUM, SEU LAPIS DE CONTRAYERVA.

℞. Apicum nigrorum Chelarum Cancrorum, ... uncias tres.

Oculorum Cancrorum fluviatilium, ...	ana unciam unam
Corallii Rubri, ...	
Succini albi præparatorum,	
Cornu Cervi philoſophicè præparati, ...	
Radicis Contrayervæ, . .	ana ſemiunciam.
Margaritarum Orientalium præparatarum, ...	
Lapidis Bezoar Occidentalis,	
Truncorum Viperarum, .	drachmas duas.

Fiat omnium pulvis ſecundum artem.

Alii cum gelatina Cornu Cervi lapides ovales conficiunt, qui poſteà ſiccant, & ad uſum ſervant, ſub nomine Lapidum Contrayervæ, qui ad eoſdem uſus inſerviunt, ut Lapis de Goa (vulgò) DE GASPAR ANTON.

Hic pulvis bezoardicus eſt, ſanguinem puriorem reddit; ſudorem promovet; in variolis, morbillis, & ſimilibus affectibus idoneus valde.

Doſis à ſcrupulo uno ad ſcrupulos duos, vel drachmam unam.

PULVIS CACHECTICUS.

℞. Croci Martis aperientis, . . unciam unam.

Radicis Ari, . . drachmam unam & ſemis.

Succini albi præparati,	ana ſcrupulos quatuor.
Corallii Rubri præparati,	
Cinnamomi acuti, . .	
Margaritarum præparatarum, ...	
Sacchari canti, . .	unciam unam & ſemis.

Fiat omnium pulvis ſubtiliſsimus ſecundum artem.

Ad acidum viſcidum invertendum efficacior eſt; obſtructiones primarum viarum meſenterii, & aliorum viſ-

cerum reſerat, ideòque in cachexia, melancholia, & ſimilibus morbis proficit.

Doſis à ſemidrachma ad drachmam unam & ſemis.

PULVIS DIATRAGACHANTHI FRIGIDI.

℞. Gummi Tragacanthi albiſsimi, unciam unam.
Arabici albi, . . . drachmas quinque.
Glycyrrhiſæ raſæ, . . . drachmam unam.
Seminis Melonum, . . . }
Cucurbitæ, . . . } ana drachmas duas.
Amyli, ... }
Seminis Papaveris albi, drachmam unam & ſemis.
Sacchari Canti, . . . unciam unam & ſemis.

Fiat omnium pulvis ſecundum artem.

Ad tuſsim ſiccam, ab humoribus acribus, & ſalſis productam, confert: ideòque Phthiſicis, ſanguinem ſpuentibus, & faucium aſperitati ſuccurrit.

Doſis à dracbma una ad drachmas duas.

Nota: quòd ſemina frigida, & papaveris albi non ſunt miſcenda, ne rancida fiant, niſi ipſo tempore, quo Medicus hac compoſitione utitur.

PULVIS ANTI-PHTHISICUS, DE HALY DICTUS.

℞. Seminis Papaveris albi, . . . drachmas ſex.
Gummi Arabici albi, . }
Tragacanthi albi, }
Amyli, ... } ana drachmas duas.
Raſuræ Eboris, . . . }
Glycyrrhiſæ raſæ, . . }
Seminis Cydoniorum, . . . } ana unciam ſemis.
Portulacæ, . . . }
Melonum, . . . } ana unciam unam.
Cucurbitæ, . . . }
Sacchari canti, ſeu albi, uncias tres, & drachmas ſex.

Fiat ex arte pulvis.

Ad idem valet ac pulvis præcedens.

Doſis eadem eſt.

Nota, quod hic pulvis, ſemper recens parari debet, nam ſi ſervetur, rancidus cito evadit.

PULVIS RESTRICTIVUS.

℞. Boli Armenæ, ... } ana drachmas duas.
Lapidis Hæmatitis, . . . }
Radicis Biſtortæ, ... }
Roſarum Rubrarum, . . . }
Baccarum Myrti, ... } ana unciam unam.
Balauſtiarum, ... }
Nucum Cupreſsi, ... }
Maſtiches, ... }
Myrrhæ, ... } ana unciam ſemis.
Thuris, ... }
Sanguinis Draconis, . . . }

Fiat pulvis ſecundum artem.

Ad ſanguinis fluxum narium, hæmorrhoidarum, & aliarum corporis partium pro uſu externo, cum ovi albumine permiſtus valet: ſumitur quoque in ventris profluvio, & ſputo cruento.

Doſis à ſcrupulo uno ad drachmam unam.

PULVIS CAPITALIS.

℞. Foliorum Betonicæ, . . . }
Roris Marini, ... }
Majoranæ, ... }
Florum Calendulæ, . . . } ana unciam unam.
Cyani, ... }
Roſarum Rubrarum, . . . }
Pæoniæ, ... }

Radicis Hellebori albi, ...
Cyperi utriuſque, ...
Ireos Florentiæ, ...
Florum Liliorum Convallium,
Lavendulæ, ...
Santali Citrini, ...
} ana ſemiunciam.

Sacchari albiſsimi, ... uncias duas.

Pulveriſata miſceantur pro uſu.

Vires ab ipſa nominis inſcriptione deſumuntur.

Exteriùs tantùm naribus applicatur.

PULVIS DIARRHODON.

℞. Roſarum Rubrarum exungulatarum, drachmas ſex.

Santali Citrini, . . .
Rubri, . . .
} ana drachmam unam & ſemis.

Ligni Aloes, ...
Cinnamomi electi, .
Acori veri, ...
Raſuræ Cornu Cervi,
Eboris,
Croci, ...
Maſtiches, . . .
Cardamomi minoris,
Macis, ...
Seminis Aniſi, . .
Fœniculi, .
Ocimi, . . .
Margaritar. præparatar.
} ana drachmam ſemis.

Fiat pulvis ſubtiliſsimus ſecundum artem.

Caput, & omnia viſcera roborat, frigidum ſtomachum fovet, coctionem juvat, appetitumque excitat, & vomitum cohibet.

Doſis à ſcrupulo uno ad ſcrupulos duos, vel drachmam u nam.

PULVIS TRIUM SANTALORUM.

℞.	Trium Santalorum, . . . Roſarum Rubrarum ab ungulis mundatarum, . . . Glycyrrhiſæ raſæ, . . .	ana ſemiunciam.
	Seminis Endiviæ, . . Portulacæ, . . Melonum mundatorum, . . Gummi Tragacanthi albi, Arabici albi, .	ana drachmam unam.
	Raſuræ Eboris, ...	drachmas duas.

Fiat pulvis ſecundum artem.

In omni ſtomachi, & hepatis incaleſcentia confert, dyſentericis, atque hecticis ſalutaris eſt.

Doſis à drachma ſemis ad ſcrupulos quatuor.

PULVIS PAPÆ BENEDICTI.

℞.	Seminis Coriandri, . . . Aniſi, ... Fœniculi, ... Carvi, ... Seſeleos Maſsiliæ, Radicis Zedoariæ, . . . Glycyrrhiſæ raſæ, Cinnamomi electi, . .	ana unciam ſemis.
	Sacchari albiſsimi, ...	uncias ſex.

Fiat pulvis ſecundum artem.

Ad ſtomachi frigidos affectus valet, coctionem adjuvat, & flatus diſsipat.

Doſis à drachma una ad duas.

PULVIS STOMACHICUS, sive ARI COMPOSITUS.

℞. Radicis Ari, ... uncias duas.
Calami Aromatici Officinarum, unciam unam.
Matris Perlarum præparatarum, unciam ſemis.
Cinnamomi electi, . . . drachmas tres.
Salis Abſynthii, . . } ana ſcrupulos quatuor.
Tartari Vitriolati, }
Sacchari Roſati tabellati, . . uncias quinque.

Fiat ex arte pulvis ad uſum ſervandus.

Stomachum firmat, & coctionem juvat, appetitum promovet, in capitis affectibus, nempè in vertigine, melancholia hypochondriaca, cachexia, febribuſque intermittentibus valdè ſalutaris, obſtructiones deinde aperit, & arenulas pellit.

Doſis à ſcrupulo uno ad drachmam unam.

PULVIS PECTORALIS MICHAELIS.

℞. Radicum Ari præparati, . . uncias quatuor.
Iridis Florentiæ, . . . uncias duas.
Magiſterii Benzoini, . . } ana unciam unam.
Florum Sulphuris, . . . }
Anti-hectici Poterii, . . . uncias duas.
Sacchari albi, ... uncias tres & ſemis.

Miſce, fiat pulvis.

Doſis à drachma ſemis ad ſcrupulos duos.

PULVIS ABSORBENS WEDELII.

℞. Vitrioli Martis, ... drachmas ſex.
Concharum præparatarum, . }
Occulorum Cancrorum, & Coralliorum, ... }
Antimonii Diaphoretici, . . }
Cinnabaris nativæ, ... } ana drachmas decem.

Laudani Opiati, ... drachmam unam.
Olei Caryophyllorum, . . guttas novem.
Miſce, & fiat pulvis.

Eſt abſorbens, ſudoriferus, & anodinus, ſubvenit hypochondriacis, hyſtericis, & palpitationi cordis.

Doſis à granis octo ad grana duodecim.

BEZOARDICUM EX CURVO.

℞. Radicum Contrayervæ, .
Carlinæ, . .
Tormentillæ, .
Dictamni albi, . } ana drachmas duas.

Florum Papaveris Rubri,
Foliorum Cardui Sancti, .
Scordii, . } ana drachmas duas.

Margaritarum præparatarum, ...
Cornu Cervi philoſophicè præparati, . .
Oculorum Cancrorum, præparatorum, . .
Stibii diaphoretici, . .
Lapidum Cananor, . .
Bezoar Occidentalis
Cordialis de Goa, } ana drachmam unam.

Kinæ Kinæ electæ, ... uncias duas.
Folia Auri, ... numero viginti.

Fiat pulvis ſubtiliſsimus ſecundum artem.

Anti-malignum Bezoardicum creditur.

Doſis à ſcrupulis duobus ad drachmam unam.

PULVIS ANTI-PLEURITICUS.

℞. Sanguinis Hirci, ... unciam unam.
Pulveris Viperini, . . .
Mandibulæ Lucii piſcis, .
Raſuræ Eboris, . . .
} ana unciam ſemis.
Dentis Apri, ...
Stibii Diaphoretici, . .
Florum Papaveris Rhœados,
} ana unciam ſemis.

Fiat pulvis ſecundum artem ex omnibus.
Uſus ab inſcriptione indicatur.
Doſis à ſcrupulo uno ad ſcrupulum unum & ſemis.

PULVIS NEPHRITICUS.

℞. Ligni Nephritici veri, .
Radicum Glycyrrhiſæ raſæ,
Nucleorum Perſicorum,
} ana unciam unam.
Seminis Milii ſolis, . .
Saxifragriæ, . .
} ana unciam ſemis.
Apii, . . .
Carvi, . . .
Dauci, . . .
Fœniculi, . .
Geniſtæ, . .
Lappæ majoris,
Leviſtici, . .
Petroſelini, .
Sileris montani,
Urticæ Romanæ,
Radicis Aſſari, . . .
Zingiberis, . .
} ana drachmas duas.
Spicæ Indicæ, .
Ligni Saſſafras, . . .
Schœnanthi, . . .
} ana drachmam unam & ſemis.

Succini, ... } ana drachmam unam
Oculorum Cancri, . . } & ſemis.
Lapidis Prunellæ, . . } ana drachmas duas
Tartari Vitriolati, . . } & ſemis.

Fiat pulvis.

Expellit omnem pituitam, & arenulas ex renibus, & veſica.

Doſis ad drachmam unam.

PULVIS HYSTERICUS.

℞. Radicis Pœoniæ Maris, ... uncias duas.
Succini albi præparati, . . }
Coralliorum Rubrorum præparatorum, ... }
Matris Perlarum præparatæ, } ana unciam unam.
Salis Jovis, ... }
Antophyllorum, ... drachmas ſex.
Croci Orientalis, ... } ana ſemiunciam.
Caſtorei veri, ... }
Olei Succini albi rectificati, . ſcrupulos duos.

Cuncta benè pulveriſata, miſceantur ad uſum.

Inſignis eſt in ſuffocatione uterina, cæteriſque hyſtericis paſsionibus.

Doſis à ſcrupulo uno ad duos, uſque ad drachmam unam.

PULVIS AD HYDROPHOBIAM PRÆCAVENDAM.

℞. Pulveris Cantharidum, . . } ana partes æquales.
Piperis longi, . . }

Miſce, repone ad uſum.

Proficuum eſſe ad Hydrophobiam præcavendam, experientia ſatis nota compertum eſt.

Doſis ratione ætatis conſideranda eſt.

Ex uno anno uſque ad novem GRANA DUO.
Ex novem uſque ad quindecim GRANA QUATUOR.
Ex quindecim uſque ad triginta GRANA SEX propi-

nanda ſunt, ſuperbibendo lac, aquam, aut juſculum magna copia, præſertim LACTIS, ad nimiam ſimplicium calidam vim obeundam.

PULVIS CONTRA ABORTUM.

℞. Radicis Tormentillæ, . . } ana drachmas tres.
Symphyti majoris, . }
Biſtortæ, . . . }
Balauſtiarum, ... } ana drachmas duas.
Granorum Kermes, . . }
Seminis Plantaginis, . } ana drachmam unam.
Berberis, . . }
Raſuræ Eboris, . drachmam unam & ſemis.
Sanguinis Draconis, . . drachmas duas.
Maſtiches, ... drachmam unam.
Terræ ſigillatæ, ... drachmas tres.
Succini albi præparati, } ana drachmam unam & ſemis.
Corallii Rubri præparati, }
Terræ Japonicæ, . . . drachmam unam.
Laudani Opiati, ... ſcrupulum ſemis.

Fiat omnium pulvis ſecundum artem.

Non ſolum ad Abortum præcavendum, ſed etiam ad alvi profluvium, & quamlibet hæmorrhagiam valet.

Doſis à ſcrupulo uno ad drachmam unam.

PULVIS AD CASUM.

℞. Mumiæ, ... } ana drachmas ſex.
Sanguinis Hirci præparati, }
Terræ ſigillatæ, ... }
Rhabarbari, . . . drachmam unam & ſemis.

Fiat pulvis ſubtilis ſecundum artem, cui adde
Spermatis Ceti, ... drachmas tres.

Miſce exactè in mortario lapideo, & ſerva ad uſum.

Præcipitatis ab alto, contuſis, & fractis proficit.

Doſis à drachma ſemis ad drachmam unam.

CAPUT II.

DE ELECTUARIIS, seu CONFECTIONIBUS.

ELectuarium eſt medicamentum internum ex variis ſimplicibus electis compoſitum, aliquando liquidam, aliquando ſolidam conſiſtentiam habens, & dividitur in duas claſſes, in Alterantes videlicet, & Purgantes.

DE CONFECTIONIBUS CORDIALIBUS ALTERANTIBUS.

Electuarium Alterans eſt medicamentum ex pluribus ſimplicibus præparatis, nempè cordialibus, aſtringentibus, diureticis, & aliis concinnatum, ſaccharo, ſive melle confectum.

ELECTUARIUM, seu CONFECTIO ALKERMES.

℞. Margaritarum præparatarum,
Lapidis Lazuli uſti, & præparati, ... } ana drachmas duas.
Ligni Aloes, ...
Cinnamomi acuti, ... } ana drachmas ſex.
Fiat omnium pulvis ſubtiliſsimus, & cum
Syrupi Kermes recenter facti, ad
Mellis liquidi conſiſtentiam cocti, ...
. . . . libra una & ſemis.
Paretur confectio ſecundum artem, miſcendo in fine
Folia Auri, ... numero centum.
Et poſteà ad uſum ſervetur.

Cor, ſtomachum, & cerebrum roborat, ſpiritus refi-

cit; ſanguinem purificat; humorum putredinem arcet, & ad cordis tremorem, ſyncopem, abortumque præcavendum proficuum valdè.

Doſis à drachma una ad drachmas duas.

Nota, quòd in his confectionibus (quas vocant cordiales) Auri panes adduntur, quantumvis ab omnibus pro fruſtraneis, & noſtro calore invincibilibus habeantur; ſed ab uſu non recedentes, nos etiam adjicimus, quia ſi non proficiunt, non officiunt, & ſaltem decoram quandam venuſtatem Pharmaco conciliant.

ELECTUARIUM, ſive CONFECTIO HYACINTHORUM CUM ACIDO.

℞. Hyacinthorum Orientalium præparatorum, ... unciam unam.

Corallii Rubri præparati, . Terræ ſigillatæ, ... Ligni Aloes, vel Santali Citrini, Raſuræ Cornu Cervi, . .	ana ſemiunciam.
Radicis Tormentillæ, . . Dictamni albi, ſeu Fraxinellæ, . . Granorum Kermes, . . Myrrhæ, ... Roſarum Rubrarum exungulatarum, . . . Seminum Citrei, aut Limonum excorticatorum, ... Acetoſæ, . . Portulacæ, . .	ana drachmas duas.

Margaritarum præparatarum, ... } ana drachmam unam.
Croci, ... }
Corticum exteriorum Aurantiorum, . . . } ana ſcrupulos duos.
Citrei ſiccatorum, }

Terantur ſubtiliſsimè, & cum

Syrupi Limonum recentis, libris duabus & ſemis.

Fiat Confectio ſecundum artem, cui adde

Folia Auri, ... numero ſexaginta.

Et ſerva ad uſum.

In affectibus cephalicis, & lypothymiis, mirè ſuccurrit, ſyncopem, ac animi defectus arcet, humorum putredinem corrigit, & præcavet; in febribus acutis, maligniſque à nimia humorum diſſolutione pendentibus, diarrhœa complicatis, idonea valdè.

Doſis à ſcrupulis duobus ad drachmas duas.

Nota, quod alia Hyacinthorum ſine acido fit Confectio, ſcilicèt cum Syrupo Florum Tunicæ, ſervata ſupra deſcripta methodo, hanc Medici in febribus malignis à liquidorum coagulatione ortis, præſcribunt, ideòque reponitur in Officinis.

Doſis eadem eſt.

ELECTUARIUM, sive *CONFECTIO GENTILIS* Cordialis.

℞. Margaritarum præparatarum, ... }
Lapidum Hyacinthorum, }
Rubinorum præparatorum, } ana drachmam unam.
Raſuræ Cornu Cervi, . . }
Ligni Aloes, ... }

Cinnamomi, . . .
Macis, ...
Croci, ...
Caryophyllorum, . .
Seminis Ocimi, . .
Portulacæ, .
Endiviæ, . . — ana drachmam unam.
Corticum exteriorum Citrei, . . .
Florum Borraginis, .
Buglоſsi, . .
Santali Rubri, . .

Omnia ſubtiliſsimè pulveriſentur, & cum
Syrupi Florum Borraginis recentis, ... unciis ſexdecim.

Fiat Confectio ſecundum artem, cui adde
Folia Auri, . . .
Argenti, . . — ana numero ſexaginta.

Miſce optimè, & ſerva ad uſum.

Efficaciſsima eſt contra quaſcumque cordis affectiones, exhilarat, atque roborat.

Doſis à drachma una ad drachmas duas.

ELECTUARIUM, SEU THERIACA SMARAGDORUM.

℞. Smaragdorum præparatorum,
Ligni Viſci Quercini, . . — ana drachmas tres
Hyacinthorum præparatorum, ...
Croci, ...
Raſuræ Eboris, . . . — ana drachmas duas.
Radicis Pœoniæ Maris, .
Seminis ejuſdem excorticati, ... — ana unciam unam.
Cinnamomi optimi, ... uncias duas.

Seminis Citrei mundati, . } ana unciam unam
Dictamni Cretici, . . . } & ſemis.
Seminis Acetoſæ, . . . }
Corallii Rubri præparati, . } ana drachmas ſex.
Granorum Kermes, . . . }
Radicis Galangæ, ... unciam ſemis.

Omnia ſubtiliſsimè terantur, & cum
Syrupi ex ſucco Limonum cum melle facti, ... libris tribus.

Fiat Electuarium ſecundum artem.

Cor, ſtomachum, & cerebrum roborat, adverſus nervorum, & capitis affectus convulſivos egregiè præſtat.

Doſis à drachma una ad drachmas duas.

DE ELECTUARIIS, SEU CONFECTIONIBUS OPIATIS.

Opiata ſunt Confectiones, ſive Electuaria Alterantia in quibus ingreditur Opium.

THERIACA MAGNA COLLEGII REGALIS

PHARMACOPOLARUM MATRITENSIS.

℞. Trochiſcorum Scylliticorum, ... libras quadraginta & octo.
Viperinorum, }
Hedychroi, } ana libras viginti quatuor.
Piperis longi, . . }
Opii Thebaici, . . }
Roſarum Rubrarum exungulatarum, ... }
Iridis Florentiæ, . . . }
Succi Glycyrrhiſæ, . } ana libras duodecim
Seminis Buniadis, . . }
Scordii, ... }

Opobalſami veri,	ana libras duodecim,
Cinnamomi,	
Agarici,	

Myrrhæ,	ana libras ſex.
Coſti,	
Croci,	
Caſsiæ ligneæ,	
Nardi Indicæ,	
Schœnanthos,	
Thuris maſculi,	
Piperis albi,	
nigri,	
Dictamni Cretici,	
Praſsii albi,	
Rhapontici,	
Stœchados Arabicæ,	
Petroſelini Macedonici,	
Calaminthes Montanæ,	
Terebinthinæ Chiæ,	
Zinziberis,	
Pentaphylli,	

Polii montani,	ana libras quatuor.
Chamæpityos,	
Styracis Calamitæ,	
Meu Athamantici,	
Amomi racemoſi,	
Acori veri,	
Nardi Celticæ,	
Terræ Lemniæ,	
Valerianæ Majoris,	
Chamædryos,	
Malabathri,	
Chalcithidis,	
Gentianæ,	

Aniſi, Fœniculi, Hypocyſtidis, Carpobalſami, Gummi Arabici, Cardamomi minoris, Seſeleos Maſsilienſis, Acaciæ, Thlaſpeos, Hyperici, Ammeos, Sagapeni,	ana libras quatuor.
Ariſtolochiæ tenuis, Dauci Cretici, Bituminis Judaici, Opoponacis, Galbani, Centaurii minoris, Caſtorei,	ana libras duas.

Mellis præſtantiſsimi triplum.

Vini optimi, . . quantitatem ſufficientem.

Conficiatur ſolemni ritu *Mantuæ Carpetanorum*, in communibus Opificii *Pharmacopolarum Ædibus*, coram *Regali Collegio* legitimè congregato. Privatim *Theriacam* componere nemini jus eſto.

Theriacæ vires.

Ventriculi imbecillitati prodeſt, corruptioni humorum ac malignitati reſiſtit, peſtilentiales halitus emendat, dolores ſedat, vermes necat, flatus diſcutit, vomitum, & alvi fluxum compeſcit, venenatis Animalium morſibus efficacitèr ſuccurrit, multiſque aliis morbis prudentèr adhibita ſummo eſt auxilio.

Doſis à ſcrupulo uno ad drachmam unam.

DIASCORDIUM.

℞. Foliorum Scordii, ...
Roſarum Rubrarum exungulatarum, ... } ana drachmas ſex.
Boli Armenæ Orientalis, . . . unciam unam.
Styracis Calamitæ, . . .
Dictamni Cretici, . . .
Radicis Tormentillæ, . .
Biſtortæ, . . .
Gentianæ, . . .
Galbani puri, ...
Succini præparati, . . } ana drachmas duas.
Cinnamomi acuti, ... unciam ſemis.
Opii, ...
Piperis ongi, ...
Zingiberis, ...
Seminis Oxalidis, . . } ana drachmam unam.

Omnia ſubtiliſsimè terantur, & cum
Mellis Roſati ſpiſsioris conſiſtentiæ, ... unciis viginti quatuor.

Fiat ex arte Electuarium.

In febribus malignis diarrhœa ſtipatis optimum eſt, acres humores demulcet, colicos dolores mitigat, & ſomnum conciliat.

Doſis à ſcrupulo uno ad drachmam unam.

PHILONIUM MAGNUM, SEU ROMANUM.

℞. Seminis Hyoſciami, . .
Papaveris albi, . } ana drachmas decem.
Opii, ... drachmas quinque.
Cinnamomi acuti, ... drachmas ſex.
Seminis Apii, ...
Petroſelini Macedonici, . . } ana drachmas duas.

Fœniculi, ... } ana drachmas duas.
Dauci Cretici, . . .
Coſti, ...
Myrrhæ, ...
Caſtorei, ...

Croci, ... } ana ſcrupulos duos.
Pyrethri, ...
Nardi Indicæ, ...

Fiat omnium pulvis ſubtiliſsimus, & cum
Mellis optimi deſpumati, . libris duabus.
Paretur Electuarium ſecundum artem.

Colicos dolores placat, flatus diſsipat, vomitumque cohibet; & ſomnum blandè conciliat.

Doſis à ſcrupulo uno ad duos, in enematibus à drachma una ad drachmas tres.

MITHRIDATIUM.

℞. Myrrhæ optimæ, . . . } ana drachmas quinque.
Olibani, ſeu Thuris maſculi, ...
Croci, ...
Agarici albi, & levis,
Zingiberis, ...
Cinnamomi acuti, .
Nardi Indicæ, . . .
Seminis Thlaſpeos, .

Seſeleos Maſsiliæ, . } ana ſemiunciam.
Opobalſami, in ejus defectu,
Balſami albi, ...
Florum Schœnanthi, . . .
Stœchados, ...
Coſti, ...
Galbani puri, ...
Terebinthinæ Chiæ, . . .

Piperis longi, ... Caſtorei, ... Succi Hypocyſtidis, . . Styracis Calamitæ, . . Opoponacis, ... Folii Indici, ... Caſsiæ ligneæ, ...	ana unciam ſemis.
Polii montani, . . Piperis albi, ... Foliorum Scordii, . . Seminis Dauci Cretici, ... Carpobalſami, . . Trochiſcorum Cypheos, ...	ana drachmas tres & ſemis.
Nardi Celticæ, ... Gummi Arabici albi, . Seminis Petroſelini Macedonici, . Fœniculi, . . . Cardamomi minoris, . Opii, ... Roſarum Rubrarum exungulatarum, ... Dictamni Cretici, . . . Radicis Gentianæ, . . .	ana drachmas duas & ſemis.
Acori veri, . Ari, ... Phu, ... Seminis Aniſi, . . . Sagapeni, ...	ana drachmam unam & ſemis.

Meu Athamantici, . }
Acaciæ veræ, . . } ana drachmam unam, &
Ventris Scinci, . . } grana decem & octo.
Seminis Hyperici, . . }

Quæ diſſolvenda, in vino optimè diſſolvantur, & quæ terenda, ſubtiliſsimè terantur, & cum

Mellis optimi deſpumati, libris ſex, & unciis quatuor.

Fiat Electuarium ſecundum artem.

Ad peſtem, & frigidos omnes affectus valet; in variolis, morbillis, febribus malignis, & ſcorbuto confert: humorum malignitati reſiſtit, ac in Viperarum morſu, aliorumque animalium venenoſorum perutile habetur.

Doſis à drachma una ad drachmas duas.

ELECTUARIUM ORVIETANUM.

℞. Radicum Vincetoxici, . . }
Zedoariæ, . . . }
Carlinæ, . . . }
Angelicæ, . . . }
Dictamni albi, . } ana unciam unam & ſemis.
Contrayervæ, . . }
Enulæ Campanæ, }
Viperinæ Virginianæ, , . . }

Foliorum Dictamni Cretici, . }
Scordii, ... } ana uncias duas.
Rutæ, ... }

Galbani puri, ... drachmas ſex.
Croci, ... drachmas ſeptem.
Cinnamomi, ... }
Caryophyllorum, . . } ana drachmas duas.
Extracti Opii, ... drachmas tres.
Terræ ſigillatæ, . . , . }
Myrrhæ, ... } ana unciam ſemis.

Truncorum Viperarum, . . . unciam unam.

Omnia ſubtiliſsimè terantur, & cum

Extracti Juniperi ad mellis conſiſtentiam redacti, ... libris ſex.

Vini optimi, ... ſufficienti quantitate.

Fiat Electuarium, quod in vaſe clauſo, per aliquot menſes pone ad fermentandum, poſteà adde

Olei ſtillati Succini, . . }
Corticum Citri, . . } ana ſcrupulos duos.

Salis volatilis Viperarum in pauco vino ſoluti, ... drachmas tres & ſemis.

Et omnia exactè permiſta, ſerventur ad uſum.

Cardiacum, cephalicum, & ſtomachicum eſt; adverſus venena, peſtem, variolas, morbillos, omneſque epidemicos morbos valet, admodum quoque conducit in affectibus frigidis cerebri & ventriculi.

Doſis à drachma ſemis ad drachmas duas.

ELECTUARIUM, SEU THERIACA DIATESSARON.

℞. Radicum Gentianæ, . . }
Ariſtolochiæ rotundæ, ... }
Myrrhæ optimæ, . . . } ana uncias quatuor.
Baccarum Lauri, . . . }

Fiat omnium pulvis ſubtiliſsimus, & cum

Mellis deſpumati, & }
Extracti Baccarum Juniperi, . . . } ana libris duabus & ſemis.

Paretur Electuarium ſecundum artem.

In Epilepſia, Paralyſi, Spaſmo, Hydrope, Cachexia, & in frigidis quoque affectibus confert.

Doſis à ſcrupulis duobus ad ſcrupulos quatuor.

THERIACA COELESTIS.

℞. Extracti Opii, ... drachmas tres.
Croci optimi, ... drachmam ſemis.
Styracis Calamitæ, . drachmam unam & ſemis.
Myrrhæ electæ, ... drachmas duas.
Galbani puri, ...
Maſtiches, ... } ana ſcrupulum unum.
Opoponacis, ...
Caſtorei, ... ſcrupulum ſemis.
Extractorum Cardui Benedicti, . .
Centaurii minoris, . .
Tormentillæ,
Contrayervæ,
Carlinæ, . } ana drachmas duas.
Vicentoxici,
Valerianæ majoris, . .
Gentianæ, .
Ariſtolochiæ rotundæ, } ana drachmam unam & ſemis.
Zedoariæ, . . . drachmas duas.
Reſinæ, ſeu Gummi Guajaci, drachmam ſemis.
Camphoræ, ... ſcrupulum ſemis.
Oleorum ſtillatorum Cinnamomi,
Caryophyllorum, . . .
Baccarum Juniperi, .
Corticum Citri, } ana guttas decem.
Balſami Peruviani liquidi, .
Olei expreſsi Nucis moſchatæ, } ana drachmam unam & ſemis.

Cinnabaris nativæ lævigatæ, } ana drachmas duas.
Pulveris Viperarum, . . .
Succini albi præparati, . .
Bezoardici Mineralis, . .
Salis volatilis Succini, . . . drachmam unam.

Extracta, Camphora, & Nucis moſchatæ oleum cum ſufficienti Elixirii vitæ quantitate diſſolvantur, ut mediocris conſiſtentiæ paretur maſſa, cui immiſceantur pulveres ſimplicium pulverabilium, addendo in fine Balſamum, Olea diſtillata, & Succini ſal volatile; omniaque exactiſsimè permiſta, ad uſum ſerventur.

Magnarum virium cenſetur, ideòque *THERIACA* vocatur *COELESTIS*, & à Practicis in omnibus ferè affectibus uſurpatur.

Doſis à granis duobus ad grana tria, vel quatuor.

ELECTUARIUM BACCARUM LAURI.

℞. Baccarum Lauri, . . } ana drachmas quinque.
Foliorum Rutæ, . .

Sagapeni, ... } ana drachmas duas.
Opoponacis, ...

Seminis Ammeos, . } ana drachmam unam.
Cumini, . .
Nigellæ, . .
Liguſtici, . .
Dauci Cretici,
Origani, ...
Acori veri, . . .
Amygdalarum Amararum, . . .
Piperis longi, . . .
nigri, . . .
Caſtorei, ...
Menthaſtri, . . .

Omnia ſubtiliſsimè terantur, & cum
Mellis deſpumati, ... libra una.
Fiat ex arte Electuarium.

Ad colicam, & illiacam paſsionem proficit, ac inſuper in fœminis, affectibus hyſtericis vexatis confert, itemque ad dolores inteſtinorum ſedandos efficaciſsimum eſt.

Doſis à ſcrupulo uno ad drachmam unam, vel ad duas.

Frequentiùs in clyſteribus præſcribitur
A ſemiuncia ad unciam unam.

CAPUT III.

DE ELECTUARIIS, SEU CONFECTIONIBUS PURGANTIBUS.

Electuarium Purgans eſt Medicamentum ex ſimplicibus Catharticis præparatis, & aliis concinnatum, in eundem finem conſpirantibus, ſaccharo, ſive melle confectum.

CONFECTIO, SEU ELECTUARIUM CATHOLICUM, VEL DIACATHOLICUM COMPOSITUM.

℞. Radicis Polipodii Quercini mundati, & contuſi, ... uncias ſex.
Aquæ communis tepidæ, . . . libras decem.
Coquantur igne levi per ſeſquihoram, poſteà decoctum coletur, colaturæ adde
Sacchari albi, ... libras quatuor.
Fiat Syrupus craſsioris conſiſtentiæ, ſecundum artem.

Removeatur ab igne, ac in vaſe idoneo poſitus, diſſolvantur

Pulpæ Caſsiæ Fiſtulæ, . . }
Tamarindorum, . . . } ana unciæ quatuor.

Deinde adjiciantur hæc ſimplicia in pulverem ſubtilem redacta, nempè

Rhabarbari optimi, ... }
Florum Violarum, . . . }
Seminis Aniſi mundati, . . } ana uncias duas.
Polypodii Quercini, . . . }
Foliorum Sennæ mundatorum, uncias quatuor.

Miſce optimè, & fiat Electuarium ad uſum ſervandum.

Alvum emollit, & ſuavitèr expurgat humores; ad ventrem lenitèr ſubducendum confert.

Doſis à drachmis duabus ad ſemiunciam, uſque ad drachmas ſex.

CONFECTIO, SIVE ELECTUARIUM CATHOLICUM COMMUNE PRO CLYSTERIBUS.

℞. Polypodii Quercini mundati, & contuſi, uncias ſex.
Aquæ tepidæ, ... libras decem.

Bulliant igne lento per horam, poſteà adde

Foliorum Malvarum, . }
Violarum, . } ana manipulum unum.

Coquantur per ſemihoram, dein decoctum coletur, in colatura diſſolve

Mellis optimi, . . , . . libras novem.

Fiat Syrupus craſsior, in quo diluantur

Pulpæ Caſsiæ Fiſtulæ, ... unciæ ſex.
Prunorum, ... libra una & ſemis.

Poſtremò pulveres ſequentes addantur:

Foliorum Sennæ, ... uncias octo.

Florum Violarum, . . . uncias quatuor.
Seminis Aniſi mundati, . . . uncias duas.

Miſce optimè ut fiat Confectio ſecundum artem.

Ventrem expurgat, atque emollit, in Clyſteribus admota.

Doſis ab uncia ſemis ad unciam unam.

CONFECTIO BENEDICTA LAXATIVA.

℞. Radicis Jalappæ, . .
Scammonii, . . .
Corticis Eſulæ præparatæ, . . .
Hermodactylorum, .
Roſarum Rubrarum, } ana drachmas decem.

Spicæ Nardi, ...
Zingiberis, ...
Croci, ...
Saxifragæ, ...
Seminis Petroſelini, . .
Cardamomi minoris, .
Apii, . .
Carvi, . .
Fœniculi, .
Aſparagi, .
Bruſci, . .
Milii Solis, .
Piperis longi, .
Galangæ, ...
Macis, ...
Agarici, ...
Salis Gemmæ, . . . } ana drachmas duas

Omnia ſubtiliter terantur, & cum
Mellis deſpumati, libris tribus, & unciis duabus.

Fiat ex arte Confectio.

Humores ſeroſos, pituitoſoſque expurgat, obſtructiones aperit, menſtrua movet, lithontriptica eſt, & flatus diſſipat.

Doſis à drachmis tribus ad drachmas ſex, vel unciam unam.

In Clyſteribus communitèr uſurpatur.

ELECTUARIUM, SEU CONFECTIO HIERÆ MAGNÆ.

℞. Cinnamomi acuti, Colocynthidos, Radicis Jalappæ, . . . ana uncias duas.
Spicæ Celticæ, Croci, Schœnanthi, Aſari, Santali Citrini, Cubebarum, Florum Violarum, Roſarum Rubrarum, Abſynthii, Epithymi, Agarici, . . . ana unciam unam.
Aloes Hepaticæ, . . . uncias octo.

Fiat omnium pulvis ſubtilis, & cum
Mellis deſpumati, . . . libris decem.

Confice Electuarium ſecundum artem.

Omnes evacuat humores, & ad multos capitis, oculorumque morbos proficuum valde.

Doſis ab uncia ſemis ad unciam unam in Clyſteribus.

ELECTUARIUM, SEU CONFECTIO HIERÆ LOGADII.

℞. Colocynthidos, Agarici, Gummi Ammoniaci, . . . ana drachmas decem.

Thymi, ...	ana drachmas decem.
Scammonii, . . .	
Pulpæ Scyllæ, . . .	
Hellebori nigri, . .	ana drachmas quinque.
Hyperici, ...	
Epithymi, ...	ana unciam ſemis.
Bdellii, ...	
Polypodii, ...	
Aloes, ...	
Chamædryos, ...	
Marrubii, ...	
Cinnamomi acuti, ...	drachmas ſex.
Piperis Nigri, . . .	ana drachmas duas.
Albi, . . .	
Longi, . . .	
Croci, ...	
Opoponacis, . . .	
Sagapeni, ...	
Caſtorei, ...	
Seminis Petroſelini, .	
Radicis Ariſtolochiæ longæ, ...	

Omnia pulverabilia ſubtiliter terantur, & cum Mellis deſpumati, libris quatuor, & unciis octo. Fiat Electuarium ſecundnm artem.

In Lethargicis, Epilepticis, Vertiginoſis, & Convulſivis affectibus confert.

Doſis à ſemiuncia ad drachmas ſex in Clyſteribus.

HIERA PICRA SIMPLEX GALENI.

℞.

Cinnamomi, ...	ana drachmas ſex.
Macis, ...	
Radicis Aſari, ...	
Croci, ...	

Maſtiches, ... drachmas ſex.
Aloes Soccotrinæ, . . . uncias duodecim.
Mellis optimi deſpumati, . . . libras tres.

Fiat Electuarium ſecundum artem.

In ventriculi cruditatibus, indeque ortis chronicis affectibus opem præſtat. Hac noſtra ætate locum habet potiſsimum in Clyſteribus.

Doſis à drachmis duabus ad ſemi unciam.

ELECTUARIUM HAMECH MAJUS.

℞. Myrobalanorum Citrinarum, . uncias octo.

Chebularum,	ana uncias quatuor.
Indarum, .	
Rhabarbari, ...	
Agarici, ...	
Colocynthidos, . . .	
Polypodii, ...	

Abſynthii, ...	ana unciam unam, & ſemis.
Thymi, ...	
Sennæ, ...	
Florum Violarum, . . .	
Epithymi, ...	
Aniſi, ...	
Fœniculi, ...	
Roſarum Rubrarum, . .	

Prunorum ſiccorum enucleatorum, &, .	ana libram unam.
Paſſularum mundatarum,	

Omnia inciſa, & contuſa ponantur in vaſe circulatorio cum

Seri Lactis Caprini ferventis, . libris octo.
Succi Fumariæ, ... libris duabus.

Et per dies quinque in infuſione permaneant, poſteà leviter ebulliant, colentur, & exprimantur: in colatura diſſolve.

Sacchari albi, ... libras tres.
Mannæ electæ, ... uncias quatuor.

Coquantur in Syrupum craſſum ſecundum artem, & in eo ab igne ſemoto diluantur

Pulpæ Caſsiæ fiſtulæ, . . . unciæ octo.
Tamarindorum, . . . unciæ decem.

Poſtremò addantur ſequentia in pulverem ſubtilem redacta, videlicèt

Myrobalanorum Citrinarum, Chebularum, Indarum, . ana unciam unam.
Bellericarum, Emblicarum, Rhabarbari, ... Seminis Fumariæ, . . . ana drachmas ſex.
Scamonii, ... uncias tres.
Seminis Aniſi, ... Spicæ Nardi, ... ana ſemiunciam.

Miſceantur optimè ut fiat Electuarium ſecundum artem.

Humores validè expurgat, maximè ſeroſos, lentos, & craſſos, ſicut in affectibus Venereis, Scorbuticis, ac ſimilibus.

Doſis à drachmis duabus ad ſemiunciam, vel drachmas ſex.

Hoc præſcriptum Electuarium ſine Scammonio, & Colocynthide *Hamech simplex* in Officinis vocatur.

ELECTUARIUM DIAPHOENICUM.

℞. Pulpæ Dactylorum, ... ſemi libram.
Pulveris ſubtilis Radicis Jalappæ, uncias duas.
Zingiberis, ... Santali Citrini, . . . Piperis albi, ... ana ſcrupulos quatuor.

Macis, ...	ana ſcrupulos quatuor.
Galangæ, ...	
Cinnamomi, . . .	
Foliorum Rutæ, . .	
Seminis Fœniculi, .	
Aniſi, . . .	
Dauci Cretici, .	
Diacrydii, ...	drachmas ſex.
Mellis deſpumati, . .	libram unam & ſemis.

Fiat Electuarium ſecundum artem.

Humores pituitoſos expurgat; in ſtomachi dolore, à copia humorum excitato convenit; hydropicorum aquas educit, & menſtrua movet.

Doſis á drachmis duabus ad drachmas ſex.

CAPUT IV.

DE ELECTUARIIS SOLIDIS, SEU *TABELLIS.*

ELectuarium Solidum, ſeu Tabellæ duobus in Officinis præparantur modis, videlicèt, cum igne, & ſine igne, cum igne Saccharum docoquitur ad ſolidam conſiſtentiam, tunc extra ignem pulveres miſcentur, & in tabulam marmoream, Oleo Amygdalarum inunctam effunditur, & fiunt Tabellæ diverſæ magnitudinis, & figuræ.

Sine igne, cum Saccharo albiſsimo ſubtilitèr pulverato, & aliis ſimplicibus idoneis in pulverem redactis, benèque permiſtis, cum Glutine Tragacanthi fit maſſa, ex aqua Paſtillæ, ſive Rotulæ parantur, & in umbra ſiccantur.

TABELLÆ DE ALTHÆA.

℞. Pulpæ Radicum Althææ, . . . libram unam.
Sacchari albi, ... libras duas.
Aquæ ſimplicis, ... uncias ſex.

Clarifica, & coque ad Electuarii ſolidi conſiſtentiam, miſceatur pulpa, & fiant Tabellæ ſecundum artem.

Ad demulcendum in Catarrhibus tenuibus, & acribus proficiunt.

Doſis ab uncia ſemis ad unciam unam.

TABELLÆ EX SUCCO FLORUM VIOLARUM.

℞. Succi Florum Violarum, . . . uncias ſex.
Sacchari albiſsimi pulverati, libras duas & ſemis.

Coquantur igne lento ad Electuarii ſolidi conſiſtentiam, & fiant Tabellæ ſecundum artem.

Fauces, & pectus leniunt; gutturis aſperitati medentur.

Doſis à ſemiuncia ad unciam unam.

TABELLÆ ROSARUM, SEU SACCHARUM ROSATUM TABULATUM.

℞. Roſarum Rubrarum demptis unguibus, drachmas ſex.
Aquæ Roſarum odoratiſsimæ, . uncias ſex.

Fiat infuſio, & levis ebullitio ſecundum artem, poſteà coletur, atque exprimatur, colaturæ adde

Succi Roſarum Rubrarum, . . uncias tres.
Sacchari albi pulveriſati, libram unam & ſemis.

Formentur Tabellæ lege artis, addendo extra ignem Coccinelæ pulveratæ ſemidrachmam.

Nota, Coccinelam addimus, non tantùm ratione virtutis, quantùm ratione decoris.

Pectorales ſunt, in tuſsi, & thoracis affectibus proſunt.

TABELLÆ MANNÆ, SEU MANNA TABULATA.

℞. Mannæ electæ, ... uncias tres.
Aquæ Tuſsilaginis, ... uncias ſex.
Diſſolvatur Manna, coletur, & cum
Sacchari albiſsimi in pulverem, ... libra una & ſemis.
Fiant Tabellæ ſecundum artem ad uſum ſervandæ.

Ad idem valent, & phlegma craſſum, viſcidumque per anacatharſim movent.

Doſis Tabellarum Pectoralium eſt drachma una, quæ ore excepta, ſalivaque ſoluta in pectus ſenſim delabitur.

TABELLÆ MANUS CHRISTI, SEU PERLATÆ.

℞. Sacchari albiſsimi pulverati, . libram unam.
Margaritarum Orientalium præparatarum, ... unciam ſemis.

Miſce, & cum ſufficienti quantitate mucaginis Gummi Tragacanthi aqua Roſarum extractæ, fiat maſſa, ex qua formentur Tabellæ ſecundum artem.

Abſorbentes, & fortificantes ſunt.

Doſis à drachma una ad unciam ſemis.

TABELLÆ MECHOACANNÆ.

℞. Pulveris Mechoacannæ, ... uncias tres.
Jalappæ, ... unciam unam.
Sacchari albi in pulverem ſubtilem redacti, ... libras duas.

Miſceantur exactè, & cum glutine Tragacanthi fiat maſſa, de qua formentur Tabellæ ſecundum artem.

Ad humores biliosos, & ſeroſos expurgandos uſurpantur.

Doſis à ſemiuncia ad unciam unam.

CAPUT V.

DE PILULIS.

Pilula, id eſt, quaſi parva pila, eſt medicamentum forma ſolidum, compoſitum ex variis pulveribus, & aliis rebus, quod excipitur liquore aliquo glutinoſo, ut Syrupo, Melle, &c. ut in maſſam aptiùs cohæreant.

PILULÆ PURGANTES.

PILULÆ COCHIÆ.

℞. Aloes Soccotrinæ, ſeu Hepaticæ, uncias duas.
Trochiſcorum Alhandal, drachmas ſex & ſemis.
Scammonii Alepenſis, . . . unciam ſemis.
Radicis Jalappæ, . . . } ana drachmas decem.
Salis Cathartici noſtri, . } ana drachmas decem.

Subtiliſsimè pulverentur, & cum Syrupo Stœchados fiat maſſa, de qua formentur Rotulæ, quæ in umbra ſiccentur, & ad uſum reponantur.

Ad pituitam evacuandam commendantur, præſertim in capitis affectibus, & nervorum.

Doſis à ſemiſcrupulo ad ſcrupulos duos.

PILULÆ TARTAREÆ BONTII.

℞. Aloes Soccotrinæ, ... drachmas ſex.
Gummi Ammoniaci, . . . drachmas tres.
Tartari Vitriolati, . . . drachmam unam.

Miſceantur, & cum melle colato fiat maſſa ſecundum artem ut ſuprà.

Saburram tartaream educere, ac lienem, & uterum ab obſtructionibus liberare prædicantur.

Doſis à ſcrupulo uno ad drachmam unam.

PILULÆ DE SUCCINO CRATONIS.

℞. Succini præparati, . . . } ana drachmas duas.
Maſtiches, ... }
Aloes Soccotrinæ, . . . drachmas quinque.
Agarici, . . . drachmam unam & ſemis.
Ariſtolochiæ, ... drachmam ſemis.

Pulveriſentur ſubtilitèr, & cum Syrupo Betonicæ fiat maſſa ſecundum artem.

In morbis capitis, & affectibus catarrhalibus commendantur.

Doſis à ſcrupulo uno ad drachmam unam.

PILULÆ DE AMMONIACO.

℞. Aloes Roſatæ, ſeu Violatæ, . uncias quatuor.
Gummi Ammoniaci puri, . . drachmas ſex.
Myrrhæ electæ, ... unciam ſemis.
Maſtiches, ... } ana drachmas duas.
Pulveris trium Santalorum, }
Croci, ... ſcrupulos duos.
Tartari ſolubilis, . . . } ana drachmam unam.
Salis Abſynthii, . . . }

Terantur ſubtilitèr, & cum Syrupo Stœchados fiat maſſa ſecundum artem.

In affectibus hypochondriacis, uteri obſtructionibus, aſthmate, atque tuſsi, cachexia, febribus inveteratis conveniunt.

Doſis à ſcrupulo uno ad drachmam unam.

PILULÆ POLYCHRESTÆ.

℞. Extracti, ſeu Aloes Roſatæ, vel Violatæ, ... drachmas ſex.

Hellebori nigri, .
Abſynthii, . .
Cardui Benedicti, .
Fumariæ, . . .
Cochleariæ, . . . } ana drachmas duas.

Myrrhæ electæ, ... unciam ſemis.

Gummi Hederæ, . . .
Juniperi, . . .
Benzoes, . . . } ana drachmas duas.

Florum Sulphuris, . drachmam unam & ſemis.

Salis Polycrheſti, ſeu Tartari ſolubilis, *vulgò* de Seignette, ... drachmas duas.

Terebinthinæ optimæ, quantitatem ſufficientem.

Miſce, fiat maſſa ex qua formentur *Pilulæ.*

In omnibus obſtructionibus hypochondriacis reſerandis inſerviunt, & in affectibus uterinis mirificè proſunt.

Doſis à ſcrupulo uno ad drachmam unam.

PILULÆ FOETIDÆ.

℞. Gummi Sagapeni, . .
Aſſæ fœtidæ, . .
Ammoniaci, . .
Opoponacis, . .
Bdellii, ...
Trochiſcorum Alhandal, .
Seminis Rutæ, . . .
Aloes Soccotrinæ, . . } ana drachmas duas, & ſemis.

Radicis Jalappæ, ... drachmas duas.

Scammonii Alepenſis, drachmam unam & ſemis.

Radicis Eſulæ minoris, . drachmam unam.

Hermodactylorum, . . . drachmam unam.
Caſtorei, ...
Myrrhæ, ... } ana drachmam ſemis.
Croci, ...
Salis noſtri Cathartici, ... unciam ſemis.

Fiat omnium pulvis ſubtilis, & cum ſufficienti quantitate Syrupi Arthemiſiæ fiat maſſa ſecundum artem.

Ad diſſolvendam, & evacuandam pituitam craſſam commendantur, obſtructiones tollunt, menſes movent, & in podagra, hydrope, affectibus rheumaticis, ac uterinis valdè proficuæ.

Doſis à ſemiſcrupulo ad drachmam unam.

PILULÆ BECCHERIANÆ.

℞. Extracti Scordii. . . .
Angelicæ, ...
Hellebori nigri, . . .
Millefolii, ... } ana drachmam unam.
Rhabarbari, ...
Aloes, ...
Succi concreti Cochleariæ, . drachmas duas.
Myrrhæ, ...
Succini, ...
Radicum Saxifragæ, . } ana ſcrupulum unum.
Gentianæ, . .
Ceruſſæ Antimonii, ... drachmas tres.
Nitri depurati, . drachmam unam & ſemis.

Pulveriſata omnia, quæ pulveriſari poſſunt, exactè cum reliquis permiſceantur, & cum

Elixir proprietatis ſine acido, quantitate ſufficienti fiat maſſa pilularis.

Seroſos ac viſcidos humores glandulis & venis meſaraicis impactos reſolvunt, attenuant, blandè per alvum ſubducunt. *Doſis à ſcrupulo uno ad drachmam ſemis.*

PILULÆ FAMILIARES.

℞. Gummi Ammoniaci depurati, uncias quatuor.
Aloes Hæpaticæ, ... uncias duas.
Rhabarbari electi, ... unciam unam.
Specierum Diarrhodonis Abbatis, ...
Trium Santalorum, . . . } ana drachmas duas.
Magiſterii Perlarum, .
Corallii Rubri præparati,
Tartari Vitriolati, . . } ana drachmam unam & ſemis.

Fiant cum Aceto Scyllitico, & Succo Citri Rotulæ ſiccandæ, reponendæque ad uſum pro Pilulis efformandis.

Lenitèr alvum lubricam reddunt, & quotidie aſſumi poſſunt, ideòque familiares dicuntur.

Doſis ad ſcrupulum unum.

PILULÆ AGREGATIVÆ, SEU CATHOLICÆ.

℞. Myrobalanorum Citrinarum, . unciam unam.
Aloes Soccotrinæ, . . .
Radicis Jalappæ, . . .
Scammonii optimi, . . .
Rhabarbari, ... } ana drachmas ſex.
Agarici, ...
Trochiſcorum Alhandal, . } ana drachmas duas.
Salis Cathartici, ... drachmas ſex.

Subtilitèr pulveriſentur, & cum Syrupo Roſarum Alexandrinarum fiat maſſa Pilularum ſecundum artem.

Omnes humores expurgant, & in capitis affectibus præſcribuntur.

Doſis à ſcrupulo uno ad duos, vel drachmam unam.

PILULÆ DE TRIBUS CUM RHABARBARO.

℞. Rhabarbari electi, ... }
Agarici trochiſcati, . . . } ana unciam unam.
Aloes Soccotrinæ, ... }
Salis Cathartici, ... drachmas tres.

Triturentur ſubtilitèr, & cum Syrupo roſato ſolutivo fiat maſſa Pilularum ſecundum artem.

Humores pituitoſos, lentos, & craſſos purgant, ſtomachum roborant, appetitum excitant, & menſtrua movent.

Doſis à ſcrupulo uno ad drachmam unam.

PILULÆ DE RHABARBARO.

℞. Rhabarbari, ... drachmas tres.
Aloes Soccotrinæ, unciam unam, & drachmas duas.
Myrobalanorum Citrinarum, } ana drachmas tres
Pulveris Diarrhodonis, . . . } & ſemis.
Succi Glycyrrhiſæ, . }
Abſynthii, . . } ana drachmam unam.
Salis Cathartici, ... drachmas duas.

Triturentur ſubtilitèr, & cum Syrupo de Cichorio cum Rhabarbaro fiant ſecundum artem Pilulæ.

Humores craſſos, & viſcidos expurgant; & in Tertiana, & Quartana utuntur.

Doſis à ſcrupulo uno ad drachmam unam.

PILULÆ DE CRETA.

℞. Aloes electæ, ... unciam unam.
Mercurii dulcis ſepties ſublimati, . ſemiunciam.
Cretæ albiſsimæ præparatæ, ... }
Succini albi præparati, } ana drachmam unam.
Gentianæ, ... }

Myrrhæ, ... } ana drachmam unam.
Radicis Fraxinellæ, . . }
Theriacæ Magnæ, . . . ſcrupulos quatuor.
Terebinthinæ electæ, . . . drachmas duas.

Quæ terenda ſubtilitèr terantur, & cum Syrupo Althææ fiat maſſa Pilularum ſecundum artem.

In affectibus venereis, gonorrhœa, profluvio albo, & nephritide commendantur.

Doſis à drachma ſemis ad drachmam unam.

PILULÆ MERCURIALES.

℞. Rhabarbari electi, . . . }
Trochiſcorum Alhandal, } ana unciam unam.
Scammonii Alepenſis, . }
Mercurii crudi è Cinnabari redivivi, uncias duas.
Terebinthinæ claræ, quantitatem ſufficientem.

Ut fiat maſſa ſecundum artem.

In omnibus affectibus venereis utilitatem præſtant.

Doſis à ſemiſcrupulo ad ſcrupulos duos.

PILULÆ MATTHÆI, ALIAS STARKII.

℞. Laudani, ... }
Glycyrrhiſæ tenuiſsimè pulveratæ, . . . } ana uncias duas.
Hellebori Albi, ... }
Nigri, ... }
Saponis Tartarei, ... uncias ſex.

Miſce exactiſsimè, addendo

Olei Terebinthinæ, quantitatem ſufficientem.

Ut fiat maſſa Pilularum, quæ toties humectetur, oleo Terebinthinæ, quoties ſiccior evaſerit.

Citra dolorem, aut perturbationem purgant: in Ca-

Oo

chexia, Liene indurato, Febre quartana, Ictero, morbiſque aliis contumacibus auxilium ferunt.

Doſis à ſemiſcrupulo ad ſcrupulum unum.

DE PILULIS ALTERANTIBUS.

PILULÆ pro TUSSI.

℞. Succi Glycyrrhiſæ, . . . ⎫ ana ſemiunciam.
Thuris, ... ⎭
Myrrhæ, ... ⎫
Croci, ... ⎬ ana ſcrupulos quatuor.
Opii, ... ⎭

Cum Syrupo Papaveris Rhœados fiat maſſa Pilularum ſecundum artem.

Catarrhos ſubtiles, & ſalſos, à capite ad pectus delabentes incraſſant, ebullitiones humorum ſiſtunt, tuſsim ſedant, ſputum, ſomnumque excitant, & pro Pilulis de Cynogloſſo uti poſſunt.

Doſis à granis ſex ad ſemiſcrupulum.

PILULÆ DE TEREBINTHINA.

℞. Terebinthinæ claræ in aqua Raphani, aut Parietariæ coctæ, ... uncias quatuor.
Glycyrrhiſæ tenuiſsimè pulveratæ, unciam unam.

Miſce, & fiant Pilulæ ſecundum artem.

Urinam cient, meatus urinarios in gonorrhœa abſtergunt, & in ulceribus renum, & veſicæ proſunt.

Doſis à ſcrupulo uno ad drachmam unam.

PILULÆ MARTIALES.

℞. Limaturæ Chalybis, ... uncias duas.
Extracti Abſynthii, . quantitatem ſufficientem.

Ut fiat maſſa Pilularum ſecundum artem.

In affectibus hyſtericis, hypochondriacis, commendantur, & in menſium ſuppreſsione cum fructu propinantur.

Doſis à ſcrupulo uno ad ſcrupulos duos.

PILULÆ HYSTERICÆ.

℞. Gummi Opoponacis, . . .	unciam unam.	
Ammoniaci, . .	ana unciam ſemis.	
Galbani, . . .		
Sagapeni, . . .		
Myrrhæ, ...	drachmas duas.	
Aſſæ fœtidæ, . . .	ana drachmas tres.	
Caſtorei, ...		
Olei Succini, ...	ſcrupulum unum.	
Theriacæ Magnæ, .	quantitatem ſufficientem.	

Ad conficiendam maſſam ſecundum artem.

In affectibus hyſtericis, & menſium obſtructione, cum fructu exhibentur.

Doſis à ſemiſcrupulo ad ſcrupulos duos.

PILULÆ BALSAMICÆ.

℞. Pulveris Millepedum præparatorum,	drachmas ſex.
Gummi Ammoniaci albi, .	drachmas tres.
Florum Benzoini, . . .	ſcrupulos quatuor.
Croci, ...	ana ſcrupulum unum.
Balſami Peruviani, . .	

Cum ſufficienti quantitate balſami ſulphuris Terebinthinati fiat maſſa Pilularum ſecundum artem.

Pituitam viſcidam, & craſſam in pulmonibus contentam incidunt, ac fluxilem reddunt, & per ſputum, &

urinam evacuant: ideò in affectibus aſthmaticis, & catarrhalibus præſcribuntur.

Doſis à ſemiſcrupulo ad drachmam ſemis.

PILULÆ ÆTHIOPICÆ.

℞. Æthiopis mineralis ſine igne facti, uncias duas.
Antimonii diaphoretici, . . . unciam unam.
Gummi Guajaci, ... unciam ſemis.

Cum Extracto Sarſæparillæ fiat maſſa ſecundum artem.

In affectibus à lue venerea productis commendantur, & in hydrope, ſcorbuto, ac ſimilibus infirmitatibus utuntur.

Doſis à ſcrupulo uno ad ſcrupulos duos.

PILULÆ ASTRINGENTES, SEU CONTRA FLUXUM VENTRIS.

℞. Boli Armenæ Orientalis, . . . ſemiunciam.
Corallii Rubri præparati, } ana drachmas duas.
Terræ Japonicæ, . . . }
Lapidis Hæmatitis præparati, } ana drachmam unam.
Sanguinis Draconis optimi, . }
Radicis Symphyti, . . }
Tormentillæ, . . } ana ſemidrachmam.
Biſtortæ, . . . }
Maſtiches, ... ſcrupulos duos.
Laudani liquidi, ... ſemidrachmam.

Cum Syrupo Myrthino fiat maſſa ſecundum artem.

Ad hæmorrhagias, & fluxus ventris inſerviunt.

Doſis à ſcrupulo uno ad drachmam unam.

PILULÆ DE CYNOGLOSSO.

℞. Radicis Cynogloſsi ſiccæ, Seminis Hyoſciami albi, Extracti Opii, ana ſemiunciam.
Myrrhæ optimę, drachmas ſex.
Thuris maſculi, drachmas quinque.
Croci, Caſtorei, ana drachmam unam & ſemis.

Cum Syrupo Violato fiat maſſa ſecundum artem.

Vim habent anodinam, dolores mitigant, catarrhales fluxiones in thoracem, quæ pectus gravant, ſiſtunt, in tuſsi, atque phthiſi, diarrhœa, dyſenteriaque præſcribuntur.

Doſis à granis quatuor ad ſcrupulum ſemis.

PILULÆ ANTI-ACIDÆ CURVIANÆ.

℞. Margaritarum præparatarum, Magiſterii Oculorum Cancrorum, ana drachmas tres.
Corallii Rubri præparati, Raſuræ Eboris pulveriſati, ana drachmam unam.
Cryſtalli Montanæ præparatæ, drachmam unam & ſemis.

Fiant Pilulæ cum
Mucilaginis Tragacanthi, quantitate ſufficienti.

Aciditates ventriculi abſorbent, humores acres compeſcunt.

Doſis à ſemidrachma ad drachmam unam.

CAPUT VI.

DE TROCHISCIS.

TRochiſcus nihil aliud eſt, quàm medicamentum ſiccum compoſitum ex variis ſimplicibus miſtis, & cum aliquo Succo, ſeu liquore in conſiſtentiam ſolidam conflatum.

TROCHISCI DE AGARICO.

℞. Agarici albiſsimi, & leviſsimi per ſetaceum trajecti, ... uncias duas.
Aquæ Cinnamomi, in qua ſit infuſa ſemidrachma Zingiberis, . . quantitatem ſufficientem.

Fiat maſſa, ex qua formentur Trochiſci, ſiccentur, dein pulveriſentur, & cum prædicto liquore, denuò formentur Trochiſci ſecundum artem, uſui ſervandi.

Ad ſerum, & pituitam educendam inſerviunt.

Doſis à ſcrupulo uno ad drachmam unam.

TROCHISCI ALHANDAL.

℞. Pulpæ Colocynthidis albæ, & levis à ſeminibus repurgatæ, ... uncias quatuor.
Incidantur minutim, & cum
Mucilaginis Gummi Tragacanthi (aqua Roſarum extractæ), ... quantitate ſufficienti.

Fiat maſſa in Paſtillos dividenda, & exſiccanda; probè exſiccata in pulverem tenuiſsimum redige, & per ſetaceum trajice; huic pulveri denuò adde novam mucilaginem Gummi Tragacanthi: fiat maſſa in paſtillos redigenda, & exſiccanda, iterùm ſubtiliſsimè pulveriſa, & cum

eadem mucilagine in maſſam redige, de qua formentur Trochiſci, qui ſiccentur, & reponantur.

Violentèr purgant, ideòque in affectibus contumacioribus, ut in apoplexia, mania, melancholia, &c. uſurpantur.

Doſis à granis quatuor ad ſcrupulum ſemis.

Præſtant tamen loco ſtimuli cum aliis purgantibus

A grano uno ad grana quatuor.

TROCHISCI SCYLLITICI.

℞. Medullæ Scyllæ coctione præparatæ, libram unam.
Pulveris ſubtiliſsimi Radicis Fraxinellę, ... quantitatem ſufficientem.

Ad maſſam conficiendam, ex qua fiant Paſtilli, ſeu Trochiſci, ſiccentur, & reponantur.

Vi incidenti præditi ſunt, & in Theriacam ingrediuntur.

Doſis à ſemidrachma ad drachmam unam.

TROCHISCI DE KARABE.

℞. Succini Citrini præparati, . . . unciam unam.
Cornu Cervi uſti, & præparati, ...
Gummi Arabici, . . .
Tragacanthi, .
Laccæ granoſæ,
Acaciæ veræ, . . .
Hypociſtidis, . . .
Balauſtiarum, . . .
Maſtiches, ...
Corallii Rubri præparati, . .
Seminis Papaveris albi,
} ana drachmas duas, & ſcrupulos duos.

Thuris, ...
Croci, ... } ana drachmas duas.
Opii ſelecti, ...

Cum Mucilagine Seminis Pſyllii aqua Plantaginis extracta fiant Trochiſci in umbra ſiccandi.

Aſtringentes ſunt, & in omnibus hæmorrhagiis ſiſtendis inſerviunt, ut in ſputo ſanguinis, dyſenteria, fluxibus uteri, & hæmorrhoidum.

Doſis à ſemiſcrupulo ad ſcrupulos duos.

TROCHISCI DE TERRA SIGILLATA.

℞. Terræ ſigillatæ, ... uncias duas.
Lapidis Hæmatitis, ...
Succini, ...
Corallii Rubri præparati, .
Spodii, ...
Amyli, ...
Nucum Cupreſsi, ...
Acaciæ, ...
Hypocyſtidis, ...
Gummi Arabici, ...
Balauſtiarum, ...
Roſarum Rubrarum, . . .
Seminis Papaveris albi, . .
Croci Martis aſtringentis, .
} ana ſemiunciam.
Salis Saturni, ... drachmas duas.

Cum mucilagine Gummi Tragacanthi fiant Trochiſci ſecundum artem ad uſum.

Sanguinem undecumque manantem, & ſputa cruenta cohibent, dyſenterias, diarrhœas, & alvi profluvia compeſcunt.

Doſis à ſcrupulo uno ad drachmam unam.

TROCHISCI DE MYRRHA.

℞. Myrrhæ optimæ,	. . . . . .	unciam ſemis.
Foliorum Rutæ,	. . .	ana drachmas duas.
Menthaſtri,	. .	
Pulegii,	. .	
Radicis Rubiæ Tinctorum,	. .	
Seminis Petroſelini,	. .	
Aſſæ Fœtidæ,	. . . .	
Sagapeni,	. . . . .	
Opoponacis,	. . . .	

Cum decocto Arthemiſiæ fingantur Trochiſci ſecundum artem.

Vi Anti-hyſterica pollent, menſes provocant, partum facilitant, & ſecundinas pellunt.

Doſis à ſemiſcrupulo ad drachmam unam.

TROCHISCI ALBI RHASIS.

℞. Ceruſſæ albiſsimæ,	.	unciam unam & ſemis.
Sarcocollæ craſsioris,	. . . .	drachmas tres.
Amyli,	. . . .	drachmas duas.
Gummi Arabici,	. .	ana drachmam unam.
Tragacanthi,	.	
Caphuræ,	. . . .	ſemidrachmam.

Seorſim trita, lacte caprino excipiantur omnia, & formentur Trochiſci. Si addantur tria Opii grana in drachma una ſupradictorum Trochiſcorum, tunc Trochiſci albi *Rhasis* cum Opio vocantur.

Externè in affectibus oculorum inſerviunt, inflammationem temperant, fluxiones compeſcunt.

TROCHISCI ALKEKENGI.

℞. Pulpæ inſpiſſatæ Halicacabi cum ſeminibus, ... uncias duas.

Gummi Arabici, . . .
Tragacanthi, . .
Succi Glycyrrhiſæ, . . .
Amygdalarum amararum,
Seminis Papaveris albi, . } ana unciam ſemis.

Quatuor frigidorum majorum, .
Apii, ...
Succini Citrini præparati, } ana drachmas duas.

Opii Thebaici, ... drachmam unam.

Cum decocti Halicacabi quantitate ſufficienti fiant Trochiſci ſecundum artem.

Ad urinæ ardorem, fiſtulam urinariam, veſicam, renes, & ureteres exulceratos feliciter exhibentur: ulcera detergunt, glutinant, & cicatrices tegunt; lotii acrimoniam mitigant, ejuſque ſtrigmenta mucoſa complanant, & leniunt; indèque urinæ tarditatem, & dyſuriam natam tollunt, ſomnumque excitant.

Doſis à ſemiſcrupulo ad ſemidrachmam.

TROCHISCI VIPERINI.

℞. Truncorum Hepatum, & Cordium Viperarum ſiccarum, ... quot volueris.

Pulverentur tenuiſsimè, & cum

Mucilaginis Gummi Tragacanthi in vino albo paratæ, ... quantitate ſufficienti

Fiant Trochiſci ſecundum artem in umbra ſiccandi, & Balſamo Peruviano inungendi, uſuique ſervandi.

Cutaneis morbis, Viperarum, & aliorum Animalium venenatorum morſibus, morbis contagioſis, peſtilentiali-

bus, malignis, variolis, morbillis conveniunt: Elephantiacos juvant, & in Theriaca ingrediuntur.

Doſis à ſemiſcrupulo ad ſcrupulum unum.

TROCHISCI CYPHEOS.

℞. Pulpæ Uvarum albarum paſſarum, ... } ana unciam unam.
Terebinthinæ Chiæ puræ, . }
Myrrhæ, ... } ana ſcrupulos quatuor.
Schœnanthi, . . . }
Calami Aromatici, ... drachmas tres.
Cinnamomi, ... ſcrupulos quatuor.
Bdellii Lachrymæ, . . }
Spicæ Nardi, . . . }
Caſsiæ Ligneæ, . . . } ana drachmam unam.
Radicis Cyperi rotundi, }
Ligni Aloes, . . ſcrupulos duos & ſemis.
Croci, ... ſcrupulum unum.
Cum Pulpæ Uvarum Paſſarum, & Mellis, ... quantitate ſufficienti
Formentur Trochiſci.
In compoſitione Mithridatii ingrediuntur.

TROCHISCI HEDYCROI.

℞. Mari, ... }
Amaraci, ... }
Aſari, ... } ana uncias undecim.
Aſpalathi in ejus defectu }
Ligni Aloes, ... }
Calami Aromatici Officinarum, . . . } ana uncias ſexdecim.
Schœnanthi, ... }

Coſti, ...
Phu Pontici, . . .
Cinnamomi, . . . ana uncias ſexdecim.
Opobalſami, . . .
Xylobalſami, . . .

Malabathri, . .
Nardi Indicæ, . .
Caſsiæ Ligneæ, . ana uncias triginta & duas.
Myrrhæ, . . .
Croci, ...

Amomi, ... uncias ſexaginta & tres.
Maſtiches, uncias quinque, & drachmas duas.

Ex his omnibus tritis, & cum Vino Hiſpanico ſubactis formentur Trochiſci ſecundum artem, & ſerventur pro Theriaca paranda.

Quòd ut fiat utiliùs, & commodiùs. Hi Trochiſci diſpenſentur, quando conficietur Theriaca, quo tempore ſpecies enumeratæ cum cæteris ſpeciebus Theriacæ miſcendæ, & conterendæ ſunt abſque trochiſcatione. Simile obſervandum eſt de Trochiſcis Cypheos in compoſitione Mithridatii, quippe inutilis erit trochiſcatio, nam iſti nullis aliis uſibus inſerviunt.

TROCHISCI ANTHELMINTHICI.

℞. Mercurii dulcis, ... ſemiunciam.
Cornu Cervi philoſophicè præparati, . . .
. . . . ſcrupulos duos.
Cinnamomi acuti, . . . ſcrupulum unum.
Diacrydii ſulphurati, . . drachmam unam.
Sacchari albi, ... unciam unam.
Conſervæ Roſarum Rubrarum, drachmas duas.

Cum mucilagine Tragacanthi in aqua Roſarum ſolutæ Fiant Trochiſci.

Adverſus vermes, & inde ortos morbos in infantibus utilitèr adhibentur.

Doſis pro ratione ætatis.

A ſemiſcrupulo ad ſcrupulum unum.

TROCHISCI RAMICH.

℞. Succorum Acetoſæ, vel Cydoniorum, ... uncias ſexdecim.
Myrthi, ... uncias quatuor.
Omphacii, . . . drachmas ſeptem.

In his Succis parum bulliant
Gallarum Cupreſsi recentium exactè tritarum, ... unciæ tres.
Baccarum Myrthi contuſarum, . unciæ duæ.
Roſarum Rubrarum, ... uncia una.

Colaturæ immitte ſequentem pulverem:
Gummi Arabici, - . unciam unam & ſemis.
Santali Citrini, ... drachmas decem.
Sumach, ...
Roſarum Rubrarum, . . . } ana unciam unam.
Spodii, ...
Ligni Aloes, ...
Caryophyllorum, ...
Macis, ... } ana unciam ſemis.
Nucis Moſchatæ, ...

Deindè in ſcuttella lapidea, vel terrea vitreata ſoli exponantur, & ſiccentur, & tunc rurſus pulverentur ſubtiliſsimè, & formentur Trochiſci cum
Camphoræ ſolutæ in aqua Roſarum, ... ſcrupulo uno & ſemis.

Siccentur in umbra libera, ac ſiccati reponantur.

Eorum vires potiſsimum celebrantur adverſus Lienteriam, Cœliacam paſsionem, Diarrhœam, & Chylificationem læſam. *Doſis ad drachmas duas.*

TROCHISCI ESCHAROTICI.

℞. Sublimati corroſivi, ... unciam unam.
Amyli, ... uncias duas.
Subtilitèr pulveriſentur in mortario marmoreo, & cum
Gummi Tragacanthi, . quantitate ſufficienti
Fiant ex arte Trochiſci oblongi, quibus addi poteſt
Extracti Opii, ... quod libuerit.

Eſcharotici ſunt, carnes ſupercreſcentes, & calloſas in fiſtulis, ac ulceribus abſumunt, fungoſque extirpant, & aperiendis apoſtematibus inſerviunt.

PARS QUINTA.

CAPUT PRIMUM.

DE OLEIS.

OLea ſunt Liquores unctuoſi inflammabiles, & leves.

Olea in Pharmacopoliis ſervanda ſunt. Vel ſponte producta, vel per expreſſionem elicita, infuſione, coctionevè medicata, ſeu diſtillatione extracta.

Sponte producta, ut Petroleum, ſive Oleum Terræ, &c. Balſamum de Tolù, Mariæ, Album Peruvianum, &c.

Per expreſſionem, ut Oleum Vitellorum ovorum, Amygdalarum dulcium, &c.

Per infuſionem, & coctionem, ut Oleum Catellorum, Roſarum, &c.

Per diſtillationem, ut Oleum Cinnamomi, Caryophyllorum, &c.

DE OLEIS PER EXPRESSIONEM ELICITIS.

Oleum, ſimplicitèr dictum, eſt Oleum Olivarum, & in quatuor ſpecies dividitur, videlicèt:

Omphacinum ex Olivis nondum perfectè maturis expreſſum.

Virgineum, ex Olivis maturis ſpontaneè defluit.

Completum, ex dictis Olivis maturis expreſſum.

Amurca eſt fex Olei, in doliolis inventa.

OLEUM AMYGDALARUM DULCIUM.

R. Amygdalarum dulcium ſiccarum integrarum, non rancidarum, ... libras ſex.

Terantur in mortario lapideo, cum piſtillo ligneo minutiſsimè, & diutiſsimè, dein ſacco cannabino immittantur, ac torculari, lentè primum, & leniter, tum fortitèr exprimatur Oleum, uſui aſſervandum.

Internè, recens, & ſine igne (ut dictum eſt) expreſſum, & non rancidum adhibendum.

Ad dolores pleuriticos, nephriticos, colicoſque mitigandos, ad alvum laxandam, leniendam acrimoniam ſeri urinarii, urinamque pellendam commendatur, prodeſt etiam in raucedine, tuſsi, aliiſque pectoris affectibus, partum facilitat, & ad dolores poſt partum inſervit, infantibus quoque recens natis propinatur.

Doſis ab uncia ſemis ad uncias duas, vel tres, &c.

Clyſteribus etiam admiſcetur, ad colicam, & fœces induratas, ac ſimiles affectiones. Pro linimentis in dolore nephritico, ſimilibuſque infirmitatibus, in quibus mitigare dolores, emollire, & laxare deſideratur.

Si vis cum igne conficere Oleum, *ſequenti parabis modo.*

Maſſam remanentem ex Oleo Amygdalarum dulcium, ſuprà deſcripto, minutiſsimè tere, ac per cribrum trajice; dein in ſartagine, vel in alio vaſe idoneo, igne lento calefac, aſsiduè cum ſpathula lignea, hùc, & illùc movendo, tantillo aquæ tepidæ ſenſim aſpergendo, donec maſſa optimè rubeſcat, ac inter digitos compreſſa, aliquid Olei exudet, tunc (ut dictum eſt) exprimatur Oleum, quod defœcatum reconde ad uſum.

Pari modo fiunt Olea
Amygdalarum amararum,
Nucum Juglandium,
Avellanarum,
Quatuor Seminum frigidorum majorum,
Seminis Lini,
Seſaminis, & ſimilium.

OLEUM DE VITELLIS OVORUM.

℞. Ova elixatione indurata, . . . quot volueris. Ex his vitellos duros exime, & comminutos, in ſartagine igne moderato aſſa, ſpathula aſsiduè movendo, donec ex flavo rubeſcant, & pinguedinem quandam emittant, ac exudent, tunc ferventes in ſacculo pilis contexto excipe, præloque calido, feſtinantèr exprime, ut Oleum effluat, expreſſum uſui reponendum.

Cutis fœditatem, ex ambuſtione, & variolis aufert: aurium, dentium, ſedandiſque doloribus convenit, rhagadibus utile, manuum, pedum, anique fiſuras ſanat, ulcerum, & vulnerum, cum Terebinthina miſtum (*DIGESTIVI* nomine) ſuppurationem promovet.

OLEUM BACCARUM LAURI.

℞. Baccarum Lauri maturarum, . quot volueris. Tritæ, ex aqua communi coquantur, fortitèr exprimantur in vas ſubjectum, refrigeratum Oleum pinguedinis inſtar aquæ ſupernatans colligatur, & ſervetur.

Carminativa virtute, anodynaque pollet, ideò in doloribus colicis, & aliis perutile habetur, ac nervorum vitiis, cutaneiſque valdè proficuum.

OLEUM NUCIS MOSCHATÆ.

℞. Nucis Moſchatæ mediocritèr pulveratæ, ... , ... libram unam.

Supra cribrum inverſum, & coopertum, vapori aquæ ferventis per horæ ſemiquadrantem expone, ut penitùs humeſcat, & calefiat; tunc ſacculo denſo incluſa prælo calido promptè exprimatur, & ſtillabit Oleum craſſum, uſui ſervandum.

Hoc Oleum internè, & externè adhibetur; internè pro alvi fluxu compeſcendo: in infantibus cum pulte utitur; externè inteſtinis roborandis, & ventriculo prodeſt.

Simili modo parantur Olea

Nucleorum Cacao,
Seminis Aniſi,
Fœniculi,
Carvi,
Anethi,
Hyoſciami,
Papaveris albi,
Cannabis,
& ſimilium.

CAPUT II.

DE OLEIS PER INFUSIONEM, ET DECOCTIONEM PARATIS.

OLEUM ROSATUM.

℞. Olei Olivarum, ... libras octo.
Roſarum Rubrarum, & Pallidarum recentium, apertarum, & contuſarum, . ana libras duas.

Excipiantur vaſe idoneo , & macerentur in Sole, aut calido loco per triduum, aut quatriduum, deindè lenitèr coquantur ad humidi aquoſi conſumptionem : tunc cola, & fortitèr exprime ; denuò maceratio , & decoctio cum eadem Roſarum quantitate, ut ſupra reiteretur, coletur, uſuique ſervetur.

Inflammationes ſedat, cerebri doloribus, ac vulneribus prodeſt.

Eodem modo parantur Olea

Roris Marini ex Summitatibus Floridis,
Anethi è Summitatibus,
Abſynthii ex Foliis, & Summitatibus,
Chamæmeli ex Floribus,
Liliorum Alborum ex Floribus abjecto luteo,
Menthæ ex Foliis,
Myrthini ex Foliis, & Baccis,
Nymphææ ex Floribus albis abjecto luteo,
Rutæ ex Foliis,
Sambuci ex Floribus,
Solani ex Foliis, & Baccis cum Oleo Roſato,
Cicutæ ex Foliis,
Hyoſciami ex Foliis,
Nicotianæ ex Foliis,
Majoranæ ex Summitatibus,
Verbaſci ex Floribus.

OLEUM HYPERICI.

℞. Summitatum Hyperici cum Floribus, levitèr contuſarum, ... libram unam & ſemis.
Olei Olivarum, ... libras ſex.

Macera in loco calido per dies ſeptem, & levitèr coque, cola, ac in expreſſo adde eandem quantitatem Hyperici, & repete macerationem, & coctionem ; tertia vice ſummitates alias, pari quantitate, & paululùm ſiccatas,

in eodem Oleo adjice, ac relinque per quatuor dies, cola, & uſui ſerva.

Calefacit, & ſiccat, undè doloribus, à frigore contractis, iſchiadicis præſertim, & varicibus utilitèr adhibetur; nervorum puncturis, ac vulneribus efficaciſsimum eſt.

OLEUM DE MUCILAGINIBUS.

℞. Radicum Althææ recentium, & in taleolas ſectarum, ... libras duas.
Seminis Fœnugræci, . . . } ana libram unam.
Lini, ... }
Aquæ calefactæ, ... viginti libras.

Macerentur ſupra cineres calidos per horas viginti quatuor, identidem agitando, dein liquor mucilaginoſus coletur, & fortitèr exprimatur, expreſſo adde

Olei Olivarum, ... libras octo.

Coquantur igne lento ad humiditatis ferè conſumptionem, cavendo, ne aduratur mucilago, tunc fiat colatura ſine expreſsione, & Oleum colatum ſervetur ad uſum.

Emollit, calefacit, & humectat, pectoris dolorem à cauſa frigida contractum lenit, pleuriticiſque doloribus, feliciſsimè ſuccurrit, viſcerum, & nervorum duritiem laxat.

OLEUM CYDONIORUM, *seu* MELLINUM.

℞. Cydoniorum immaturorum, rejectis Seminibus, ſcobina deraſorum, ... } ana uncias octo.
Succi aliorum Cydoniorum, }
Olei, ... libras ſex.

Miſce in vaſe vitreato, ſupra cineres calidos infunde per triduum, dein lento calore coque ad Succi conſumptionem. Expreſsis Cydoneis, æqualis Cydoniorum, & Succi

quantitas infundatur, denuò coquatur, & exprimatur, oleumque colatum, & defœcatum reconde ad uſum.

Aſtringit, & refrigerat, ad ventriculi, & jecoris imbecillitatem perſalutare, vomitum ſiſtit, Lienteriæ, & Diarrhoeæ levamen affert.

OLEUM MASTICHINUM.

℞. Maſtiches electæ, ... uncias ſex.
Olei Roſati, ... libras duas.

Simul vaſe fictili vitreato anguſti orificii excepta, leni calore ad integram Maſtiches in Oleum diſſolutionem detineantur. Dein cola, & uſui ſerva.

In affectibus ventriculi, & inteſtinorum prodeſt, concoctionem alimentorum adjuvat, in Lienteria, & Diarrhœa, aliiſque fluxibus ventris, externè inunctum, & in Clyſteribus admiſtum, egregium eſt.

OLEUM EUPHORBII.

℞. Euphorbii pulverati, . . unciam unam & ſemis.
Olei communis, . . libram unam & ſemis.

Miſce in vaſe fictili vitreato, ac lento igne Euphorbium probè diſſolvatur, cola, & uſui ſerva.

Reſolutivum eſt, nervorum contractionibus, ac doloribus articulorum prodeſt; tumores duros emollit, atque reſolvit.

OLEUM LUMBRICORUM.

℞. Lumbricorum terreſtrium, ter aqua tepida lotorum, ... libras duas.
Vini Rubri, ... uncias ſex.
Olei Olivarum, ... libras tres.

Coquantur ſimul in vaſe idoneo, uſquedum vinum con-

ſumptum fuerit, & lumbrici contabuerint, expreſſum Oleum colatum, ac defœcatum ſerva.

Nervos roborat, juncturarum doloribus, ſpaſmis, & contracturis convenit, in nervorum vulneribus, ac puncturis laudatur.

OLEUM NARDINUM SIMPLEX.

℞. Spicæ Nardi, ... uncias tres.
Olei communis, ... libram unam & ſemis.
Vini generoſi, ... uncias quatuor.

Simul per octiduum in vaſe fictili vitreato macerentur in loco calido, cooperto vaſe: dein igne lento, ad ferè Vini conſumptionem decoquantur. Cola, & exprime, Oleumque defœcatum ad uſum ſerva.

Si Compositum *deſideras, adde*

Majoranæ, ...
Radicis Enulæ, ...
Calami Aromatici,
vel Acori veri, . .
Cyperi rotundi, .
Schœnanthi, ...
Foliorum Lauri, ...
Cardamomi, ...
} ana unciam ſemis.

Contundantur omnia, & per triduum macerentur in
Vini albi optimi, ... unciis ſex.

Dein adde
Olei communis, ... libram unam.

Coquantur lento igne ad Vini conſumptionem, coletur, & uſui ſervetur.

Cerebri, & nervorum affectus frigidos ſanat, aurium dolores mitigat, tremulis, & Paralyticis confert; ventriculi affectibus auxiliatur, concoctionemque juvat.

OLEUM SCORPIONUM SIMPLEX.

℞. Scorpiones terreſtres vivos, . numero centum.
Olei Amygdalarum amararum, ſeu communis, ... libras tres.

Suffocentur in Oleo, & ſerventur ad uſum in vaſe clauſo.

Aliqui per triginta dies inſolant, poſteà colant, & uſui ſervant.

Ad urinam pellendam, & calculum promovendum commendatur, regioni renum, pubis, & veſicæ impoſitum, ſolatio eſt.

OLEUM CASTOREI.

℞. Caſtorei optimi, minutim inciſi, & contuſi, ... uncias duas.
Olei communis, ... libras duas.
Vini albi optimi, ... uncias quatuor.

Coquantur igne lento per quadrantem horæ in vaſe clauſo, poſteà Oleum abſque colatura ad uſum ſerva.

In affectibus uterinis, & convulſionibus laudatur, in nervorum contracturis, Paralyticiſque auxilio eſt.

OLEUM CROCI.

℞. Croci optimi, ... unciam unam.
Calami aromatici, ſeu Acori veri, ... }
Cardamomi Minoris, . . . } ana unciam ſemis.

Contunde, & macera in loco calido per dies quinque in

Vini optimi, ... libra ſemis.

Poſteà adde

Olei Olivarum, . . . libram unam & ſemis.

Coquantur igne lento ad Vini conſumptionem, & Oleum percolatum ſerva.

Anodynum eſt, nervos roborat, uteri dolores lenit; ejuſque, & aliarum partium tumores duros reſolvit.

OLEUM IRINUM.

℞. Radicum Ireos noſtratis recentium, & contuſarum, ... libram unam & ſemis.
Olei Olivarum, ... libras tres.

Macerentur in vaſe fictili vitreato lento igne, per viginti quatuor horas, bulliant ad humiditatis ferè conſumptionem, Oleum exprime, & adde

Florum Ireos, ... libram ſemis.

Digere lento igne in Balneo Cinerum per duodecim horas: coque ad humidi conſumptionem, cola, & uſui ſerva.

Reſolutivum eſt, attenuat, digerit, & in tumoribus frigidis utile eſt.

OLEUM, seu BALSAMUM CATELLORUM.

℞. Catellos recens natos, . . . numero tres.
Lumbricorum terreſtrium, . . libram unam.
Olei Olivarum ferventis, . . . libras quinque.

Coquantur ad oſsium ferè compaginis diſſolutionem.

Fiat colatura, & expreſsio; colato tepido adde

Summitatum Origani, . . .
Serpylli, ſeu thymi, . . .
Pulegii, . . .
Hyperici, . .
Majoranæ, . . . } ana uncias duas.

Inſolentur per dies quindecim, poſteà cola, & exprime, in expreſſo diſſolve

Terebinthinæ claræ, ... uncias quatuor,

Dein Oleum defœcatum reconde ad uſum.

Nervinum eſt, quare in podagra, paralyſi, & omnibus affectibus nervorum, ab humoribus frigidis, ac viſcoſis productis, inſervit, & partes debiles roborat.

OLEUM VULPINUM.

℞. Vulpem pinguem pelle nudatam, ab inteſtinis repurgatam, in fruſta cum oſsibus comminutam.
Salis communis, ... uncias tres.
Summitatum Anethi, . . . } ana uncias duas.
Thymi, . . . }
Chamæpytios, . }

Injiciantur in
Aquæ, &, . . . } ana ſufficienti quantitate.
Vini albi, . . . }

Coquantur in vaſe clauſo, donec ab oſsibus partes ſeparentur carnoſæ. Cola, & adde
Olei Olivarum, ... libras octo.
Foliorum Salviæ, ... } ana uncias duas.
Roris Marini, . . }

Bulliant iterùm ad humidi conſumptionem: cola, & Oleum defœcatum ſerva.

In omnibus articulorum frigidis affectibus valet; digerit, & diſcutit humores in nervis contentos.

OLEUM DE CAPPARIBUS.

℞. Gemmarum Capparis, ſeu Florum, nondùm expanſorum aceto conditorum, . uncias octo.
Corticis Radicum Capparum, . uncias duas.
Tamariſci, }
Seminis Agni Caſti, ... }
Radicis Cyperi rotundi, . . } ana ſemiunciam
Foliorum Tamariſci, . . . }
Aſplenii, ſeu Scolopendriæ, . . . }

Rutæ, ... drachmas duas.
Olei communis, ... libras tres.
Vini albi, ... uncias ſex.

Parùm trita, & inciſa miſceantur, ac macerentur per triduum loco calido, poſtmodum coquantur ad humiditatis conſumptionem: Oleum percolatum, defœcatumque ſerva.

Attenuat, digerit, ac reſolvit duritiem omnem, ſplenis obſtructiones ſolvit, ejuſque dolorem lenit.

OLEUM ANTI-PLEURITICUM.

℞. Corticum Cucurbitæ longæ mundatorum, in fruſtula inciſorum, } ana libras ſex.
Olei communis, ... }

Coquantur ſimul ad humiditatis conſumptionem, coletur, & in colatura extinguantur fruſta ferri, ſeu chalybis candefacta, in vaſe fictili vitreato, quod ſtatim cooperiatur, ne Oleum flammam concipiat, dein detracta, denuò candefiant, & extinguantur, repetendo octies, Oleumque defœcatum ad uſum ſervetur.

Externa inunctione egregium eſt anti-pleuriticum.

OLEUM SCORPIONUM COMPOSITUM.

℞. Summitatum Floridarum Hyperici, libram unam.
In Olei Olivarum, ... libris ſex.

Per ſeptem dies inſola, ſeu in loco calido macera, dein cola, colaturæ adjice

Summitatum Hyperici, cum floribus, & ſemine leviter contuſarum, . . . libram unam.

Denuò macerentur, coquantur, & colentur; in oleo colato infunde

Comarum Hyperici ſemine onuſtarum, ... libram unam.

Foliorum Scordii, ... uncias duas.

<table>
<tr><td>Chamædryos, .
Calaminthæ, .
Cardui Benedicti,</td><td>ana unciam unam.</td></tr>
<tr><td>Comarum Centaurii minoris,
Verbenæ, . . .
Dictamni Cretici,</td><td>ana ſemiunciam.</td></tr>
</table>

Inciſa macerentur per biduum in vaſe clauſo, ac igne lento per horas tres digerantur, cola, & exprime, colaturæ adde

<table>
<tr><td>Cinnamomi acuti, . .
Baccarum Juniperi, . .
Santali Citrini, . . .
Theriacæ, ...
Mithridatii, ...</td><td>ana drachmas tres.</td></tr>
<tr><td>Radicum Zedoariæ, . .
Dictamni albi, .
Tormentillæ, .
Ariſtolochiæ rotundæ, . .
Benzoini, ...
Styracis, ...</td><td>ana drachmas duas.</td></tr>
<tr><td>Myrrhæ electæ, . .
Rhabarbari, . . .
Aloes Soccotrinæ, . .</td><td>ana drachmam unam & ſemis.</td></tr>
<tr><td>Nardi Indicæ, . . .
Seminis Nigellæ, . .</td><td>ana ſcrupulos quatuor.</td></tr>
<tr><td>Schœnanthi, . . .
Cyperi, ...
Croci, ...</td><td>ana drachmam unam.</td></tr>
</table>

Vini albi generoſi, quantitatem ſufficientem.

Contundenda, contundantur, ac in vaſe clauſo per octiduum infundantur, poſteà igne lento ſecundum artem

decoquantur, colentur, & exprimantur, in colato Oleo ſuffocentur.

Scorpiones terreſtres, recentèr collecti, vita fungentes, ... numero trecentos.

Digerantur per triginta dies in vaſe vitreo benè clauſo, dein cola, & Oleum defœcatum ad uſum ſerva.

Vulnerarium, alexipharmacum, & reſolutivum eſt, Viperarum, ac venenatorum animalium morſibus ſubvenit, in peſte, aliiſque morbis malignis, pulſibus, cordi, temporibuſque, illinitum, non ſine fructu utitur, & in vulneribus recentibus, ulceribuſque laudatur; adverſus omnia venena ſtupefantia, & ſanguinem ſpiſſantia, per os aſſumptum, efficaciſsimum eſt auxilium.

OLEUM LIGNI GUAJACI.

℞. Ligni Guajaci reſinoſi ſcobina raſi, libras duas.
Lixivii fortiſsimi ex Cineribus Querci facti, ... libram unam & ſemis.

Simul per octiduum macerentur, dein adde

Olei communis, ... libras octo.
Anethi, ... }
Chamæmeli, ... } ana uncias octo.
Baccarum Lauri, ... }

Inciſa, per dies quatuor digerantur, deindè ad humiditatis conſumptionem decoquantur; coletur, & in Oleo colato, lento igne diſſolve

Gummi Tacamahacæ, . . . uncias octo.

Denuò cola, & Oleum depuratum uſui ſerva.

Reſolvit, attenuat, digerit humores craſſos, & viſcidos, in juncturarum doloribus, venereis, rheumaticiſque proficit.

OLEUM, SEU BALSAMUM APARITII VIRIDE.

℞. Olei Olivarum, ... libras duodecim.
Summitatum Roris marini, } ana libram unam
Hyperici, . . } & ſemis.
Rutæ, ...
Abſynthii, . .
Chamæmeli, . .
Verbaſci, . . } ana uncias ſex.
Centaurii minoris,
Sanguinariæ, . .
Foliorum Lentiſci, ...

Scindantur, & cum Oleo, per triginta dies in Sole, ſeu calido loco digerantur, deindè adde

Lumbricorum terreſtrium, . . libram unam.

Coquantur lento igne ad humiditatis conſumptionem, cola, & in colatura diſſolve

Terebinthinæ optimæ, ... libras tres.
Gummi Juniperi, ... uncias quatuor.

Denuò colentur, poſteà adde

Pulveris Myrrhæ electæ, . } ana uncias quatuor.
Thuris maſculi, . }
Maſtiches, ... uncias duas.
Sanguinis Draconis, . unciam unam.
Aloes Hepaticæ, . . . ſemiunciam.

Miſceantur optimè cum Oleo calido, iterùm per triduum digerantur: coletur Oleum, & ad uſum reponatur.

Vulnerarium eſt præſtantiſsimum, recentia vulnera conglutinat, vetera carne implet, & ad cicatricem ducit.

OLEUM ANTHELMINTHICUM.

℞. Olei veteris, . . . libras duodecim & ſemis.
Fellis Taurini, ... libras duas & ſemis.

Cornu Cervi præparati, . . unciam unam.
Radicis Dictamni albi, . . . }
Gentianæ, ... } ana uncias duas.
Valerianæ, ... }
Floris Centaurii minoris, manipulos quinque.
Seminis Sancti, . . . unciam unam & ſemis.
Colocynthidis, ... uncias ſex.

Omnia ſecundum artem parata infundantur in vaſe idoneo, & inſolentur per quadraginta dies, poſteà coquantur in Balneo arenæ humidæ, vel vaporis ad humiditatis conſumptionem, & coletur.

Adde

Olei Spicæ odoratæ, ... uncias duas.

Adverſus lumbricos in infantibus præſidio eſt, umbilicali regioni illinitum.

OLEUM SANCTUM.

R. Olei veteris, ... libras ſex.
Vini Renani, ... libras tres.

Macera in menſe Auguſti, uſque in Solem Februarii, & adde

Florum Roris Marini, . . . }
Florum Hyperici, ... } ana libras duas.

Macera, & adde

Myrrhæ, ... }
Olibani, ... }
Carnis Mumiæ, ... } ana unciam ſemis.
Croci, ... }
Sacchari Candi, ... }

Digere

Extrahe humiditatem, & adde

Terebinthinæ Venetæ, ... unciam ſemis.

Exprime fortitèr addendo

Balſami Peruviani liquidi, . . . uncias duas.

Et inſola per dies quindecim.

Vulnerarium egregium, omnibus vulneribus cujuſcumque generis prodeſt.

CAPUT III.

DE BALSAMIS ARTIFICIALIBUS.

BALSAMUM, ARCÆI.

℞. Sevi Hircini, ... librам unam.
Terebinthinæ claræ, . . } ana uncias decem.
Gummi Elemi, ... }
Axungiæ Porcinæ, ... libram ſemis.

Liquentur, ſimul, colentur, & fiat Balſamum.

Nobile vulnerarium eſt eximiis viribus inſigne ad ulcera, vulneraque digerenda, & mundificanda.

BALSAMUM CATHOLICUM.

℞. Florum Hyperici cum ſeminibus ſiccorum, ... unciam ſemis.
Olivani, ... }
Radicis Angelicæ, ejus defectu, ... } ana unciam ſemis.
Carlinæ, ... }
Spiritus Vini rectificati, ... libras tres.

Digerantur, ſimul in vaſe optimè clauſo per octiduum loco calido, identidem agitando, tunc

℞. Benzoini optimi, ... uncias tres.
Styracis, ... uncias duas.
Balſami Tolutani ſicci, ... unciam unam.

Aloes Soccotrinæ, . . . }
Myrrhæ, ... } ana unciam ſemis.

Contrita injiciantur in tincturam ſupradictam, digerantur lento igne, ſive inſolentur per quadraginta dies: fiat colatura, & in vaſe vitreo optimè clauſo, ſervetur ad uſum.

In omnibus vulneribus prodeſt; in ulceribus, morſibus ab animalibus venenatis, & rabidis inſervit; ad dolores juncturarum, aurium, dentium, & hæmorrhoidum frigidè applicari debet; internè etiam laudatur ad affectus ſtomachi, & ad colicam præſertim flatulentam.

Doſis à guttis quatuor ad ſcrupulum ſemis.

Balſamum hoc variis præſcribitur nominibus. V. gr. *Balsamum Commendatoris*, *Balsamum Innocencii Undecimi*, & *Balsamum Persicum.*

BALSAMUM ANODYNUM.

℞. Saponis Hiſpanici, ... unciam unam.
Opii, ... unciam ſemis.
Camphoræ, ... drachmas ſex.
Croci, ... drachmam unam.
Spiritus Vini, . . . libram unam & ſemis.

Miſceantur, & digerantur in vaſe clauſo lento igne, per decem dies, poſteà tinctura coletur, & uſui ſervetur.

In omnibus doloribus mitigandis, ut in podagra, rheumatiſmo, & ſimilibus, proficuum valdè.

BALSAMUM RORIS MARINI vulgo de PORRAS.

℞. Olei Roris Marini ex Summitatibus Floridis, mediante infuſione, & coctione facti, ... libram unam & ſemis.
Terebinthinæ electæ, ... uncias ſex.

Ceræ Citrinæ, ... uncias quatuor.
Liquefiant, & ab igne ſemoto, adde
Balſami nigri, ... unciam unam.
Miſce ſecundum artem, & ſerva.

In vulneribus, ac ulceribus inſervit, & juncturarum doloribus prodeſt.

BALSAMUM UTERINUM, SIVE ANTI-HYSTERICUM.

℞. Olei Nucis Moſchatæ per expreſsionem facti, ... drachmas duas.
Pulveris Aſſæ fœtidæ, . . . drachmas duas.
Caſtorei, ... drachmam unam.
Olei diſtillati Succini, . } ana drachmas duas.
Rutæ, . . . }
Sabinæ, . }
Miſce optimè, & fiat Balſamum ſecundum artem.

In inſultibus hyſtericis, & hypochondriacis, naribus, temporibus, vertici, & umbilico applicatum, prodeſt; uteri dolores, ejuſque paſsiones egregiè demulcet, & ſedat.

BALSAMUM, SEU BUTYRUM SATURNI.

℞. Aceti Saturni, ... } ana partes æquales.
Olei Amygdalarum dulcium, ſeu Roſati, . . }

Acetum ſenſim ſuper Oleum affunde, & ſimul continuò in mortario marmoreo ducantur, donec linimenti ſpiſsitudinem acquirant.

In inflammationibus calidis confert, adverſus ulcera, ſcabiem, aduſtionem, & excoriationem valet.

BALSAMUM SULPHURIS TEREBINTHINATUM.

℞. Florum Sulphuris, ... uncias tres.
Olei Terebinthinæ, ... libram unam.

Omnia in Matracium vitreum immittantur, & igne arenæ ad Sulphuris ſolutionem digerantur, vel uſque Oleum ex rubro-nigricanti tingatur colore, tunc decanta, & ſerva.

In affectibus pectoris, & pulmonum, inſervit, ac in ulceribus fiſtuloſis externè applicatur.

Doſis pro uſu interno à guttis tribus ad octo.

Nota: cum Sulphuris pari Florum quantitate, Olei Succini, vel Aniſi diſtillati, ſive expreſsi fit BALSAMUM SULPHURIS ANISATUM, & SULPHURIS SUCCINATUM, & ſi eorum loco Nucum Juglandium addatur Oleum, *RULANDI* BALSAMUM erit.

BALSAMUM APOPLECTICUM.

℞. Olei Nucis Moſchatæ expreſsi, . uncias duas.
Oleorum ſtillatorum Roris Marini, .
Majoranæ, .
Thymi, .
Salviæ, . } ana drachmam unam.
Corticum Citri, .
Aurantiorum, } ana ſcrupulos duos.
Cinnamomi, .
Caryophyllorum, } ana ſcrupulum unum.
Rutæ, .
Succini rectificati, . } ana drachmam unam & ſemis.
Camphoræ, drachmas duas.

Fiat omnium ex arte Balſamum.

In capitis affectus ſublevandos expetitur.

Doſis à ſemiſcrupulo ad ſcrupulum unum.

In Aquis appropriatis ut in Polychreſta, Carmelitana, &c.

In Hyſtericis affectibus, flatulentiſque à nimia ſtomachi cruditate pendentibus, utilitèr exhibetur.

Concoctionem adjuvat, ſpiritus reficit, cor, & ſtomachum roborat.

Doſis à granis ſex ad octo.

BALSAMUM VIRIDE.

℞. Olei Seminis Lini, ... }
Olivarum, ... } ana uncias novem.
Laurini, . . . unciam unam & ſemis.
Terebinthinæ Venetæ, ... uncias tres.
Liquefiant igne lento, & refrigeratis adde
Pulveris Viridis Æris, drachmas quatuor & ſemis.
Aloes Soccotrinæ, . drachmas tres.
Vitrioli albi, . . . drachmas duas.
Oleorum diſtillatorum Baccarum Juniperi, ... drachmas ſex.
Caryophyllorum, ... drachmam unam & ſemis.

Fiat ex arte Balſamum.

Vulnerarium eſt optimum, mundificat, & conſolidat, etiam in animalium venenatorum morſibus valet.

GALBANETUM.

℞. Gummi Elemi, ... }
Hederæ, ... }
Galbani, ... } ana partes æquales.
Olei Laurini, ... }

Diſtilla per retortam in arena, & ſepara phlegma ab Oleo, & ad uſum repone.

Anti-Paralyticum eſt, & cephalicum, omnibus nervorum obſtructionibus, Paralyſi, Apoplexiæ, Letargo, & ſimilibus confert.

GALBANETUM PARACELSI.

℞.	Olei Olivarum, ...	libram unam.
	Olei Laurini, ...	uncias tres.
	Terebinthinæ, ...	libras quatuor.

Fiat diſtillatio per Alembicum.

Deindè

℞. Hujus Galbaneti, ... libras duas.
Iterum diſtilla per Alembicum in modum Balſami.

In Paralyſi, convulſione, & aliis nervorum paſſionibus à cauſa frigida, utilitèr adhibetur.

BALSAMUM TRANQUILLANS.

℞.	Foliorum Stramonii vulgaris, . .	ana uncias quatuor.
	Solani Officinarum, . .	
	Phytolaccæ, ...	
	Belladonæ, ...	
	Mandragoræ, . . .	
	Nicotianæ, ...	
	Hyoſcyami, ...	
	Papaveris albi, . . .	
	nigri, . . .	
	Florum vel Summitatum Roriſmarini,	ana unciam unam.
	Salviæ, .	
	Rutæ, . .	
	Abſynthii utriuſque,	
	Hyſſopi, .	
	Lavendulæ,	

Thymi,
Majoranæ,
Coſti hortenſis,
Menthæ,
Sambuci,
Hyperici,
Perſicariæ, . . . ana unciam unam.

Bufones, ... numero quinque.

Herbæ, quæ inodoræ ſunt minutim conciſæ, injiciantur per vices in

Olei Olivarum ferventis, . . libris quinque.

Coquantur levitèr. Herbis coctis, Bufones vivi in Oleum conjiciantur, & coquantur. In colaturam immittantur Flores, & Summitates Herbarum fragrantium conciſæ; macerentur ad Solem per quindecim dies. Colatum Balſamum & defœcatum ad uſum ſerva.

Externè adhibitum nervoſum genus roborat, anodynum eſt, & in ſiſtendis graviſsimis doloribus ejus vires compertæ ſunt.

CAPUT IV.

DE UNGUENTIS, ET LINIMENTIS.

UNguentum, ſeu Linimentum eſt Medicamentum topicum, modò liquidius, modò ſpiſsius, maximè ex Oleoſis compoſitum, leni fricatione, pro variis uſibus corpori, exterius applicatum.

Unguentum à verbo latino *Ungere*, Linimentum à verbo latino *Linire*, provenit.

UNGUENTUM POPULEON.

℞. Oculorum, Populi arboris recentium contuſorum, ... libras tres.
Axungiæ Porcinæ inſulſæ, recentèr fuſæ, ... libras ſex.

Miſta ſimul macerentur in vaſe fictili vitreato, ritè operculato, in loco modicè calido, donec herbæ ſequentes ſub initium Æſtatis poſsint colligi; ſcilicèt:

Foliorum Papaveris Rhœados,
Hyoſciami, ...
Sempervivi majoris,
minoris,
Mandragoræ, vel ejus defectu, Solani, ...
Lactucæ, ...
Bardanæ, ...
Violæ, ...
Umbilici Veneris, .
Cymarum Rubi tenerrimarum, ... } ana uncias ſex.

Solani, ... uncias novem.

Contuſa omnia, commiſceantur cum axungia, & oculis Populi, reponantur in loco calido per dies ſex; dein coquantur igne lento ad humiditatis conſumptionem, continuò ſpathulâ ligneâ agitando: cola, in torculari exprime; & Unguentum defœcatum ad uſum ſerva.

Anodynum eſt, febricitantibus, ac capiti dolentibus propter calorem, temporibus inunctum prodeſt, hæmorrhoidibus auxiliatur, & in mammis diſsipat lac.

UNGUENTUM ROSATUM.

℞. Axungiæ Porcinæ præparatæ, & Aqua Roſarum lotæ, ... libras tres.
Roſarum Rubrarum recentium, expanſarum, & contuſarum, ... } ana libram unam, & ſemis.
Roſarum Pallidarum, . . . }

Miſta omnia per dies duos mareſcere relinquantur, fuſa axungia igne lento percoletur, in colatura rurſus utrarumque Roſarum contuſarum, tantumdem ut anteà macerentur, & ſenſim lento calore decoquantur ad humiditatis conſumptionem, colentur, & exprimantur. Unguentum defœcatum reconde ad uſum.

Calorem immoderatum extinguit, præcipuè in inflammationibus calidioribus renum, hæmorrhoidum, & aliarum corporis partium.

UNGUENTUM ROSATUM SANTALINUM.

℞. Unguenti Roſati ſupradicti, . . libram unam.
Pulveris Santali Rubri, . . . unciam unam.
Miſce optimè, & fiat Unguentum ſecundum artem.
Ad idem valet.

BUTYRUM RUTÆ.

℞. Foliorum Rutæ, ... }
Abſynthi, ... } ana manipulos duos.
Menthæ, ... }
Aquæ Rutæ, ... uncias ſex.
Butyri Porcini, ... uncias ſexdecim.
Coquantur ſecundum artem, cola, & ſerva.

Commendatur hyſtericis, atque epilepticis; dolori colico externè illitum prodeſt.

UNGUENTUM DE LINARIA.

℞. Herbæ Linariæ cum Floribus, } ana libram unam.
Pinguedinis Porcinæ, . . . }

Contundantur, coquantur ad humiditatis conſumptionem, & exprimantur.

Specificum creditur eſſe ad hæmorrhoides dolentes, quibus plumaceolo, vitello ovi mixtum, applicatur.

UNGUENTUM SEU CERATUM REFRIGERANS.

℞. Olei Roſati Omphacini, . . . libram unam.
Ceræ albæ, ... uncias tres.

Liquentur lento igne, piſtillo ligneo agitentur, & ſæpiùs aquâ frigidiſsimâ laventur, donec Unguentum albeſcat.

Ad omnem calidam intemperiem inſervit, febrientibus quoque conducit, ad hypochondria adhiberi ſolet.

UNGUENTUM POMORUM.

℞. Benzoini optimi, ... } ana drachmas duas.
Styracis Calamitæ, . . . }
Caryophyllorum, . . . drachmam unam.

Craſsiuſculè trita ſacculo lineo includantur, qui in vaſe fictili vitreato ponatur, addendo

Axungiæ Porcinæ recentis mundatæ, lotæ, & liquatæ, ... libras ſex.
Pomorum Redolentium in partes ſectorum, ... numero duodecim.
Aquæ Roſarum, ... } ana uncias tres.
Naphæ, ... }

Coquantur levitèr ad humiditatis conſumptionem, & ſine expreſsione fiat colatura, ac Unguentum defœcatum reconde ad uſum.

Ad narium puſtulas, labiorum, & manuum fiſuras, aliarum corporis partium cicatrices; & præſertim, quæ à variolis proveniunt, commendatur.

UNGUENTUM OPHTHALMICUM.

℞. Butyri Porcini recentis, & loti, . uncias duas.
Pulveris Ceruſſæ præparatæ, unciam ſemis.
Tuthiæ præparatæ, } ana drachmam unam.
Camphoræ, . . }
Succi Limonum recentis, . . unciam ſemis.

Miſceantur optimè in mortario marmoreo, & uſui ſerventur.

In cataractis incipientibus, & calidis inflammationibus, ac doloroſis pro ſpecifico habetur.

ALIUD.

℞. Butyri Majalis recentis, & loti, . uncias octo.
Pulveris Tuthiæ præparatæ, . unciam unam.
Æruginis, . . } ana ſcrupulos duos.
Camphoræ optimæ, . . }

Miſce in mortario æneo, & fiat Unguentum lege artis.

Ad oculorum affectiones, fluxiones, ſcilicet, & inflammationes confert.

UNGUENTUM ALBUM SIMPLEX.

℞. Olei Roſati, ... libram unam & ſemis.
Pulveris Ceruſſæ, ... libram unam.
Ceræ albæ, . . . uncias quatuor & ſemis.

Poſt liquefactam in oleo ceram, Ceruſſa miſceatur, & agitetur Unguentum uſque ad refrigerationem.

Valet ad ambuſta, eryſipelata, ſcabiem, prurigines, puſtularum eruptiones, intemperiem ulcerum calidam, & alia cutis vitia, à ſalſedine enata, ſananda.

UNGUENTUM ALBUM CAMPHORATUM.

℞. Axungiæ recentis Porcinæ mundatæ, lotæ, & fuſæ, ... libram unam.
Pulveris Ceruſſæ, ... uncias quatuor.

Miſceantur in mortario marmoreo piſtillo ligneo movendo, donec cum Axungia, Ceruſſa benè commiſceatur, tunc adde

Camphoræ in Oleo Amygdalarum dulcium ſolutæ, ... drachmas duas.

Iterum agita, & fiat Unguentum ſecundum artem.

Hoc valentiùs habetur, quàm Unguentum album ſimplex, propter camphoram, & à Mulieribus pro coſmetico æſtimatur.

UNGUENTUM NUTRITUM.

℞. Lithargirii tenuiſsimè triti, . . . uncias ſex.
Olei Roſati, . . . libram unam & ſemis.
Aceti acerrimi, ... uncias octo.

Nutriatur in mortario æneo Lythargyrus, viciſsim affuſo modò Oleo, modò Aceto, donec continua agitatione Acetum, & Oleum Lithargyrus ebiberit, & Unguentum craſsitiem debitam, & candorem acquirat.

Poteſt etiam hoc Unguentum parari ſequenti modo: Lithargyrus, & Oleum ſimul decoquantur, ſenſim addendo parum Aceti, uſque ad Linimenti conſiſtentiam, dein in mortario aſsiduè agitentur, donec Unguentum albeſcat, & ad debitam perveniat conſiſtentiam.

Pruritum cutis mitigat, in ambuſtis prodeſt; ſcabiei convenit, doloreſque ſedat.

UNGUENTUM CINNABARINUM.

℞. Lithargyri, ...		uncias quatuor.
Tuthiæ præparatæ, . .	ana ~~partes æquales.~~ drachmas duas	
Mercurii dulcis, . . .		
Antimonii crudi præparati,		
Ceruſſæ, ...		unciam unam & ſemis.
Plumbi uſti præparati, ...		unciam ſemis.
Cinnabaris nativæ præparatæ, .		uncias duas.
Olei Roſati, ...		libras duas.
Ceræ Citrinæ, ... - . .		uncias ſex.

Fiat Unguentum lege artis.

Detergit, ſiccat, & vulnera conſolidat, inſervit præſertim ad luem veneream extirpandam.

UNGUENTUM TUTHIÆ.

℞. Olei Solani, ...	ana uncias ſex.	
Roſati, ...		
Ceræ, ...		uncias tres.
Pulveris Plumbi uſti, & loti,	ana unciam unam.	
Tuthiæ præparatæ,		
Thuris maſculi, .		
Ceruſſæ, ...		uncias duas.

Miſce, & fiat Unguentum ſecundum artem, uſui ſervandum.

In ulceribus calidis inſervit, humores ſalſos, & acres in his contentos dulcorat; refrigerat, ſiccat, & conſolidat; lymphas acidas corrodentes ulcerum, ac putrefacientes abſorbet.

UNGUENTUM PLUMBI.

℞. Pulveris Plumbi uſti, & præparati,	ana uncias duas.	
Lithargyri, ...		
Ceruſſæ præparatæ, .		unciam unam.

Antimonii præparati, . . unciam unam.
Olei Roſati, ... libras tres.
Ceræ, ... uncias novem.

Fiat Unguentum ſecundum artem.

Valet ad idem.

UNGUENTUM MAGISTRALE, seu DE MINIO.

℞. Olei Roſati, ... libram unam & ſemis.
Ceræ albæ, ... uncias quatuor & ſemis.
Minii, ... uncias quinque.
Ceruſſæ, ... }
Lithargyri, ... } ana unciam unam & ſemis.

Fiat Unguentum ſecundum artem.

Eaſdem habet virtutes.

UNGUENTUM ALBUM SARRACENUM.

℞. Olei Roſati, ... libram unam.
Lithargyri, ... }
Ceruſſæ, ... } ana uncias tres.
Sevi Caprini, ... uncias duas.
Aceti Roſati, ... uncias quatuor.

In mortario miſta, nutriantur, aſsiduè movendo, donec Unguenti ſpiſsitudinem acquirant, dein adde

Albuminum ovorum, ... numero duos.
Seminis Cucurbitæ mundati, & in paſtam redacti, ... drachmas tres.
Pulveris Maſtiches, ... unciam ſemis.
Camphoræ ſpiritu Vini ſolutæ, ſcrupulum unum.

Fiat Unguentum ſecundum artem.

Ad ambuſta, eryſipelata, ſcabiem, & cutis vitia, commendatur; ad hæmorrhoidum dolores; Prurigines, ac puſtularum eruptiones inſervit.

UNGUENTUM MERCURII.

℞. Axungiæ Porcinæ, ... libram unam.
Mercurii, ... libram ſemis.
Terebinthinæ, ... uncias duas.

Mercurius cum Terebinthina liquata in mortario æneo exactè extinguatur, poſteà adde Axungiam aſsiduè agitando, ut omnia exactiſsimè miſceantur.

Ad ſalivationem excitandam, fricatione mediante, inſervit; ſcabiei, Morphææ, aliiſque cutis vitiis maximè confert: uncturis admiſtum Pediculos, Pulices, atque Cimices enecat.

UNGUENTUM GUMMI ELEMI.

℞. Olei Roſarum, ... libram unam.
Reſinæ, . . , ... uncias quatuor.
Ceræ Citrinæ, ... ⎫
Gummi Elemi, ... ⎬ ana uncias tres.
Terebinthinæ, ... ⎭
Pulveris Gummi Ammoniaci. . uncias duas.

Fiat Unguentum ſecundum artem.

Digerit, maturat, ſuppurationemque promovet, tumoribus, & ulceribus applicitum.

UNGUENTUM DIGESTIVUM.

℞. Terebinthinæ Venetæ, . . . uncias duodecim.
Mellis Roſarum, ... uncias quatuor.
Olei Hyperici, ... uncias tres.
Pulveris Aloes, ... unciam unam.
Vitellorum Ovorum, ... numero duos.

Miſce optimè, & fiat Unguentum.

Tempore uſus admiſceatur Vitellum Ovi.

ALIUD.

℞. Terebinthinæ, ... uncias octo.
Vitella Ovorum, . . . numero quatuor.
Pulveris Maſtiches, }
Myrrhæ, . } ana unciam unam & ſemis.
Olivani, ... }
Fiat ſecundum artem Unguentum.

UNGUENTUM ALABASTRINUM.

℞. Florum, & Herbarum Chamæmeli, } ana uncias tres.
Rutæ, ... }
Roſarum, . }
Sambuci, . } ana unciam unam & ſemis.
Betonicæ, . }
Radicis Althææ, ... uncias dnas.
Olei Roſati, ... libram unam & ſemis.
Contundantur, & ad humiditatis exhalationem, coquantur, poſteà colentur; & exprimantur, è colatura cum
Alabaſtri puri, optimè lævigati, unciis tribus.
Ceræ albæ, ... unciis quinque.
Fiat Unguentum.
Temporibus, fronti, ſpinæ dorſi, & plantis pedum illinitur. Refrigerat, dolores mitigat, & ſomnum conciliat.

UNGUENTUM TETRAPHARMACUM,

SEU BASILICUM.

℞. Ceræ flavæ, ... }
Sevi Hircini. . . . . }
Reſinæ, ... } ana partes æquales.
Colophoniæ, ... }
Olei communis, . . . }

Fiat Unguentum ſecundum artem.
Digeſtivum, & ſuppurativum eſt.
Si Unguentum *BASILICUM NIGRUM* deſideras, prædicto Unguento adde
Picis Navalis, ſeu nigri, loco Colophoniæ.
Eaſdem virtutes obtinet.

UNGUENTUM MARCIATON.

℞. Radicis Enulæ Campanæ, . . . Valerianæ ſylveſtris, . . Bardanæ, ... Herbarum Abſynthii, . . . Abrotani, . . . Ocimi, ... Calaminthæ, . . . Hyperici, . . . Coſti hortenſis, . Majoranæ, . . Menthæ aquaticæ, Sabinæ, . . . Salviæ, ... Sambuci, . . .	ana uncias tres.
Summitatum cum Floribus Chamæmeli, . Meliloti, ſeu Trifolii, . . Stœchados, . .	ana uncias duas
Foliorum Lauri, ... Ebuli, ... Roris marini, . . Rutæ, ...	ana uncias ſex.
Seminum Cumini, ... Fœnugræci, . . Urticæ majoris, .	ana unciam unam.

Contuſa, & inciſa per biduum igne lento macerentur in

Olei communis, ... libris duodecim.

Coque ad humidi ferè conſumptionem: cola, & fortitèr exprime: dein adde

Ceræ flavæ, ... libras tres.

Axungiæ Porcinæ antiquæ, . . . libram unam.

Liquefiant, & colentur, ac ſemirefrigeratis permiſce,

Styracis liquidi, ... uncias quatuor.

Pulveris Maſtiches, ... uncias duas.

Agita, donec penitus frigeſcant, & uſui ſerva.

Nervinum eſt, affectibus cerebri, nervorum, articulorumque frigidis inſervit; tremori, convulſioni, paralyſi, arthritidi efficax valdè; tumorem, ac duritiem ſplenis emollit.

UNGUENTUM AREGON.

℞. Foliorum Conyzæ majoris,
Laureolæ, . .
Cucumeris agreſtis,
Calaminthæ, . .
Roris marini, . .
Majoranæ, . .
Thymi, . . .
Rutæ, ...
Lauri, ...
Sabinæ, . . .
Salviæ, . . .
} ana uncias quatuor.

Radicis Bryoniæ, ...
Ari, ...
Cucumeris ſylveſtris,
} ana uncias duas.

Contuſa, & inciſa, per triduum macerentur, in

Olei Olivarum, ... libris decem.

Coquantur igne lento ad humiditatis conſumptionem, cola, & exprime, Oleo defœcato adde

Ceræ, ... libram unam, & ſemis.
Butyri recentis, ... } ana uncias quatuor.
Adipis Urſini, ... }

Liquefiant, ſemirefrigeratis adde

Pulveris Radicis Pyrethri, . . }
Zingiberis, . }
Piperis nigri, . . } ana unciam unam.
Euphorbii, . . . }
Maſtiches, . . . }
Thuris, ... }

Miſceantur optimè, & fiat Unguentum.

Convulſionibus, ac reſolutionibus partium, ut paralyſi, dolori etiam colico, & nephritico prodeſt.

UNGUENTUM ÆGYPTIACUM.

℞. Mellis optimi, . . . uncias quatuordecim.
Aceti fortis, ... uncias ſeptem.
Viridis Æris pulverati, . . uncias quinque.

Coquantur ſimul igne lento ad Unguenti debitam craſſitiem, ita ut colorem purpureum Unguentum acquirat.

Antiqua ulcera, & fiſtuloſa tergit, putredinem aufert, carnem excreſcentem, & mortuam exedit.

UNGUENTUM AGRIPPÆ

℞. Radicum recentium Bryoniæ, } ana libram unam.
Cucumeris aſinini, }

Radicis Scillæ, ... } ana libram ſemis.
Ireos, ... }
Ebuli, ... }

Radices mundatæ, inciſæ, & contuſæ macerentur per biduum in

Olei, ... libris quatuor.

Coque igne lento, non tamen ad omnimodam humiditatis conſumptionem, cola, & in Oleo defœcato diſſolve

Ceræ albæ, ... libram unam.

Fiat Unguentum ſecundum artem.

Tumores ædematoſos reſolvit, nervorum contractiones ſanat; necnon ventri illitum, regioni ſplenis, & ventriculi obſtructiones tollit, alvumque laxat.

UNGUENTUM ARTHANITÆ.

℞. Succi, vel decocti fortis Arthanitæ, ejus defectu Cucumeris aſinini, . . . libras duas.

Succi, ſeu decocti Cucumeris agreſtis, ... } ana uncias octo.
Butyri Vaccini, ... }

Olei Irini, ... libras duas.

Colocynthidos, ... uncias duas.

Polypodii, ... uncias tres.

Euphorbii, ... drachmas duas.

Omnia miſta, macerentur per horas viginti quatuor, poſteà coquantur ad humiditatis ferè conſumptionem, exprime Oleum, expreſsioni adde

Ceræ, ... libram ſemis.

Sagapeni præparati, . . }
Fellis Taurini ad Mellis inſpiſsitudinem redacti, . }
Scammonii, ... } ana unciam ſemis.
Jalappæ, ... }
Colocynthidos, . . . }
Foliorum Mezereonis, . }
Aloes, ... }

Salis Gemmæ, ...
Euphorbii, ...
Piperis longi, ... } ana drachmas duas.
Mirrhæ, ...
Zingiberis, ...
Florum Chamæmeli, .

Pulveriſanda, ſubtilitèr pulveriſentur, dein in oleo Cera liquefiat, poſteà in parte hujus Unguenti miſceatur optimè Fellis inſpiſſamentum, & Sagapeni ſolutio, & reliqua, cum pulveribus permiſta, ad uſum ſerva.

Abdomini illitum, alvum clauſam reſerandi virtutem accipit, tumores ædematoſos diſcutit, aquas hydropicorum expellit, menſes retentos, & ſuppreſſos provocat, vermes abdomini applicitum necat, & educit; ſed cave ne Pueris delicatioribus, ſub Emplaſtri ſpecie imponas, Euphorbium enim rubefaciendi vim habet, ne excoriationem excitet.

Suficit, inunxiſſe Abdomini Unguentum ſemel in die.

UNGUENTUM ALTHÆÆ COMPOSITUM.

℞. Olei ex mucilaginibus, ... libras duas.
Ceræ flavæ, ...
Reſinæ, ... } ana libram ſemis.

Omnibus lento igne liquatis, colatis, & admodum tepidis, immiſce

Gummi Galbani in vino albo ſoluti, colati, & ad Mellis conſiſtentiam cocti, unciam unam.
Terebinthinæ, ... uncias duas.
Gummi Hederæ pulverati, . unciam unam.

Fiat Unguentum ſecundum artem.

Omiſſo Galbano, & Gummi Hederæ, *Unguentum Althææ simplex* vocatur.

Ad emolliendum, calefaciendum, & humectandum pectoris dolorem leniendum, viſcerumque duritiès laxandas communitèr commendatur.

UNGUENTUM CUCURBITÆ.

℞. Cucurbitæ communis, . . .
Foliorum Portulacæ, . . .
Violarum, . . .
Plantaginis, . . .
Solani, . . . } ana libram unam.

Contundantur in mortario marmoreo, & in
Olei communis, ... libris quinque.

Per biduum loco calido macerentur; poſteà coquantur ad humiditatis ferè conſumptionem, fortitèr exprimantur, ac in Oleo defœcato, liquefiat
Ceræ, ... libra una.

Et fiat Unguentum lege artis.

Refrigerat, humectat, dolores ab humore acri ſedat, hecticorum dorſo, & renum regioni inunctum, ardoribus, ſudoribuſque nocturnis, & colliquativis commendatur.

UNGUENTUM APOSTOLORUM.

℞. Olei communis, ... libras duas.
Lithargyri ſubtilitèr triti, . . uncias duas.
Aceti acerrimi, ... uncias ſex.

Coquantur lento igne continuò ſpathulâ movendo, uſque ad Aceti conſumptionem, quibus adde
Ceræ flavæ, ... uncias ſex.
Terebinthinæ, ...
Reſinæ, ... } ana uncias duas.

Liquefiant, & colentur, poſteà adjice ſoluta, colata, & ad Mellis conſiſtentiam inſpiſſata.
Gummi Galbani, ...
Opoponacis, . . .
Ammoniaci, . . . } ana unciam unam.

	Bdellii, ...	ana drachmas ſex.
Pulveris	Ariſtolochiæ longæ,	
	Myrrhæ, ...	
	Thuris, ...	

Æruginis, ſeu viridis æris, unciam unam & ſemis.

Miſce, & fiat Unguentum ſecundum artem.

Ad vulnera, & ulcera ſordida difficilis curationis inſervit, ſinus, fiſtulaſque detergit, & plagas ſanat.

UNGUENTUM COMITISSÆ.

℞. Olei Myrthi, ... libram unam.
Ceræ citrinæ, ... uncias tres.

Liquatis, & ab igne ſemotis, adde ſequentia in pulverem ſubtilem redacta.

Gallarum immaturarum, . . .	unciam unam.
Baccarum Myrthi, ...	ana drachmas duas
Nucum Cupreſsi, ...	
Corticum Granatorum, . .	
Seminis, ſeu acinorum uvarum, ...	
Plantaginis, . .	
Sumach, . . .	ana unciam ſemis.
Aluminis Rupei, ...	
Maſtiches, ...	

Fiat Unguentum lege artis.

Laudatur ad abortum prohibendum, Uteri, Alvi & Renum laxitatem, ad Hernias, ani & Uteri procidentias; applicatur lumbis, Abdomini, vel illinendo, vel linteis illitum imponendo.

Pro Unguento corticum Caſtanearum inſervit.

UNGUENTUM DEOPPILATIVUM.

℞. Foliorum Cicutæ, . . . }
Apii, ... }
Ebuli, ... } ana libram unam.
Petroſelini, . . }
Sabinæ, . . . }
Radicis Capparum, . . . }
Irini, ... } ana libram ſemis.
Bryoniæ, . . . }
Inciſa, & contuſa in
Olei Olivarum, ... libris ſex.

Per quatriduum loco tepido macerentur, dein coque ad humiditatis conſumptionem, cola, exprime, & in Oleo defœcato liquefiat

Ceræ citrinæ, ... libra una & ſemis.

Semirefrigerato Unguento adde

Pulveris Gummi Ammoniaci, }
Ariſtolochiæ longæ, } ana uncias duas.

Miſce, & fiat Unguentum ſecundum artem.

In obſtructionibus hepatis, lienis, & aliorum viſcerum prodeſt, ac ideò in tumoribus duris, ſcirrhoſiſque convenit.

Pro omnibus deoppilativis Unguentis inſervit.

UNGUENTUM CORDIALE.

℞. Unguenti Roſati, ... libram unam.
Butyri Naphæ, . . , ... uncias ſex.
Pulveris Santali rubri, unciam unam & ſemis.
Lætificantis, ... drachmas tres.
Ceræ albæ, ... uncias tres.
Camphoræ, ... drachmas tres.

Exactè miſceantur, & fiat Unguentum ſecundum artem.

Vitales partes roborare creditur: od idque ad ſyncopem, cordis palpitationem, & affectus melancholicos proficere.

UNGUENTUM FILII ZACHARIÆ.

℞. Ceræ flavæ, ...
Medullæ Cruris Vaccæ, .
Adipis Porcinæ, ...
Gallinæ, ...
Olei Seminis Lini, ...
} ana libram ſemis.

Omnia liqueſiant, & ſemirefrigeratis adde
Mucilaginis Seminis Lini, & Fœnugræci, ... libram ſemis.

Agita, aſsiduè movendo, donec mucilago exactè miſceatur, & Unguentum infrigidatum reconde ad uſum.

Juncturarum tophos, ac nodos duros emollit, & diſſolvit, inunctum pectoris regioni craſſa, lentaque pulmonum, thoracis excrementa ad ejectionem, per ſputum habiliora, & aptiora reddit.

UNGUENTUM NERVINUM.

℞. Herbarum recentium Salviæ, .
Ivæ Arthriticæ,
Majoranæ, .
Roris Marini, .
Menthæ, . .
Rutæ, . . .
Summitatum floridarum Verbaſci, ...
Lavendulæ, . .
Hyperici, . .
Chamæmeli, . .
Meliloti, . . .
} ana uncias duas.

Baccarum Lauri, ... } ana unciam unam.
Juniperi, ... }

Inciſa, & contuſa immergantur in

Olei Lumbricorum, ... libris tribus.

Macerentur per biduum : coquantur ad humiditatis conſumptionem ; exprime, cola, & in Oleo defœcato liqueſcant

Ceræ, ... unciæ novem.

Semirefrigerato Unguento, adde

Olei, ſeu Butyri Ceræ diſtillati, ... } ana uncias duas.
Terebinthinæ, . . . }

Unguenti Althææ, ... uncias quatuor.

Miſce exactè, & uſui ſerva.

Frigidos nervorum morbos aufert, ac eorum doloribus opitulatur.

UNGUENTUM AD HERPES.

℞. Unguenti Roſati, ... uncias ſex.
Mercurii præparati albi, . . . drachmas ſex.

Agita in mortario donec ritè miſceantur.

In omnibus cutis vitiis, ſcabie, herpetibus, impetigine, & ſimilibus affectionibus ab humoribus ſalſis, acribuſque productis, confert.

UNGUENTUM AD SCABIEM, TINEAM, ET CÆTERA CUTIS VITIA.

℞. Mercurii vivi, ... uncias tres.
Terebinthinæ Venetæ, libram unam & ſemis.
Butyri Vaccini, ... libras duas.
Lithargyri, . . . } ana unciam unam & ſemis.
Ceruſſæ, . . . }

Olei Lumbricorum, . . . } ana libram unam.
Roſati, ... }
Ceræ Citrinæ, ... uncias quatuor.

Fiat ex arte Unguentum uſui ſervandum.

BUTYRUM ANTI-HERPETICUM, SEU SPERMATIS DICTUM.

℞. Spermatis Ceti, ... uncias tres.
Olei Amygdalarum dulcium ſine igne, uncias tres.
Ceræ albæ, ... unciam ſemis.

Liquefiant lento igne, poſteà adde

Aquæ Roſarum, ... unciam ſemis.
Sacchari Saturni, . . . ſcrupulum unum.
Præcipitati albi, . . ſcrupulos duos & ſemis.
Aquæ albæ Mercurii, drachmam unam & ſemis.

Omnia miſceantur, agitentur in mortario vitreo uſque ad albedinem.

Vitia cutis corrigit, Herpetibus, impetigini, & ſimilibus affectibus cutaneis prodeſt.

UNGUENTUM AD MAMMARUM FISSURAS.

℞. Olei Roſati, ... libram unam.
Lithargyri, ... } ana uncias quatuor.
Aceti, ... }

Miſce, & coquantur ad Aceti conſumptionem, dein liquefiant Ceræ flavæ, ... unciæ tres.

Semirefrigerato Unguento adde

Mellis optimi, ... uncias tres.
Pulveris Myrrhæ, . . . } ana unciam unam.
Thuris, ... }

Miſce optimè, & ſerva ad uſum.

Adhibetur felicitèr Nutricibus, maturat apoſtemata, & mollit durities mammarum, lac retinere facit, & earum Fiſſuras, quæ apud Græcos nominantur ῥαγάδες, ſanat.

UNGUENTUM AD MAMMARUM DURITIEM.

℞. Olei communis, ... libram unam.
Ceræ albæ, ...
Axungiæ Porcinæ, . . .
Butyri Vaccini, ... ana libram ſemis.
Sevi caſtrati, ...
Lithargyri ſubtilitèr triti, .

Miſceantur omnia, & lento igne coquantur aſſiduè ſpathulâ ligneâ movendo, donec Unguenti conſiſtentiam acquirant, dein adde

Seminis Cumini pulverati, . uncias quatuor.

Miſce, & uſui ſerva.

Puerperis familiare eſt: lac in mammis coagulatum ſolvit, ejuſque exuberationem abſumit.

UNGUENTUM HÆMORRHOIDALE EXTEMPORANEUM

℞. Unguenti Populei, ...
Lythargyri nutriti, . ana uncias tres.
Vitellorum Ovorum, ... numero tres.
Pulveris Croci, . . drachmam unam & ſemis.
Opii, ... drachmam ſemis.

Miſce in mortario marmoreo, diu agitando, & fiat Unguentum ſecundum artem.

Ejus præcipuus uſus eſt in hæmorrhoidum doloribus ſedandis, & earum inflammationibus reſolvendis.

UNGUENTUM DIAPALMÆ.

℞. Emplaſtri Diapalmæ, ... libram unam.
Olei Roſati, ... uncias octo.
Terebinthinæ optimæ, ... uncias duas.

Fiat Unguentum ſecundum artem.

Pro Polychreſto habetur, in vulneribus, & ulceribus, ambuſtiſque utitur.

Si drachmæ duæ Camphoræ addantur, vocatur *Unguentum*, ſeu *Diapalma Camphorata.*

Hìc autem Pharmacopœi monendi ſunt, de ratione quâ Unguenta componi debent: nempè eam proportionem Olei ad Ceram obſervandam eſſe, quæ mediis temporibus, Autumno ſcilicet, ac Vere locum habere poſsit, Æſtate enim, ut periti hujus artis norunt, paulò plus Ceræ adhiberi oportet, Hieme paulò minus; ſic enim æqualis, quacumque anni tempeſtate Unguentorum conſiſtentia, in eorum uſu, haud paulò melior obtinebitur.

CAPUT V.

DE EMPLASTRIS, ET CERATIS.

EMplaſtrum, & Ceratum eſt Medicamentum topicum, ex variis ſimplicibus, præcipuè ex Oleoſis, Calcibus Mineralibus compoſitum, & ad conſiſtentiam ſolidam redactum.

Emplaſtrum, à Cerato tantùm diſtinguitur conſiſtentia, quia aliquatenùs durius eſt Cerato.

EMPLASTRUM DIAPALMA.

℞. Lithargyri tenuiſsimè triti, . . .
Olei communis, ...
Axungiæ Suillæ ritè expurgatæ, } ana libras tres.
Aquæ ſimplicis, . . . quantitatem ſufficientem.

Miſceantur optimè, & igne lento bulliant, ſpathulâ ligneâ aſsiduè movendo, donec digitis non adhæreant, tunc adde

Ceræ albæ. . . . . uncias novem.
Reſinæ, ... uncias ſex.

Vitrioli albi in aqua ſoluti, . uncias quatuor.

Iterùm coque ad Emplaſtri conſiſtentiam.

Si loco Vitrioli albi, Colcothar pulveratum adhibeatur, *Emplastrum* tunc *Diachalciteos* appellatur.

Vulneribus, ac ulceribus malignis antiquis, & novis auxiliatur, ad oſsium fracturas, & luxationes quoque prodeſt.

EMPLASTRUM DE CERUSSA.

℞. Ceruſſæ electæ pulveratæ, . . }
Olei Roſati, ... } ana libras tres.
Aquæ fontanæ, . . quantitatem ſufficientem.

Bulliant ſimul, uſquedùm incorporentur, & digitis tractari poſsint, tunc adde

Ceræ albæ, ... uncias octo.

Liqueſcant, & fiat Emplaſtrum ſecundum artem.

Leves cutis exulcerationes ſanat, ulceribus quoque ſordidis dicatum eſt, quia validè exſiccat, & refrigerat, cicatrices etiam inducit.

DIACHYLON SIMPLEX.

℞. Radicum recentium Althææ }
per taleolas ſectarum, . }
Seminum Fœnugræci, . } ana uncias quatuor.
Lini, ... }

Infundantur in

Aquæ, ... libris octo.

Supra Cineres calidos ſubinde levitèr coquantur, ad mucilaginis extractionem. Cola, & exprime.

Tum ſume

Mucilaginis expreſſæ, ... libras tres.
Lithargyri ſubtilitèr triti, . - libras duas.
Olei Olivarum, ... libras quatuor.

Coquantur ſimul Lithargyrus, & Oleum, ſenſim ad-

dendo mucilaginem, ad humidi ferè conſumptionem, vel ad juſtam Emplaſtri conſiſtentiam.

Emollit, reſolvit, atque digerit, ob idque in tumoribus quibuſcumque, maturationem quamdam requirentibus, utilitèr applicatur.

Si ad libram unam hujus Emplaſtri, adhuc calentis, addatur Pulveris Radicis Ireos uncia una, *Emplastrum Diachylon Iriatum* vocatur, & vires præſtantiſsimas quàm præcedens obtinet.

DIACHYLON MAGNUM.

℞. Radicum Althææ recentium, minutìm inciſarum, . . .
Paſſularum, ...
Ficuum pinguium, . .
Seminum Fœnugræci, .
Lini, . . . } ana uncias quatuor.

Radicis Ireos, ...
Scillæ, ... } ana uncias tres.

Anethi, ...
Chamæmeli, ... } ana uncias duas.

Inciſa, & contuſa macerentur in
Aquæ ferventis, ... libris decem.

Super cineres calidos per biduum: dein lento igne parùm decoquantur, ſpathulâ ligneâ ſæpè movendo. Cola,

Tum adde
Ichthyocollæ albæ, nitidæ, minutim inciſæ, ... unciam ſemis.

Maceretur in aqua calenti, ut mucilago extrahatur, coletur, ac cum priori mucilagine miſceatur.

Iterum adde
Lithargyri præparati, ... libras duas.
Olei communis, ... libras quatuor.

Coquantur ſimul, ſenſim admiſcendo mucilagines ſu-

prædictas ad humidi ferè conſumptionem, tum adde

OEſipi, ... }
Reſinæ Pini puræ, . . . } ana uncias quatuor.
Ceræ flavæ, ... }
Terebinthinæ, ... libram ſemis.

Liquefiant, & fiat Emplaſtrum ſecundum artem.

Potentèr juvat maturationem tumorum durorum, ad ſuppurationem tendentium, duritiem reſolvit, ac emollit egregiè.

DIACHYLON GUMMATUM.

℞. Gummi Ammoniaci, . . . }
Galbani, . . . }
Bdelli, ... } ana unciam unam.
Sagapeni, ... }

Diſſolvantur in

Vini albi, ... quantitate ſufficienti.

Colentur, & ad mellis conſiſtentiam inſpiſſentur, ſubindè exactè miſceantur cum

Maſſæ Emplaſtri Diachyli majoris ſupradicti, ... libris tribus.

Et fiat Emplaſtrum ſecundum artem uſui ſervandum.

Ad omnium corporis partium tumores reſolvendos, ſcirrhos hepatis, & lienis diſcutiendos, confert; ſtrumas, ac inveteratos abſceſſus diſſolvit.

EMPLASTRUM PUNCTURALE.

℞. Gummi Elemi, ... }
Galbani, ... }
Reſinæ Pini, ... } ana uncias duas.
Terebinthinæ, ... }
Ceræ Citrinæ, ... }
Radicis Ariſtolochiæ, utriuſque pulveriſati, ... } ana unciam unam.

Thuris pulveriſati, ... unciam unam.
Cinnabaris nativæ optimè pulveriſatæ, . . .
. . . . uncias tres.

Omnia ritè parata miſceantur, & lege artis fiat Emplaſtrum.

In vulneribus, ſeu punctuis calidè applicitum, prodeſſe dicitur: Iſchiadico dolori quoque conferre.

EMPLASTRUM REGIUM, VULGO, *DE MINIO*.

℞. Olei communis, ... libras duas.
Axungiæ Porcinæ, . . . uncias ſexdecim.
Minii, ... uncias viginti.
Aceti, ... libram unam & ſemis.

Omnia coquantur lento igne, addendo ſenſim Acetum, ad humidi ferè conſumptionem, & ad debitam Emplaſtri ſpiſsitudinem, tunc adde

Ceræ Citrinæ, ... uncias octo.
Minii, ... uncias quatuor.

Liqueſcant, & fiat Emplaſtrum ſecundum artem.

Emollit, diſſolvit, & digerit; in tumoribus calidis utilitèr applicatur: ulcera ſiccat, & cicatricem inducit.

EMPLASTRUM DE CERUSSA USTA, SEU *NIGRUM DICTUM*.

℞. Olei Roſati, ...
Ceruſſæ electæ tenuiſsimè pulveratæ, ... } ana libram unam.

Coquantur ſecundum artem uſquedum nigricantem colorem, & Emplaſtri conſiſtentiam acquiſierint, ſub finem addendo

Ceræ flavæ, ... uncias quatuor.

Iterùm coque, & fiat Emplaſtrum uſui ſervandum.

Fiſtulas, & ulcera difficilis curationis, quæ adhuc incarnata non ſunt, ſiccat, detergit & curat.

EMPLASTRUM ANTI-PODAGRICUM,

SEU SAPONACEUM.

℞. Saponis Hiſpani, ... uncias ſex.
Olei communis, ... libras quatuor.

Miſce lento igne, tum adde

Pulveris Minii, ... libras duas.
Ceruſſæ electæ, . . . libram unam.

Coquantur moderato igne, ſpathulâ ligneâ aſsiduè movendo, donec conſiſtentiam Emplaſtri duriorem acquirant, addendo, inter coquendum, paululùm aquæ, ne aduratur, dein adjice

Ceræ flavæ, ... uncias tres.

Miſce, & fiat Emplaſtrum lege artis; tandem ab igne ſemoto, ſemirefrigerato, ſub continua agitatione, commiſce

Camphoræ ſpiritu Vini ſolutæ, . uncias duas,

Et uſui ſervetur.

Potentiſsimè reſolvit, materiam inſpiſſatam emollit, & diſcutit; ad dolores arthriticos ex lympha tenuiori productos, prodeſt: item ad podagram ſedandam, tumores induratos; pedum callos emollit, atque reſolvit; uterum roborat umbilico impoſitum, & menſes ciet; ambuſtis quoquè medetur.

Nota, quod in Officinis aſſervari ſolet ſine Camphora, & *EMPLASTRUM SAPONIS SIMPLEX* vocatur; & extemporaneè, addita Camphora, *EMPLASTRUM CAMPHORATUM* habetur.

Ad idem valet, ſed minori cum efficacia.

EMPLASTRUM MANUS DEI.

℞. Olei communis, ... libras quatuor.
Lithargyri præparati, ... libras duas.

Miſce, & in Cacabo æneo amplo, debitè agitentur, deindè addantur

Aquæ communis, ... libræ duæ.

Coque, ut artis eſt, ad Emplaſtri ſolidi conſiſtentiam, tunc injice

Ceræ Citrinæ, ... libram unam.

Liqueſcat, & ab igne ſemoto, commiſce

Gummi Galbani, ... Opoponacis, ... Ammoniaci, ... Sagapeni, ...	ana uncias tres.

Quibus anteà ſolutis, percolatis, inſpiſſatiſque addantur

Terebinthinæ claræ, ... unciæ quatuor.
Olei Laurini, ... uncia una & ſemis.

Pulveris Myrrhæ, ... Olibani, ... Maſtiches, ...	ana unciæ tres.

Æruginis, ... unciæ duæ.

Pulveris Lapidis Calaminaris, . Magnetis præparati, . . . Ariſtolochiæ longæ, . . Rotundæ,	ana uncia una & ſemis.

His omnibus ritè permiſtis, confectum erit Emplaſtrum.

Ad maligna ulcera confert; eorum ſaniem, ac putredinem detergit, & abſumit; novam carnem procreat, & ad cicatricem perducit; durities reſolvit, ac emollit.

Adhibetur ferè in omnibus vulneribus, & ulceribus, tumoribus, atque contuſionibus.

Pro *Emplaſtro Paracelsi*, & *Divino* inſervit.

EMPLASTRUM DE RANIS.

℞. Ranas aquatiles viventes, numero quadraginta.
Lumbricorum terreſtrium, . . . libras duas.
Radicum recentium Ebuli, . } ana libram unam
Enulæ, . } & ſemis.
Summitatum Anethi, ... } ana libram ſemis.
Florum ſiccorum Chamæmeli, }
Lavendulæ, }
Matricariæ, }
Meliloti, . } ana unciam unam.
Schœnanthi, }
Stœchados, }

Omnia inciſa, & contuſa infundantur, ac macerentur in

Aquæ communis, . . . libris duodecim.
Aceti acerrimi, ... libris quatuor.

Per biduum, dein coquantur igne lento ad quartæ partis conſumptionem, exprimantur, & decoctum coletur.

Sume

Hujus decocti, ... libras ſex.
Olei communis, ... libras duodecim.

Miſce, & coque ad humiditatis ferè exhalationem, deindè adde

Lithargyri præparati, ... libras ſex.
Olei ſupradicti defœcati, . . . libras novem.
Axungiæ Porcinæ, ... libras tres.

Axungia in Oleo liqueſcat, & cum Lithargyro omnia ſimul frigidè in cacabo æneo nutriantur; ſubindè coquantur, ſenſim decocti præſcripti, quod ſat, admiſcendo, ſpathulâ ligneâ aſsiduè movendo ad humiditatis conſumptionem, & ad ſolidam Emplaſtri conſiſtentiam, poſteà adjice

Axungiæ Viperarum, vel Urſi, . uncias ſex.

Olei Baccarum Lauri, . . . uncias quatuor.
Ceræ Citrinæ, ... libras tres.
Styracis liquidæ, ... uncias quatuor.
Terebinthinæ claræ, ... uncias duas.

Benè permiſtis, & Emplaſtro ab igne ſemoto, inſperge

Pulverum	Olibani, . . .		
	Euphorbii, . . .		
	Myrrhæ, . . .	}	ana unciam unam.
	Croci, . . .		
	Spicæ, ...		

Fiat Emplaſtrum ſecundum artem, quod *Simplex*, ſeu *ſine Mercurio de Ranis* vocatur.

Ad dolores, ex frigida cauſa ortos, mirè conducit; etiamque tumores reſolvit, atque emollit.

EMPLASTRUM DE RANIS CUM MERCURIO.

℞. Hidrargyri per alutam trajecti, . . librum unam.
Extingue cum

Terebinthinæ, ...	}	ana unciis duabus.
Styracis liquidæ repurgatæ,		

Hidrargyrus exactè extinctus, commiſceatur cum
Emplaſtri ſupradicti, . . . , . . libris octo.

Ac debitè permiſtis, ſervetur Emplaſtrum ad uſum.

In diſsipandis artuum tumoribus, & Omoplatarum doloribus, coxendicumque à lue venerea inveterata, præſertim obortis, valet. Sunt, qui ad Salivationem excitandam utuntur.

Si vero Emplaſtrum validiùs expoſcitur, Doſis Hydragyri augeri ſolet, ad duplum, triplum, vel quadruplum.

EMPLASTRUM DIABOTANUM.

℞. Foliorum recentium cum
Radicibus Bardanæ, . . .
Petaſitidis, . . .
Calendulæ, . . .
Cicutæ, . . .
Chamæpithyos, .
Leviſtici, . . .
Valerianæ majoris,
Angelicæ hortenſis,
Enulæ campanæ, .
Raphani ruſticani,
Cucumeris ſylveſtris, . .
Scrophulariæ, .
Illecebræ, . .
Chelidonii majoris, .
& minoris,
Gratiolæ, . .
} ana uncias tres.

Coque in Aquæ communis, . ſufficienti quantitate.
Decocto colato adde
Succorum Cicutæ, ...
Chelidonii majoris,
Hormini, . . .
} ana libras duas.
Illecebræ, ... libram ſemis.

Rurſus coque in Balneo Maris, ad Extracti ſolidioris conſiſtentiam: hoc facto, unicuique libræ admiſce
Gummi Galbani, ...
Ammoniaci, . . .
Opoponacis, . . .
Sagapeni, . . .
} ana uncias duas.

Diſſolve ſecundum artem in ſufficienti quantitate Ace-

ti Scillitici: inſpiſſa leniter ad ignem, & miſce cum Extracto ſupradicto: iterum ſume

Litargyri lævigati, libram unam, & uncias quatuor.

Olei Lumbricorum, ... }
Catellorum, ... } ana ſemilibram.
Meliloti, ... }
Mucaginum, ... }

Aquæ fontis, ... uncias decem.

Coque ſimul ex arte ad Cerati paulo ſolidioris conſiſtentiam: inter coctionem vero per vices admiſce maſſam ſupradictam Extracti cum Gummi: exactè commixtis omnibus adde

Sulphuris pulveriſati, . uncias ſeptem & ſemis;

quo etiam perfectè ſoluto, aſſunde quæ ſequuntur ſeorſim prius liquefacta, & percolata:

Ceræ flavæ, ... }
Styracis liquidæ, ... } ana uncias octo.
Picis Græcæ, ... }

Facta omnium mixtione, Cacabum remove ab igne, & maſſæ ſemirefrigeratæ inſperge pulveres, nempe

Radicum Ireos Florentinæ, }
Cyclaminis, . . }
Ranunculi Tuberoſi, . . }
Coronæ Imperialis, . . } ana drachmas tres.
Serpentariæ, . }
Hellebori albi, . }

Sigilli Beatæ Mariæ, }
Ari, ... } ana ſemiunciam.

Trium Ariſtolochiarum, ... drachmam unam.

Aſari, . . . unciam unam & ſemis.

Foliorum Piſtachiorum, . . drachmas duas.

Baccarum Lauri, ... drachmas duas.
Seminum Angelicæ, . . } ana drachmas tres.
Naſturtii, . . }
Cumini, . unciam unam & ſemis.
Fimi Columbini, ... unciam ſemis.
Bituminis Judaici, . . }
Olibani, ... } ana uncias quatuor.
Maſtiches, ... }
Gummi Tacamahacæ, . . . libram ſemis.
Bdellii, ... } ana unciam unam & ſemis.
Myrrhæ, ... }
Euphorbii, ... ſemiunciam.

His omnibus rite permixtis, ultimo ſuperadde
Camphoræ, ... ſemiunciam.
In Olei Caryophyllorum, . . . drachmis ſex.
ſolutæ.
Olei de Lateribus, ... drachmas decem.

Miſce, & fiat Emplaſtrum ex lege artis.

Digerit, & maturat quaſcumque materias frigidas, & quæ ſunt ſolutu contumaces; ſcrophulas, nodos, ulcera calloſa, tumores ſcirrhoſos Meſenterii, Splenis, aliorumque viſcerum potentiſsimè reſolvit.

Alii addunt unicuique libræ prædicti Emplaſtri *Mercurii*, in uncia una Terebinthinæ extincti, uncias duas.

Tùm verò *Emplastrum Diabotanum* cum *Mercurio* vocatur.

Diabotanum dicitur ob inſignem Vegetabilium quantitatem, ex quibus componitur.

EMPLASTRUM REGIUM, SEU CONTRA RUPTURAM.

℞. Picis nigræ, ... libram unam & ſemis.
Ceræ Citrinæ, ... } ana uncias octo.
Terebinthinæ claræ, . . . }
Labdani minutim inciſi, ... uncias duas.
Liquefactis adde
Hypociſtidos in decocto nucum Cupreſsi ſoluti, & ad pultis formam redacti, unciam unam.
Ab igne ſemotis, inſperge
Pulverum Maſtiches, . . } ana drachmas duas & ſemis.
Radicis Conſolidæ majoris, . . }
Terræ ſigillatæ, ſeu Boli Armenæ, . } ana unciam unam & ſemis.
Lapidis Hæmatitis præparati, . . }
Nucum Cupreſsi, . . . unciam unam.

Miſceantur exactè, & fiat Emplaſtrum lege artis ad uſum ſervandum.

Laudatur ad Hernias, quoniam partes nimis laxas firmat, & conſtringit.

EMPLASTRUM CATAGMATICUM, VULGO CONFORTATIVUM.

℞. Radicum, & Foliorum Conſolidæ majoris, . . . }
Baccarum Myrthi, . . }
Radicis Althææ, . . . } ana uncias quatuor.
Roſarum Rubrarum, . . }
Foliorum Salicis, . . . }
Summitatum Hyperici, . . }
Inciſa, & contuſa in
Aquæ Chalybiatæ, ... libris novem.

Coquantur ad tertiæ partis conſumptionem. Tum Sume

Olei Olivarum, ... libras quatuor.
Sevi Hircini, ... libram unam.

Quibus liquatis, adde

Lithargyri Aurei, ... libras duas.

Exactè miſceantur, & lento igne decoquantur ſenſim, addendo decoctum ſupradictum, ad humiditatis ferè exhalationem, & tenuiorem Emplaſtri conſiſtentiam, ſubindè in eo liqueſcant

Ceræ Citrinæ, ... libra una.
Terebinthinæ claræ, ... unciæ tres.

Iterum coque ad juſtam conſiſtentiam, & Emplaſtro ab igne ſemoto, & ſemirefrigerato, inſperge ſequentia in pulverem redacta, nempe

Boli Armenæ præparatæ, . . . uncias quatuor.
Olivani, ... }
Myrrhæ, ... } ana uncias duas.
Maſtiches, ... }
Sanguinis Draconis veri, ... uncias tres.
Minii, ... uncias ſex.

Miſce, & fiat Emplaſtrum ſecundum artem.

Luxationibus, ac fracturis oſsium à Chirurgis felici effectu imponitur.

EMPLASTRUM AD HERNIAM, VULGO, *CONTRA* RUPTURAM DE PELLE DICTUM.

℞. Baccarum Myrthi contuſarum, }
Lumbricorum terreſtrium vino } ana uncias ſex.
lotorum, ... }

Coquantur in

Aquæ Ferrariæ, ... libris octo.

Ad dimidias: cola, tunc

Sume

Decocti præſcripti, ...	libras tres.
Olei, ...	libras duas.
Lithargyri, ...	libram unam.

Frigidè in Cacabo æneo nutriantur, dein coquantur ad humiditatis conſumptionem, & Emplaſtri mollis conſiſtentiam, poſteà adjice

Ceræ citrinæ, ...	libram unam.
Picis nigræ, ... Reſinæ, ... Colophoniæ, ...	ana uncias novem.

Liquatis ſuperadde

Gummi Ammoniaci, . . . Galbani, in Aceto ſolutorum, & ad mellis conſiſtentiam coctorum, . .	ana uncias quatuor.

Benè permiſtis, ac ab igne Emplaſtro ſemoto, ſemique refrigerato, paulatim immiſce pulveres ſequentes: ſcilicèt

Myrrhæ, ... Thuris, ... Maſtiches, ... Sanguinis Taurini, ſeu Porcini, vel Hircini, . Collæ fortis, ...	ana uncias quatuor.
Radicum Ariſtolochiæ longæ, rotundæ, . Conſolidæ majoris, minoris, Gallarum, ... Boli Armenæ, ... Gypſi, ... Mumiæ, ...	ana uncias tres.

Et aſsiduè fortitèr agitando, fiat Emplaſtrum ſecundum artem.

Ad idem valet, ſed majori cum efficacia.

EMPLASTRUM DE MELILOTO SIMPLEX.

℞. Summitatum floridarum Meliloti, recentium, ... libras quatuor.

Incidantur, & contundantur in mortario marmoreo, ac immittantur in

Sevi Hircini liquefacti, ... libris quinque.

Coque lento igne ad humidi ferè exhalationem, Sevo fortitèr expreſſo, immiſce

Reſinæ, ... libras octo.
Ceræ flavæ, ... libras quatuor.

Et factum erit Emplaſtrum, uſui aſſervandum.

EMPLASTRUM DE MELILOTO COMPOSITUM.

℞. Maſſæ prædicti Emplaſtri, ... libras tres.
Liqueſcat, & adde
Pulveris Florum Chamæmeli, . } ana uncias tres.
Meliloti, ... }
Radicis Ireos, ... } ana unciam unam.
Althææ, ... }
Croci, ... unciam ſemis.
Gummi Ammoniaci, . . . } ana uncias duas.
Bdellii, ... }
Fœnugræci, ... unciam unam.
Terebinthinæ claræ, ... uncias ſex.

Fiat Emplaſtrum ſecundum artem.

Anodynum, carminativum, reſolutivum, & emolliens eſt; omnem ſtomachi duritiem, lienis, hepatis, ac aliorum viſcerum, & reliquarum partium mollificat; flatus diſcutit, ac reſolvit.

EMPLASTRUM DE CICUTA.

℞. Ceræ Citrinæ, ... }
Reſinæ Pini, ... } ana libram ſemis.
Picis albæ, ... uncias ſeptem.
Gummi Ammoniaci, Aceto Scillitico ſoluti, & ad Emplaſtri formam inſpiſſati, uncias octo.

Liquentur ſimul Balneo Maris.

Liquatis adde

Succi Cicutæ recenter extracti, & non defœcati, ... libras ſex.

Agita ſpathulâ ligneâ, donec fœcula Succi cum maſſa reſinoſa intimè miſceatur; dein remove ab igne. Supernatantem, & ferè refrigeratum liquorem decanta.

Fiat Emplaſtrum ſecundum artem, addendo, ſi opus fuerit, pro Emplaſtri conſiſtentia.

Olei Capparum, . quantitatem ſufficientem.

Potentiſsimum eſt reſolvens & emolliens, hinc in Scirrhis, & tumoribus præcipuè Lienis, adhibetur.

EMPLASTRUM MAGNETICUM ARSENICALE.

℞. Sagapeni, ... }
Ammoniaci, ... }
Galbani in Aceto Scillitico ſolutorum, ... } ana uncias tres.
Ceræ flavæ, ... }
Terebinthinæ Venetæ, . } ana uncias quatuor, & ſemis.
Magnetis Arſenicalis in Alkool redacti, ... uncias tres.
Terræ Vitrioli lotæ, ſeu Colcotharis, unciam unam.
Olei Succini, ... , . . . unciam ſemis.

Fiat Emplaſtrum lege artis.

Anthracibus peſtilentibus applicatum, illicò maturat,

rumpit, & venenum extrahit, ac certiſsimum etiam eſt præſidium contra ſcrophulas.

EMPLASTRUM DIAPHORETICUM.

℞. Gummi Ammoniaci, ... uncias duas.
Galbani, ... unciam unam.

Solvantur in ſufficienti Aceti quantitate ad pultis formam, tunc

Ceræ flavæ, ... libram unam.
Terebinthinæ claræ, ... uncias tres.
Picis Græcæ, ... uncias quatuor.

Liquata invicem leni igne Cacabo æneo, ſeparatim, & non nimis calidè ſuperioribus gummatibus ſenſim, ac alternatim ſub continua agitatione infuſis; hinc etiam inſpergantur ſucceſsivè pulveres, nempe

Gummi Bdellii, ... uncias quatuor.
Succini Citrini, ... uncias tres.
Olibani, ... } ana unciam unam.
Maſtiches. . . . . . . }
Juniperi, ... drachmas ſex.

Agitentur aſsiduè donec omnia commiſta, atque exactè unita ſint, & fiat Emplaſtrum uſui ſervandum.

Diſcutit, ſeroſam humiditatem abſumit, & extrahit: hinc in fluxionibus frigidis, iſchiadico dolore, intumeſcentia pedum, parotidibus pituitoſis, ubi ſuppurationi incumbere nolumus, efficaciter inſervit.

EMPLASTRUM ODONTALGICUM.

℞. Gummi Tacamahacæ, . . . } ana unciam ſemis.
Elemi, ... }
Olibani, ... } ana drachmas duas.
Maſtiches, ... }
Reſinæ, ... unciam unam & ſemis.
Camphoræ, ... ſcrupulos quatuor.

Opii, ... drachmam unam.
Petrolei, ... quantitatem ſufficientem.

Lento igne liquefiat Reſina, dein admiſce Gummi Elemi, poſteà pulveres cæterorum Gummi, & Opii, ultimò Camphoram in Petroleo ſolutam: fiat Emplaſtrum ſecundum artem, cui Olei Caryophyllorum guttæ aliquot admiſcebuntur.

In dentium doloribus proficit, temporibus applicatum.

EMPLASTRUM STOMACHICUM.

℞. Ceræ Citrinæ, . . . libras duas, & ſemis.
Terebinthinæ, ... libras tres.
Gummi Tacamahacæ, . libras duas & ſemis.
Styracis, . . . } ana uncias quatuor & ſemis.
Maſtiches, . . }
Labdani puri, . }
Benzoini, ... } ana uncias duas, & drachmas duas.
Caryophyllorum, . . . }
Nucis Moſchatæ, . . . }
Olei diſtillati Menthæ, . } ana drachmas duas.
Abſynthii, ... }

Miſce, & fiat Emplaſtrum ſecundum artem.

Cera liquefiat, & in calenti mortario Labdanum, ac Styrax contundantur, donec molleſcant, mox adde Terebinthinam, & Ceram liquefactas: dein inſperge Gummi pulverata, jugiter agitando, ac cæteros pulveres, tandem fermè refrigerato Emplaſtro inſtilla olea eſſentialia, & fiat Emplaſtrum ad uſum ſervandum.

EMPLASTRUM TACAMAHACÆ.

℞. Tacamahacæ, ... uncias octo.
Terebinthinæ, ... uncias quatuor.

Liquefactis ad lentum ignem, & per linteum rarum colatis adde

Ceræ albæ, ... uncias duas.
Miſce, & fiat Emplaſtrum ſecundum artem.

Imbecillitati ſtomachi opitulatur. Temporibus in dolore Capitis feliciter applicatur.

EMPLASTRUM MATRICALE.

℞. Galbani in Aceto ſoluti ad Extracti liquidioris conſiſtentiam cocti, ... uncias tres.
Paulatim calore lento miſceatur cum
Terebinthinæ, ... uncia una.
Dein adde
Ceræ liquefactæ, ... uncias octo.
Tunc inſperge ſequentia in pulverem redacta, ſcilicèt
Tacamahacæ, ... } ana unciam unam.
Aſſæ fœtidæ, ... }
Myrrhæ, ... unciam ſemis.
Bdellii, ... drachmas duas.
Animæ, ... drachmas ſex.
Caſtorei, ... } ana drachmas tres.
Cumini, ... }
Et forti agitatione exactiſsimè miſceantur, in fine adde
Olei Succini, ... drachmas duas.
Fiat Emplaſtrum lege artis.

Uteri affectibus prodeſt; calefacit, flatus diſsipat, doloreſque ſedat, in ſuffocatione uteri, & ſtrangulatione, umbilico impoſitum, proficuum valdè.

EMPLASTRUM OXYCROCEUM.

℞. Colophoniæ, ... }
Reſinæ, ... } ana uncias quatuor.
Ceræ flavæ, ... }
Gummi Ammoniaci, . . . } ana unciam unam,
Galbani, ... } & ſemis.

Terebinthinæ, . . . unciam unam & ſemis.

Gummi Aceto ſolvantur, ac ad mellis ſpiſsitudinem coquantur; Terebinthina, & Gummi inſpiſſata permiſceantur: intereà Colophonia, Reſina, & Cera lento igne liquefiant: his ab igne ſemotis tantiſper refrigeratis, immiſce diligentèr Gummi, poſteà illico inſperge pulveres ſequentes, ſcilicèt

Olivani, ... }
Maſtiches, ... } ana unciam unam
Myrrhæ, ... } & ſemis.
Croci, ... }

Fiat ex arte Emplaſtrum.

Ad oſſa, & nervos contuſos, dolores omnes ex contuſione ortos, valet.

EMPLASTRUM GUILLERMI SERVITORIS.

℞. Reſinæ, ... }
Colophoniæ, ... } ana libras duas.
Ceræ, ... libram unam.
Terebinthinæ, ... uncias octo.

Liquefiant, & colentur, quibus adde

Pulveris Zingiberis, . unciam unam & ſemis.
Baccarum Lauri, . }
Sulphuris, . . }
Seminis Aniſi, . }
Naſturtii, }
Summitatum Pulegii, . . . }
Thuris, . . . } ana unciam unam.
Croci, ... }
Maſtiches, . . . }
Caryophyllorum, }
Cinnamomi, . . }

Miſce exactè, & fiat Emplaſtrum ſecundum artem.

Ad eoſdem uſus, ut Oxycroceum valet.

EMPLASTRUM BENEDICTUM.

℞. Radicis Althææ, ... } ana uncias duas.
Arundinis, ... }
Iridis, ... uncias tres.

Inciſæ, & contuſæ macerentur in

Olei communis, ... libris tribus.

Dein coquantur ad humiditatis conſumptionem, ut Radices nigreſcant: cola, & permiſce

Ceruſſæ pulveratæ, ... uncias ſex.

Tuthiæ præparatæ, ... uncias tres.

Coquantur, ſimul ſpathulâ ſemper agitando, donec Emplaſtri conſiſtentiam mollem acquirant, ſubinde adde

Ceræ Citrinæ, ... uncias quatuor.

Iterum coque ad debitam conſiſtentiam, ac ab igne ſemoto, ſemique refrigerato, immiſce

Balſami nigri Peruviani, . . . unciam ſemis.

Agita optimè, & fiat Emplaſtrum ſecundum artem.

Ad maturanda, rumpenda, & ſananda omnia apoſtematum genera, aptiſsimum habetur.

EMPLASTRUM ANODYNUM.

℞. Emplaſtri Diachyli minoris, . . libram unam.
Ceræ albæ, ... uncias ſex.
Axungiæ Gallinæ, . . . }
Porcinæ, . . . } ana uncias duas.
Sevi Hircini, ... }

Omnia liquefiant, & fiat Emplaſtrum lege artis.

Emollit, maturat, & ad ſuppurationem deducit; ſimulque egregiè dolores mitigat, ac demulcet.

EMPLASTRUM ANDREÆ A CRUCE.

℞. Reſinæ puræ, ... uncias ſexdecim.
Gummi Elemi, ... uncias quinque.
Terebinthinæ claræ, . . . } ana uncias duas.
Olei Laurini, ... }
Ceræ albæ, ... unciam unam.

Liquefiant, & colentur, fiatque Emplaſtrum ſecundum artem.

Ad pectoris, & capitis ulcera, & aliarum corporis partium confert; mundificat, glutinat, conſolidat; fracturis & contuſionibus etiam prodeſt.

EMPLASTRUM DE GALBANO CROCATUM.

℞. Gummi Galbani in Aceto ſoluti, & inſpiſſati, ... uncias ſex.
Emplaſtri Meliloti compoſiti, } ana uncias quatuor.
Diachyli minoris, }
Ceræ flavæ, ... uncias duas.
Terebinthinæ, ... unciam unam.

Galbanum, in Terebinthina lento igne miſtum, cum Cera, & Emplaſtris liquatis uniatur, dein adde
Pulveris Croci, ... drachmas ſex.

Miſce, & fiat Emplaſtrum lege artis.

Commendatur ad emolliendos, & reſolvendos tumores duros, ac ſcirrhoſos, necnon ad ſedandos, mitigandoſque vehementes partium dolores.

EMPLASTRUM CARMINATIVUM.

℞. Gummi Galbani, ... }
Bdellii, ... } ana uncias tres.
Ammoniaci, ... }
Opii Thebaici, ... drachmas ſex.

Diſſolve in Aceto Scillitico, cola, & inſpiſſa ad Emplaſtri conſiſtentiam mollis, tunc adde

Ceræ Citrinæ, ... } ana uncias tres.
Colophoniæ, ... }
Terebinthinæ, ... drachmas ſex.

Liquefactis, & ſemirefrigeratis, permiſce

Pulveris Thuris, ... } ana unciam unam & ſemis.
Myrrhæ, . . . }
Balſami nigri Peruviani, . } ana drachmas ſex.
Olei Philoſophorum, . . }
Petrolei, ... drachmas tres.
Carvi diſtillati, . . . drachmam unam.

Agita optimè, ut fiat Emplaſtrum ſecundum artem.

Ad Hydropem valet; flatus diſſipat; tumores duros, frigidoſque reſolvit, colicos dolores mitigat; obſtructiones lienis, hepatis, & ventris inferioris aperit.

EMPLASTRUM BETONICÆ.

℞. Succi Foliorum Betonicæ defœcati, ... libram unam & ſemis.

Foliorum recentium Betonicæ, . } ana libram unam.
Plantaginis, . }
Lauri, . . }
Apii, . . }
Verbenæ, . }
Salviæ, . . }
Ceræ flavæ, ... uncias viginti.
Reſinæ, ... libras duas, & ſemis.
Picis Græcæ, ... uncias quatuordecim.
Terebinthinæ, ... , . . uncias ſexdecim.
Maſtiches, ... } ana unciam unam.
Olibani, ... }
Gummi Elemi puriſsimi, . }

Liquefiant igne lento, liquatis adde herbas contuſas,

& Succum, coque ad humiditatis ferè exhalationem. Cola & fortitèr exprime. Superſtiti maſſæ adde Pulveres Gummi Elemi, Maſtiches, & Olibani. Miſce optimè, ut fiat Emplaſtrum.

In contuſionibus, & vulneribus Capitis potiſsimum commendatur.

EMPLASTRUM SPERMATIS CETI.

℞. Ceræ albæ, ... uncias quatuor.
Spermatis Ceti, ... } ana uncias duas.
Emplaſtri Diachyli minoris, . }
Olei Amygdalarum dulcium, ſine igne extracti, ... unciam ſemis.

Fiat ex arte Emplaſtrum ad uſum.

Sanguinem, & lac in primis grumoſum, & coagulatum reſolvere creditur, hinc ſæpiuſculè in Mammis, à lacte induratis, in uſum venit.

EMPLASTRUM GALBANI.

℞. Galbani Aceto præparati, . . . libram unam.
Terebinthinæ, ... uncias quinque.
Ceræ, ... uncias octo.

Fiat ex arte Emplaſtrum ad uſum ſervandum.

Tumores duros reſolvere creditur, ſimul ſcrophulas, & tophos, eorumque ſedare dolores; & clavis, calliſque pedum convenire.

EMPLASTRUM DIASULPHURIS.

℞. Florum Sulphuris, ... } ana libram ſemis.
Terebinthinæ Venetæ, . . . }

Liquefiant ſimul igne lento, aſsiduè movendo, donec perfecta fiat ſolutio; tunc removeatur ab igne, & adde
Terebinthinæ, ... libram unam.

Agitentur uſque refrixerint, ac iterum ſuperadde
Ceræ Citrinæ, ... uncias ſex.
Liquatis, & ab igne ſemotis, injice
Pulveris Myrrhæ, ... libras duas.
Camphoræ, ... uncias tres.
Miſce optimè, & fiat ex arte Emplaſtrum uſui ſervandum.

In hyſtericis paſſionibus, Umbilico applicatum, mirè prodeſt.

EMPLASTRUM SILIQUARUM.

℞. Extracti Siliquarum, . . . } ana libram ſemis.
Roris marini, . . . }
Mellis, ... , ... uncias duas.
Emplaſtri contra rupturam, ad Hernias de pelle, . } ana uncias quatuor.
Reſinæ Pini, ... }
Picis Græcæ, ... }
Ceræ Citrinæ, ... uncias ſex.
Croci Martis aſtringentis, . . drachmas ſex.
Tincturæ Lapidis Hæmatitis aſtringentis, ... unciam ſemis.

Fiat lege artis Emplaſtrum ad uſum ſervandum.

Ad idem præſtat, velut Emplaſtrum de Pelle Arietina, ſed maximè in Puerorum rupturis convenit.

EMPLASTRUM IMPERIALE.

℞. Emplaſtri Regii, ſeu contra rupturam, ... } ana uncias quatuor.
Confortativi Vigonis, . . }
De Pelle Arietina, . . }
Emplaſtri Guillermi Servitoris, } ana uncias duas.
Siliquarum, . . . }

Croci Martis aſtringentis, . . . unciam ſemis.
Salis Saturni, ... } ana drachmas duas.
Camphoræ, ... }
Fiat omnium Emplaſtrum ex arte, uſui ſervandum. Ad abortum præcavendum pro ſpecifico habetur.

CAPUT VI.

DE CADAVERUM CONDITURA.

PULVIS pro CORDE CONDIENDO.

℞. Nucis Moſchatæ, . . . }
Benzoini, ... }
Caryophyllorum, . . . } ana uncias quatuor.
Aloes, ... }
Myrrhæ, ... } ana uncias octo.
Cinnamomi, ... }
Fiat omnium pulvis ſubtilis.

PULVIS ad INTERANEA CONDIENDA, CAVITATESQUE IMPLENDAS.

℞. Salis decrepitati, ... libras ſex.
Bituminis Judaici, ... libras decem.
Aloes, ... } ana libras ſexdecim.
Myrrhæ, ... }
Radicum Aſari, ... }
Zingiberis, ... }
Iridis Florentinæ, . } ana libras tres.
Imperatoriæ, . . . }

Acori, ſeu Calami aromatici Officinarum,
Angelicæ, ... } ana libras tres.

Lignorum Cedrini, ...
Saſſafràs, ...
Juniperi, ...
Rhodii, ...
Santali Citrini, . } ana libras duas.

Summitatum Abſynthii, . .
Salviæ, . . .
Roris marini, .
Stœchados, .
Menthæ, . .
Sabinæ, . .
Thymi, . .
Lavendulæ, . } ana libram unam.

Omnia ex arte in pulverem ſubtilem redigantur.

PULVIS AD CARNES REPLENDAS.

℞. Caryophyllorum, ...
Nucis Moſchatæ, . . .
Radicum Acori, ...
Enulæ, . . .
Cyperi longi, . .
Iridis Florentinæ, .
Piperis albi, ...
longi, ...
Cinnamomi, ...
Caſsiæ Caryophyllatæ, . .
Corticis Winteri, . . . } ana libram ſemis.

Aloes, ...
Myrrhæ, ... } ana libras tres.

Olibani, ...
Benzoini, ... } ana libras duas.

Tacamahacæ, ...	ana libras duas.
Bituminis Judaici, ...	
Foliorum Thymi, . . .	ana libram unam.
Lauri, ...	
Majoranæ, . .	
Lavendulæ, ...	libras duas.

Fiat omnium ex arte pulvis ſubtilis.

BALSAMUM PRO CORPORE LORICANDO.

℞. Styracis liquidæ, ...	ana libram unam & ſemis.
Balſami Copaibæ, . . .	
Peruviani, . . .	
Oleorum Lavendulæ, . .	ana unciam ſemis.
Thymi, ...	
Nucis Moſchatæ, . .	libram ſemis.

Fiat omnium ex arte Balſamum.

SPARADRAPPUS AD CONDITUM CORPUS INVOLVENDUM.

℞. Oleorum eſſentialium Citrei,	ana uncias quatuor.
Lavendulæ,	
Thymi, .	
Nucis Moſchatæ, ...	libram ſemis.
Ceræ albæ, ...	libras octo.

Cera igne lento liqueſcat, dein ab igne removeatur, & adde Olea eſſentialia, ut fiat ex arte Unguentum, in quo panni ſerici immergantur, & more ſolito fiat Sparadrappus.

SPIRITUS VINI CAMPHORATUS AD SINGULAS LOTIONES CORPORIS CONDIENDI.

℞. Camphoræ, ...	libras duas.
Spiritus Vini rectificati, . .	libras duodecim.

Diſſolve ſecundum artem, & ſerva ad uſum.

NOTA.

Quamvis multæ, & diverſæ Pulverum Compoſitiones adversùs Epilepſiam, aliaſque nervorum affectiones *Capite de Pulveribus* (ut nemini dubium eſt) jam ſint deſcriptæ, nimirùm: *PULVERIS IMPERIALIS*, *DE GUTTETA*, *PULVERIS EPILEPTICI*, & *CEPHALICI MICHAELIS*; abs re non erit, hîc etiam *PULVERIS EPILEPTICI MARCHIONIS* adnectere compoſitionem, quippè cùm ejus uſus *MEDICIS MATRITENSIBUS* in ipſorum ſchedulis, jam familiaris eſſe conſueverit, opus eſt eam indicare.

PULVIS EPILEPTICUS MARCHIONIS.

℞. Radicum Pœoniæ maris, . . . uncias tres.
Viſci Quercini, ...
Raſuræ Eboris, ...
Ungulæ Alcis, ...
Cornu Cervi, ...
Spodii, ...
Coralliorum Rubrorum, .
Alborum, .
Margaritarum præparatarum,
ana drachmas ſex.
Folia Auri, ... numero viginti.

Fiat Pulvis ſubtiliſsimus.

Doſis à ſemiſcrupulo ad ſemidrachmam.

Non ſolùm Pueris, ſed etiam Adultis, Epilepticis motibus vexatis, commodè & utilitèr exhibetur.

PARS SEXTA.
DE OPERATIONIBUS CHYMICIS.

CAPUT PRIMUM.
DE AQUIS SIMPLICIBUS DISTILLATIS.

AQUA RORIS MAJALIS.

R. Roris Majalis, ... quantum libuerit. Diſtilla lento igne in Cucurbita benè ſtannata, ſeu Balneo Mariæ, aut Vaporis, ſecundum artem, ad duarum, triumve partium remanentiam, & uſui ſerva.

Aperitiva, diuretica, & deobſtructiva eſt.

Sic diſtillantur

Aquæ Pluviales,
Fontanæ,
Fluviatiles,
Serum Lactis,
& ſimilium.

Bbb

AQUA ACETOSÆ.

℞. Herbæ Acetoſæ recentis, antequam ſemine ſit prægnatæ, collectæ, . . . libras viginti.

Minutim concidantur: mitte in veſicam æneam ſtanno obductam, & affunde

Aquæ communis, . . . libras quadraginta.

Adaptetur capitellum refrigeratorio ſuo munitum, & addito recipiente, fiat diſtillatio lege artis, ad viginti librarum remanentiam.

Aqua elicita, per dies aliquot Soli exponatur.

Refrigerat, & temperat febrium ardores.

Sic diſtillantur aquæ Herbarum ſucculentarum

Lactucæ,
Oxytriphyllii,
Portulacæ,
Solani,
Sempervivi,
Chelidonii,
Fumariæ,
Plantaginis,
Borraginis,
Cichorii,
Bugloſsi,
& ſimilium.

AQUA CARDUI BENEDICTI.

℞. Cardui Benedicti, . . . libras duodecim.

Contundantur in mortario marmoreo, & macerentur per biduum in

Aquæ communis, . . . libris triginta ſex.

Diſtillentur modo prædicto ad remanentiam librarum viginti, & uſui ſerva.

Sudorifera, & antifebrilis eſt.

Extractum fieri poteſt ex reſiduo in veſicam relicto, liquorem exprimendo, clarificando, & ad debitam conſiſtentiam evaporando. Eaſdem vires habet.

Eodem diſtillantur modo Aquæ ex herbis minùs ſucculentis,

Arthemiſiæ,
Betonicæ,
Argentinæ,
Bugulæ,
Calendulæ,
Centaurii minoris,
Centinodii,
Bardanæ,
Conſolidæ majoris,
Hederæ terreſtris,
Euphraſiæ,
Herniariæ,
Sabinæ,
Scabioſæ,
Saniculæ,
Veronicæ,
Verbenæ,
Ulmariæ,
Tuſſilaginis,
& ſimilium.

AQUA COCHLEARIÆ.

℞. Cochleariæ recentis, ... libras decem.
Minutim inciſæ, immitte in Cucurbitam, ſuperaffundendo

Aquæ communis, ... libras viginti.

Diſtillentur lento igne ſecundum artem ad remanentiam librarum decem, & in vaſe benè obturato ad uſum ſerva.

Etiam fieri poteſt extractum, modo ſupradicto

Anti-ſcorbutica eſt, obſtructiones tollit, urinam ciet, & craſſos diſſolvit humores.

Sic diſtillantur Aquæ ex Herbis Succo acri expletis, ſeu ſaturatis.

Beccabungæ,
Berulæ,
Cochleariæ,
Naſturtii,
Trifolii Fibrini,
Lepidii,
Radicum Raphani ruſticani, ſcobinâ deraſarum,
& ſimilium.

AQUA ABSYNTHII.

R. Summitatum recentium Abſynthii, libras octo.
Aquæ communis, . . libras viginti quatuor.

Macerentur per viginti quatuor horas: dein diſtillentur ad libras octo.

Calefacit, & ſiccat; in ventriculi affectibus prodeſt; in febribus præſertim declinantibus, plerùmque fructuosè exhibetur.

Hoc modo diſtillantur Aquæ ex Summitatibus floridis Plantarum Aromaticarum, ſcilicet

Chamæmeli,
Chærophyllii,
Fœniculi,
Hyſſopi,
Majoranæ,
Meliſſæ,
Menthæ,
Rutæ,

Salviæ,
Scordii,
Matricariæ,
Tanaceti,
Pulegii,
Thymi,
Myrthi,
Lauri,
Lentiſci,
& ſimilium.

AQUA BACCARUM JUNIPERI.

℞. Baccarum recentium Juniperi contuſarum, ... libras quatuor.
Aquæ communis, ... libras ſexdecim.

Macerentur per horas viginti quatuor, loco tepido, dein diſtillentur ſecundum artem, circiter ad medias, & ſerva ad uſum.

Diuretica eſt, propterea in renibus expurgandis omninò laudem meretur.

Ex materia reſidua diſtillationis Extractum fieri poteſt, & eaſdem virtutes obtinet, quàm aqua diſtillata.

Theriaca Germanorum à Medicis communitèr appellatur.

Simili modo ſequentes Aquæ diſtillantur.

Baccarum Lauri,
Seminum Aniſi,
Anethi,
Apii,
Carvi,
Cumini,
Dauci,
Fœniculi,

AQUA RADICIS TORMENTILLÆ.

℞. Radicum recentium Tormentillæ, libras duodecim. Laventur, & contundantur; mittantur in vas idoneum ſuperaffundendo

Aquæ communis calefactæ, . libras ſexaginta.

Digerantur per biduum, poſteà diſtillentur ad remanentiam librarum quadraginta.

Alexipharmaca, aſtringens eſt, ideò in ventris fluxibus ſanguiniſque ſputo prodeſt.

Doſis ab unciis quatuor ad ſex.

Reſiduum diſtillationis coletur, & prælo exprimatur, & igne lento ad extracti conſiſtentiam decoquatur.

Eodem modo diſtillantur Aquæ

Radicum Viperinæ,
Fragorum,
Cichorii,
& ſimilium.

AQUA ROSARUM.

℞. Roſarum mundatarum Pallidarum, } ana libras octo.
Rubrarum, }

Aquæ fontis, ... libras quadraginta.

Macerentur per biduum, & diſtillentur lege artis ad dimidias.

Communitèr in Medicina exteriùs utitur, nempè in Collyriis, Epithematibus, Embrocationibus, & Defenſivis; reſolutiva eſt, temperat, dolores demulcet, & levitèr aſtringit: ſi interiùs cum duplici Sacchari quantitate adminiſtratur, *JULEPUS ROSATUS* vocatur, & pro medicamento cordiali, temperanti, confortantique habere creditur.

Hoc modo diſtillantur Aquæ

Florum Aurantiorum,
Caryophyllorum Hortenſium,
Liliorum alborum,
Lavandulæ,
Liliorum Convallium,
Anthos,
Calendulæ,
Nimphææ,
Papaveris Rhœados,
Pœoniæ,
Sambuci,
Stechados,
Tiliæ,
& ſimilium.

Nota: Ex dictis Floribus priùs mundatis poſſe aliquos diſtillari in Balneo Maris, ſeu Vaporis, abſque extera humiditate, & liquor diſtillatus AQUÆ ESSENTIALIS nomine inſignitur.

AQUA CERASORUM NIGRORUM.

℞. Ceraſorum Nigrorum maturorum, cum nucleis contuſorum, ... } ana libras duodecim.
Aquæ communis, . . . }

Macerentur per biduum, & diſtillentur ſecundum artem ad remanentiam librarum duodecim.

Pro cordiali, & anti-epileptica habetur.

Sic diſtillantur Aquæ fructuum

Fragorum,
Framboeſiæ,
Ribium,

Cæraſorum Acidorum,
Mororum Rubi Idæi,

Simili modo diſtillentur Aquæ Fructuum, prius cortice denudatorum, in fruſta ſectorum, ut

Melonum,
Citrulli,
Cucumeris,
Cucurbitæ,
& ſimilium.

AQUA TOTIUS CITRI.

℞. Citrorum, ſeu Limonum cum cortice, ſeminibus, & pulpa minutim ſectorum, libras duodecim.
Aquæ communis, . . libras decem & octo.

Digerantur per biduum, dein diſtillentur lege artis ad libras duodecim aquæ, uſui ſervandæ.

Cordialis, & alexipharmaca eſt, propterea cum fructu potionibus cordialibus, alexipharmacis, febrifugis, ſtomachicis, & roborantibus, additur.

Simili modo diſtillari poſſunt Aquæ

Fructuum Aurantiorum,
Cydoniorum,
Pomorum dulcium,
& ſimilium.

Nota: quod prædicti fructus, in fruſta diſecti, alio diſtillantur modo: videlicèt, abſque ulla aliena humiditate in Balneo Maris, ſeu Vaporis.

AQUA CORTICUM CITRI.

℞. Corticum exteriorum Citri, ſeu Limonum minutim inciſorum, ... libram unam.
Aquæ ſimplicis, ... libras ſex.

Macerentur per biduum, dein diſtillentur ad libras tres.

Eaſdem vires obtinet.

Eodem modo diſtillatur

Aqua Corticum Aurantiorum.

AQUA NUCUM VIRIDUM.

℞. Iulorum, ſeu Florum Nucum Juglandium, ... libras quatuor.

Tere, & infunde in decocto ex aliis Nucis floribus anteà parato ad ſupereminentiam aliquot digitorum, poſteà diſtilla:

In aquam diſtillatam immitte

Nucum immaturarum contuſarum, libras duas.

Macera per horas viginti quatuor, ac iterum diſtilla: aquæ diſtillatæ affunde

Nucum maturitati proximarum contuſarum, ... libras tres.

Macera ut ſuprà, & fiat tertia diſtillatio ad libras octo, & ſerva ad uſum.

Sudorifera eſt; febribus malignis, peſtilentialibus, intermittentibus, & variolis auxiliatur; ſtomachum roborat, ac flatus diſsipat.

Doſis ab unciis duabus ad quatuor.

Ex reſidentia tertiæ illius materiæ poſt diſtillationem, expreſſa, colata, & purificata, lento igne fit Extractum.

Eaſdem virtutes poſsidet, ſed magis activas quam Aqua diſtillata.

AQUA LACTICINOSA, ſive LAC CINNAMOMI.

℞. Cinnamomi acuti ſelectiſsimi, craſsiuſculè triti, ... uncias octo.

Vini albi generoſi, ... libram unam.

Digerantur ſimul in retorta vitrea optimè clauſa; per ſpatium viginti quatuor horarum, dein ſuperaffunde

Aquæ communis, ... libras duas.

Et appoſito receptaculo, juncturis clauſis, Arenæ Balneo, ferè ad ſiccitatem diſtillentur, cavendo ab empyreumate, liquor lacteus, valdè aromaticus prodibit, qui *Lac Cinnamomi* vocatur, ad uſum ſervandus.

Flatus diſsipat à frigida cauſa enatos, ſtomachum roborat, appetentiam excitat, imbecillibus confert.

AQUA CINNAMOMI HORDEATA.

℞. Cinnamomi acuti fruſtulatim fracti, ... uncias ſex.

Decocti Hordei tepefacti, . . . libras ſex.

Macerentur per triduum, ſubindè diſtillentur ſecundum artem ad Aquæ libras quatuor, & in vaſe vitreo benè obturato ad uſum ſerva.

Cardiaca eſt, parturientibus præſentaneum eſt auxilium, cordis palpitationi, & ſtomachi debilitati ſuccurrit; ſpiritus vitales recreat; ſudorem movet, ac venenis reſiſtit, ideò in omnibus ferè potionibus non ſine fructu adhibetur.

Doſis à drachmis duabus ad uncias duas.

Cum æquali Cinnamomi quantitate, & libris ſex Succi Cydoniorum fiat maceratio, poſteà diſtilla ut ſuprà, & Aquam egreſſam uſui ſerva, ſub nomine *Aquæ Cinnamomi Cydoniatæ.*

Ad idem præſtat, ſed magis roborat.

AQUA CINNAMOMI SPIRITUOSA.

℞. Cinnamomi acuti fruſtulatim fracti, . uncias ſex.

Vini electi, ... libras tres.

Fiat maceratio per quatriduum in vaſe benè obturato, dein diſtilla ſecundum artem ad dimidias, & Aqua ſpiri-

tuoſa, lacticinoſaque prodibit: ad uſum in vaſe vitreo ritè clauſo aſſervanda.

Eaſdem vires habet, ſed efficaciores.

Doſis à drachma una ad unciam unam.

Nota: quòd ſi prædicta Aqua ſuper Cinnamomum alterum cohobetur *Aqua eſſentialis* plus activa, ac ſpirituoſa obtinebitur.

AQUA ESSENTIALIS SPIRITUOSA CORTICUM CITREI.

℞. Corticum exteriorum recentium Citrei, ſeu Limonum, ... libras tres.
Vini albi optimi, ... libras ſex.

Digerantur per biduum in Cucurbita vitrea idonea benè clauſa, poſteà capitello, & receptaculo inſtructa, juncturiſque obſeratis, igne arenæ, ad libras tres diſtillentur, & liquor projectus in lagena vitrea ritè obturata, pro Syrupo conficiendo, ſervetur.

Hìc obiter animadvertere oportet, quòd cum Syrupus Corticum Citrei amarus elaboretur, cum unciis tribus eſſentialis ſpirituoſæ aquæ, ſuprà deſcriptæ, aromaticetur, & in defectu Corticum recentium injiciantur unciæ quinque ſiccarum.

Sic diſtillatur

Aqua ſpirituoſa Corticum Aurantiorum.

AQUA LIGNI SASSAFRAS.

℞. Radicis, ſeu Corticis, vel Ligni Saſſafras contuſi, ... libram unam.
Aquæ communis, ... libras octo.

Macerentur per dies ſex in loco tepido, dein per veſicam diſtilla ad aquæ libras tres, & ad uſum ſerva.

Scorbuto, Lui venereæ, doloribus colicis, cachexiæ, uterinis obſtructionibus, ac ſimilibus affectibus prodeſt.

Doſis à ſemiuncia ad uncias duas.

Sic diſtillantur Aquæ

Lignorum Rhodii,
Aloes,
Santali Citrini,
Aquilæ,
Cupreſsi,
Juniperi, &c.
Corticum Coſti albi,
Caſsiæ ligneæ,
Macis, &c.
Radicum ſiccarum Enulæ,
Carlinæ,
Meu,
Calami Aromatici,
Ariſtolochiarum,
Cyperi, &c.

AQUA MILLE FLORUM.

℞. Stercoris Vaccini menſe Majo collecti, ... quantum volueris.

Diſtilletur Balneo Mariæ, ſeu Vaporis, ferè ad ſiccitatem, cavendo ab empyreumate: & ſerva ad uſum.

Externè commendabilis eſt ad naturalem corporis pulchritudinem conſervandam, & inter COSMETICA numeratur.

Simili modo diſtillantur

Aquæ Sperniolæ, ſeu Spermatis Ranarum,
è Albuginibus ovorum, &c.

AQUA MELLIS.

℞. Mellis electi, ... libras quatuor.

Pone in Cucurbita vitrea, cujus quintam, aut ſextam capacitatis partem occupet. Diſtilla phlegma Bal-

neo Maris, tum materiæ ſuperſtiti miſce arenæ lotæ, & exſiccatæ, quantum capere poterit, ac in Balneo arenæ diſtilletur: prodibit aqua flava, ſeu ſpiritus phlegmati admiſcendus.

Aqua utraque, alba ſcilicèt, & flava exteriùs applicata ſuffuſiones, ac albugines oculorum ſanat: capillis producendis prodeſt: interiùs obſtructiones reſerat, calculum, & urinam pellit.

Doſis à drachma una ad ſemiunciam.

Nota: quod Spiritus, ſeu Aqua flava rectificata, pro extractione Coralliorum Tincturæ inſervit.

CAPUT II.

DE AQUIS COMPOSITIS DISTILLATIS.

AQUA REGINÆ HUNGARIÆ.

℞. Florum Roriſmarini recentium cum calycibus, ... libras octo.
Mitte in Cucurbitam vitream, affunde
Aquæ vitæ rectificatæ, ... libras viginti.
Ut optimè imbuantur, dein capitello appoſito, juncturiſque occluſis, fiat maceratio per dies quindecim: tunc adhibito excipulo, levi igne, ſeu Mariæ Balneo, diſtillentur ad dimidias; & in vaſe vitreo ritè obturato ſerva ad uſum.

In Apoplexia, Lethargo, Paralyſi, & Hyſterica paſſione, interiùs accepta prodeſt, *à ſcrupulo uno ad drachmam unam*; exteriùs etiam in doloribus à frigida cauſa natis, utitur; ad ſpiritus inſtaurandos, naribus ac temporibus impoſita, in animi deliquiis maximè confert.

AQUA POLYCHRESTA.

℞. Seminum Coriandri, . . .
Carvi, ...
Seſeleos, . . .
Cumini, . . .
Aniſi, ...
Fœniculi, . . .
Anethi, . . .
Baccarum Lauri, . . .
Juniperi, . .
Piperis longi, ...
rotundi, . . .
} ana drachmas ſex.

Contundantur, & infundantur in
Aquæ vitæ optimæ, ... libris tribus.
Et in vaſe vitreo benè obturato ſerventur.

Radicum Pœoniæ maris, .
Valerianæ ſylveſtris,
Galangæ minoris, .
Zedoariæ, . . .
Meu, ...
Spicæ Nardi, . .
Angelicæ Bohemicæ,
Anthoræ, . . .
Carlinæ, . . .
Contrayervæ, . .
ViperinæVirginianæ,
Gentianæ, . . .
Imperatoriæ, . .
Vincetoxici, . .
Helenii, . . .
Ireos Florentinæ, .
Ari, ...
Acori veri, . . .
} ana ſemiunciam.

Radicum Zingiberis,
Rubiæ tinctorum,
Curcumæ,
Filicis majoris,
Cyclaminis,
Bryoniæ,
Ariſtolochiarum trium,
Fraxinellæ,
Penthaphylli,
Caryophyllatæ,
Raphani ruſticani,
Trifolii fibrini,
Fœniculi,
Calcitrapæ,
Pimpinellæ ſaxifragæ,
Chelidonii utriuſque,
Scrophulariæ,
Cynogloſsi,
Aſſari,
Foliorum Betonicæ,
Chamædryos,
Chamæpityos,
Majoranæ,
Meliſſæ,
Ocymi,
Origani,
Pulegii,
Polii montani,
Roriſmarini,
Serpilli,
Thymi,
Hyſſopi,
Salviæ minoris,
Satureiæ,

ana ſemiunciam.

Foliorum Mari,
Scordii,
Marrubii albi,
Veronicæ,
Menthæ hortenſis,
Fumariæ,
Abſynthii Pontici,
minoris,
Bellidis majoris,
minoris,
Tanaceti,
Matricariæ,
Nepetæ,
Dictamni Cretici,
Abrotani,
Centaurii minoris,
Folior. recentium Chærophylli,
Virgæ aureæ,
Hyperici,
Cochleariæ,
Beccabungæ,
Naſturtii,
Trifolii fibrini,
Siſymbrii, ana ſemiunciam.

Radices, & Folia debito collecta tempore exſiccentur, & contuſis contundendis, incisis, incidendis; affunde

Aquæ vitæ optimæ, ... libras undecim.

In matracio vitreo benè clauſo, per quindecim dies macera.

Radicum recentium Ari,
Cyclaminis,
Bryoniæ,
Raphani Ruſticani,
Trifolii fibrini, ana unciam ſemis.

Chelidonii utriuſque, Scrophulariæ, .	ana unciam ſemis.

His inciſsis, ſuperaffunde

Aquæ vitæ optimæ, . . .	libras duas & ſemis.

Et in vaſe vitreo ritè obturato ſerva.

Florum recentium Roriſmarini, Betonicæ, . Lavendulæ, Lilii convallium, . . Primulæ veris, . . Foliorum recentium Stœchados, Roſarum Rubrarum, Tiliæ, . . Tunicæ, . Sambuci, Aurantiorum, . . Geniſtæ, . Keiri, . . Chamæmeli Romani, Croci, .	ana drachmam unam & ſemis.

Injiciantur in

Aquæ vitæ, ...	unciis quindecim.

Et in vaſe vitreo benè clauſo ſerventur.

Cubebarum, ... Macis, ... Caryophyllorum, ... Cardamomi, ... Corticum Citrei, ...	ana unciam unam & ſemis.

Corticum Aurantiorum, . unciam unam & ſemis.

Ligni Aloes, ... Cedrini, vel Juniperini, Saſſafras, ... Santali Citrini, . . Rhodii, ... Viſci quercini, . . .	ana unciam unam.

Caſcarillæ, ſeu Kinæ Kinæ optimæ, uncias duas.

Gummi Carannæ, . . . Myrrhæ, . . . Tacamahacæ, . . Benzoini, . . . Styracis Calamitæ, . Aloes, ... Succini, ... Caſtorei, ...	ana drachmas duas.

Opii electi, ... unciam unam.

Contundantur omnia, ac in vaſe vitreo injiciantur, ſuperaffundendo

Aquæ vitæ, ... libras octo.

Et vaſe benè obturato per quindecim dies macerentur: poſteà omnes ſupradictæ infuſiones miſceantur, ac in veſica ænea optimè ſtannata, Balneo Vaporis adaptata, diſtillentur ad duas tertias liquoris partes; & in vaſis vitreis exactiſsimè clauſis, ad uſum Medicum ſervetur: dein reſiduum diſtillationis coletur cum expreſsione, liquor per ſubſidentiam purificatus, in Balneo Vaporis ad ſpiſsitudinem redigatur, & ſervetur pro uſu, ſub nomine *Extracti Polychreſti.*

Hujus Aquæ nomen vires indicat, & pro omnibus aquis ſpirituoſis compoſitis, nempè Alexipharmacis, Epilepticis, Theriacalibus, Hyſtericis, Scorbuticis, & aliis; tam internè ſumpta, quàm externè applicata, mirè præſtat.

Doſis ab uncia ſemis ad unciam unam, ſive ſola, aut miſta cum potionibus appropiatis.

Extractum Polychreſtum ad idem valet internè ſumptum.

Doſis à granis ſex ad octo, & pro Theriaca Cœleſti inſervit.

AQUA MELISSÆ COMPOSITA, VULGO CARMELITANA.

℞. Foliorum Meliſſæ recentium, . . . uncias ſex.
Corticum exteriorum Citrei, seu Limonum recentium, Aurantiorum, . . . ana uncias duas.
Nucis Moſchatæ, Coriandri, . . . ana unciam unam.
Caryophyllorum, Cinnamomi, Radicis Ariſtolochiæ tenuis, . . . ana unciam ſemis.

Contundantur contundenda, macerentur per triduum in
Aquæ vitæ rectificatæ, . . . libris tribus.
Meliſſæ cum vino diſtillatæ, . . . libra una.

Poſteà diſtillentur in Cucurbita vitrea, cum ſuo capitello, juncturis clauſis, igne leni ad libras tres, & ſerva ad uſum in vaſe vitreo optimè obturato.

Cephalica, & anti-hiſterica eſt: internè miſta cum aliis idoneis medicamentis utitur; externè naribus, pulſibus, & aliis corporis partibus applicatur, utpotè in capitis, podagræ, juncturarum doloribus, ac affectibus ſimilibus, præcipuè ab humoribus craſsis productis.

AQUA THERIACALIS TEMPERATA.

℞. Theriacæ magnæ Matritenſis, . . . uncias tres.
Succorum Rutæ Capprariæ, Scordii, Acetoſæ, Acidi Citri, ſeu Limonum, . . . ana libras tres.

Digerantur per triduum in vaſe vitreo obturato, ſubindè diſtillentur ſecundum artem ad libras octo, uſui ſervanda.

Commendatur tanquam alexipharmaca, & febribus ardentibus, vel malignis dicata, vel per ſe ad aliquot cochlearia aut vehiculi loco cum aliis propinata, aut cum aliis juncta: ad ſtomachi debilitatem, ejuſque roborationem quoque inſervit.

Doſis ab uncia una ad duas.

AQUA THERIACALIS.

℞. Radicum Vincetoxici, . . .
Carlinæ, . . .
Helenii, . . .
Imperatoriæ, . . .
Ariſtolochiæ tenuis,
Contrayervæ, . .
Valerianæ, . . . } ana unciam unam.

Flavedinum Citri, ſeu Limonum recentium, . .
Aurantiorum, .
Summitatum Scordii, . .
Salviæ, . .
Rutæ, . . .
Baccarum Lauri, . . .
Juniperi, . . . } ana unciam ſemis.

Omnia contuſa, macerentur per quatriduum, vaſe vitreo obturato, in

Aquæ vitæ, ...
Nucum, ... } ana libris quatuor.

Tandem diſſolve

Theriacæ magnæ Matritenſis, . . . uncias octo.

Diſtilla per Cucurbitam vitream in Balneo Cinerum ad libras ſex.

Alexipharmaca, & diaphoretica eſt; in peſte, febribus malignis, & contagioſis laudatur: qualitatem venenatam, ac peſtilentem oppugnat, & extinguit: in ſyncope, animique deliquio, & vertigini, lethargo, epilepſia, apoplexia, paralyſi, tàm interiùs, *ad unciam unam* exhibita, quàm exteriùs ſuperimpoſita, proficit.

Si *drachmæ duæ* Camphoræ *unciis decem* Aquæ Theriacalis ſupradictæ addantur, tunc *Spiritus Theriacalis Camphoratus* vocatur.

Eaſdem habet vires ac Aqua Theriacalis ſuperiùs dicta, quamvis ab aliquibus pro majori, efficaciorique alexipharmaco cenſetur.

AQUA EPIDEMICA.

℞ Foliorum Chelidonii, . . .
Roriſmarini, . .
Rutæ, ...
Salviæ, ...
Abſynthii, . . .
Agrimoniæ, . . .
Centaurii minoris,
Cardui benedicti,
Betonicæ, . . .
Menthæ, . . . } ana manipulos duos.

Radicum Angelicæ Hiſpanicæ,
Zedoariæ, . . .
Gentianæ, . . . } ana unciam unam.

Serpentariæ Virginianæ, unciam ſemis.

Macerentur in

Aquæ vitæ optimæ, ... libris duodecim.

Diſtilla ſecundum artem ad libras octo.

In febribus peſtilentialibus, miſta cum aliis medicamentis appropiatis, auxilio eſt.

Doſis ab uncia una ad duas.

AQUA VULNERARIA.

℞. Radicum, & Foliorum Symphyti majoris, . .
Foliorum Symphyti minoris, .
Bugulæ, ...
Saniculæ, ...
Betonicæ, ...
Scrophulariæ minoris, . . .
Plantaginis, ...
Agrimoniæ, . . .
Hyperici cum Summitatibus,
Vincæ Pervincæ, .
Hederæ terreſtris,
Arthemiſiæ, . . .
Veronicæ, . . .
Verbenæ, ...
Telephii majoris, .
Millefolii, . . .
ana uncias duas.

Foliorum, & Summitatum Salviæ minoris, .
Angelicæ, . . .
Tanaceti, . . .
Abſynthii Romani, .
Pontici,
Chelidonii, . .
Fœniculi, ...
Ariſtolochiæ tenuis
Menthæ, . . .
Hyſſopi, . . .
Nicotianæ, . .
ana uncias quatuor.

Foliorum, & Summitatum Rutæ, . . .		
Chamæmeli, . .		
Scordii, . .		ana uncias duas.
Majoranæ, . .		
Roriſmarini, .		
Summitatum Lavandulæ floridarum, & ſiccarum,		ana uncias tres.
Origani, . . .		
Calaminthæ, . .		

Conciſa omnia macerentur per quatriduum loco calente in

Vini albi, ... libris triginta duabus.

Diſtilla igne moderato, ſeu Balneo Vaporis ſecundum artem ad dimidias.

Laudatur ad contuſiones, luxationes, ambuſta, inflamationes, gangrænam præcavendam, ad vulnera, necnon ad partes roborandas. Præcipuè adhibetur ad Sclopetorum vulnera, undè Gallicum nomen l'Eau d'Arquebuſade.

Si loco Vini albi, Aquæ vitæ eamdem quantitatem ſupra prædicta ſimplicia effuderis, *Aquam vulnerariam* plus activam, & *ſpirituoſam* habebis.

AQUA ANTI-APOPLECTICA, ET EPILEPTICA.

℞. Radicum Valerianæ Sylveſtris minoris, .	ana uncias duas.
Pœoniæ maris, . .	
Caryophyllatæ, . . .	unciam unam.
Carlinæ, ...	ana unciam ſemis.
Galangæ, ...	
Foliorum Dictamni Cretici, .	ana unciam unam & ſemis.
Salviæ, ...	
Florum Pœoniæ, ...	ana uncias tres.
Tiliæ, ...	

Florum Lavandulæ, . . . } ana uncias duas.
Roriſmarini, ... }
Stœchados, ... unciam ſemis.
Macis, ... } ana drachmas duas.
Caryophyllorum, . }
Caſtorei, . drachmam unam & ſemis.

Inciſis incidendis, contuſis contundendis, mitte in vas idoneum; affundeque

Vini albi generoſi, . . . libras duodecim.

Macerentur per ſex dies, identidem agitando, tunc adde

Aquæ ſtillatitiæ ſpirituoſæ Ceraſorum nigrorum, ... libras tres.

Diſtilla in Balneo Vaporis, ſeu Maris, & eliciantur

Aquæ, ... libræ octo.

Vires ex nomine patent, & ob ſal volatile oleoſum in aliis quoque affectibus ſoporoſis, & ſimilibus exhiberi poterit, ut in lethargo, vertigine, &c.

Doſis cochleatim, ſeu ab uncia ſemis, ad unciam unam & ſemis. & externè etiam applicatur.

AQUA BRYONIÆ COMPOSITA, SEU ANTI-HYSTERICA.

℞. Radicum Bryoniæ ſiccarum, . . uncias duas.
Leviſtici, ... } ana unciam ſemis.
Fraxinellæ, ... }
Zedoariæ, ... drachmas duas.
Cinnamomi, ... }
Flavedinis ſiccæ Aurantiorum amarorum, } ana drachmas tres.
Citrorum, ſeu Limonum, . }

Foliorum Arthemiſiæ, .
Pulegii, . . ana drachmas decem.
Nepetæ, . . .
Sabinæ, . . .
Rutæ, ... ana unciam ſemis.
Ocimi, . . .
Florum Matricariæ, . . . ana drachmas tres.
Stœchados, . . .
Croci, ... drachmas duas.
Baccarum Sambuci ſiccarum, unciam unam & ſemis
Cardamomi minoris, . .
Caſtorei, ... ana drachmas duas.
Myrrhæ, ...
Seminis Dauci, . . .
Cumini, . . .
Rutæ ſylveſtris, ana drachmam unam.
Agni Caſti, . .
Opii, ...
Camphoræ, ... unciam ſemis.
Galbani, ... ana drachmam unam
Sagapeni, ... & ſemis.
Aſſæ fœtidæ, ... drachmam unam.

Inciſis, & contuſis ſuperaffunde
Vini albi generoſi, ... libras decem.

Digere in loco calido per dies quindecim, vas identidem agitando. Diſtilla ſecundum artem in Balneo Maris, ſeu Vaporis ad libras ſeptem, & ſerva.

Aperitiva, reſolutiva, & nervina eſt, hyſtericis affectibus præſcribitur; menſes, fœtum, & ſecundinas pellit; uteri flatus diſcutit; communiter tamen epilepticis inſultibus, motibus convulſivis, & aliis ſimilibus nervorum morbis optimam præſtat opem.

AQUA EPILEPTICA LANGII.

℞. Florum Liliorum convallium recentium, uncias ſex.
Lavandulæ. . . . . . unciam unam.
Roriſmarini, . . }
Stœchados, . . . } ana unciam unam.
Tiliæ, ... }
Cinnamomi, ... drachmas ſex.
Nucis Moſchatæ, ... unciam ſemis.
Piperis longi, ... } ana drachmas duas.
Cubebarum, ... }
Viſci Quercini, ... }
Radicum Pœoniæ, ... } ana unciam ſemis.
Fraxinellæ, ſive Dictamni noſtratis, . }
Macerata per triduum in
Vini generoſi, ... libris octo.
Diſtillentur ad dimidias.

Ad epilepſiam, vertiginem, Apoplexiam, tum præſervandi, tum curandi fine, in ipſo paroxiſmo datur ut aliæ Aquæ ſpirituoſæ cochleatim.

Doſis à ſemiuncia ad unciam unam.

AQUA IMPERIALIS.

℞. Radicum Imperatoriæ, . . }
Cyperi, ... }
Ireos Florentinæ, . }
Calami aromatici, . } ana ſemiunciam.
Carlinæ, ... }
Galangæ minoris, . }
Zedoariæ, . . . }
Cinnamomi acuti, ... uncias duas.

Santali citrini, ...	ana unciam unam.
Summitatum ſiccarum Hyſſopi, .	
Majoranæ, .	
Thymi, .	
Satureiæ, .	
Florum Lavandulæ, . .	ana drachmas duas.
Salviæ, . . .	
Anthos, . . .	
Calendulæ, . .	
Betonicæ, . . .	
Stœchados, . .	
Caryophyllorum, ...	ana uncias duas.
Nucis Moſchatæ, ...	
Flavedinum Citrei, ſeu Limonum, . . .	
Aurantiorum recentium, . .	

Omnia contundantur, & macerentur ſimul per triduum, in

Aquæ vitæ, ...	ana libris quatuor.
Meliſſæ ſimplicis, .	
Naphæ, ...	libra una.

Fiat diſtillatio in Balneo Maris, ſeu Vaporis ferè ad ſiccitatem.

Cephalalgiæ, melancholiæ, paralyſi, ventriculi imbecillitati prodeſt: morbis epidemicis adverſatur.

Doſis à drachmis duabus ad unciam unam.

AQUA HIRUNDINUM.

℞. Pullos Hirundinum vivos diſcerptos, ... numero quindecim.
Viſci Quercini, ... uncias tres.

Radicum Pœoniæ maris, . . .
Valerianæ ſylveſtris minoris, . . . } ana uncias duas.
Seminis Pœoniæ excorticati,
Cornu Cervi crudi, ...

Aquarum ſtillatitiarum Florum Sambuci,
Pœoniæ, } ana libram unam.
Tiliæ, .
Ceraſſorum nigrorum, . .

Aquæ vitæ, ... libras duas.

Macerentur omnia ſimul per horas viginti quatuor; fiat diſtillatio Balneo Vaporis ad ſiccitatem.

Maximè commendatur adverſus epilepſiam, ſpaſmum, paralyſim, apoplexiam, uteri ſuffocationem, & ſimilia ſymptomata.

Doſis ab uncia una ad duas.

AQUA CARMINATIVA.

℞. Florum Chamæmeli, . . . libras duas & ſemis.
Corticum exteriorum Aurantiorum, ... uncias quatuor.

Herbarum Abſynthii, . . .
Centaurii minoris,
Pulegii, . . . } ana uncias duas.
Origani, ...
Seminis Anethi, ...

Aniſi, ...
Fœniculi, . . . } ana unciam unam.
Carvi, ...

Inciſa, & contuſa infundantur per octiduum in
Aquæ Chamæmeli, ... libris octo.
Vitæ rectificatæ, ... libris duabus.
Poſteà diſtillentur in Balneo Maris, ſeu Vaporis ad Aquæ libras octo.

In flatibus diſcutiendis utilis valdè.

Doſis ab uncia ſemis ad uncias duas.

AQUA VITÆ MULIERUM, SEU BALSAMUM EMBRYONUM.

℞. Nucis Moſchatæ, ... uncias tres & ſemis.
Caryophyllorum, ...
Cinnamomi, ...
Zingiberis, ...
Cubebarum, ...
Granorum Paradyſi, ſeu Cardamomi maximi, ...
Radicis Zedoariæ, ...
} ana uncias duas.
Macis, ... unciam unam & ſemis.
Radicis Galangæ, ... drachmas ſex.
Croci, . . , ... drachmas duas.
Florum Tiliæ, ... uncias ſex.
Lavandulæ, ...
Tunicæ, ...
Herbæ Salviæ, ...
Fœniculi, ...
} ana uncias tres.
Menthæ criſpæ, . . .
Radicis Pœoniæ, ...
Seminis ejuſdem, ...
Carvi, ...
Viſci Quercini, ...
} ana uncias duas.

Omnia inciſa, & contuſa infundantur per biduum loco calido, in

Vini albi generoſi, . . . libris duodecim.
Aquæ Borraginis, ... } ana libris tribus.
Bugloſsi, ... }
Pœoniæ, ... } ana libra una & ſemis.
Fragorum, ... }
Roſarum, ... }

Dein leni calore diſtillentur ſecundum artem ad libras ſexdecim.

Commendatur in fœminis, quæ ſæpiùs abortum paſſæ ſunt, itemque gravidis, quando à ſubito terrore, aut alia cauſa langueſcunt: lipothymias, dolores, & ventris tormina, atque inflationes tollit; infirmum fœtum roborat; (undè nomen traxit) quin etiam parturientes in enixu adjuvat, vireſque reficit.

Doſis ab uncia una ad duas.

AQUA CAPONIS, VULGO DE LA PALATA.

℞. Caponem eviſceratum, atque in fruſtra inciſum, dempta pinguedine, . . . numero unum.
Ranarum, ... numero duodecim.
Teſtudinis, ... numero duo.

Inciſis, & eviſceratis, immiſce cum
Micæ pannis recentis, ... ſemilibra.
Foliorum Borraginis, . . . libris duabus.
Aquæ communis, ... libris ſexdecim.

Coquantur in vaſe obturato per horas duas, ſubindè colentur, & exprimantur, ac brodium diſtilletur in Balneo Maris, ſeu Vaporis ad remanentiam librarum octo.

Pro Analeptica habetur, hinc tabidis, conſumptis, vel longo morbo exhauſtis, proficere creditur.

AQUA LACTIS ALEXITERIA.

℞. Foliorum recentium Cardui benedicti, . } ana uncias duas.
Scabioſæ, .
Ulmariæ, .
Meliſſæ, .
Menthæ, . . unciam unam.
Ariſtolochiæ, . . ſemiunciam.
Inciſis, & contuſis, affunde
Seri Lactis recentis, ... libras octo.
Fiat diſtillatio ſecundum artem ad libras ſex.

Temperata, & alexipharmaca eſt, ac in quibuſcumque morbis malignis, utpotè in febribus mali moris, ardentibus, & ſimilibus prodeſt.

AQUA CORDIALIS TEMPERATA.

℞. Cinnamomi acuti, . . . uncias duas & ſemis.
Corticum Citri recentium, . . . uncias duas.
Santali citrini, ... unciam unam.
Inciſa, & contuſa infundantur in
Aquæ Bugloſſæ, ... } ana libra una.
Acetoſæ, ...
Ceraſorum nigrorum, . } ana libra una & ſemis.
Roſarum fragrantiſsimæ, .
Rubi Idæi, ...
Miſceantur, diſtillentur, ad tertiæ partis remanentiam è veſica.

Detur ut aliæ Aquæ ſpirituoſæ cochleatim.

Magnæ, multæque virtutes in viribus reſtaurandis, cordeque roborando, præſertim in Febribus ardentibus, aliiſque morbis calidis huic Aquæ adſcribuntur.

Doſis ab uncia ſemis ad unciam unam.

CAPUT III.

DE AQUIS SINE DISTILLATIONE.

AQUA CALCIS.

℞. Calcis vivæ, ... libram unam.
Senſim affunde
Aquæ communis, ... libras octo.

Poſt ebullitionem completam, & debitam reſidentiam, cola ad uſum.

Deſiccat egregiè, & gangrænæ reſiſtit, externè applicata.

AQUA PHAGEDÆNICA.

℞. Aquæ Calcis recentis, . . . libram unam.
Mercurii corroſivi ſublimati, . grana viginti.

Miſce in mortario marmoreo, continuè agitando, donec Aqua optimè rubeſcat.

Carnes ſuperfluas abſumit; ulcera antiqua mundificat, & deſiccat; gangrænæ obſiſtit, præſertim ſi ſpiritû vini commiſceatur.

AQUA ALUMINOSA.

℞. Aquarum ſtillatitiarum Roſarum, Plantaginis, Centinodii, } ana libram unam & ſemis.
Aluminis crudi purgati, . . . unciam ſemis.

Diſſolvatur in Aquis prædictis, & ſervetur ad uſum.

Ad ulcera exſiccanda, & cutis vitia feliciter adhibetur.

AQUA ARTERIALIS, SEU STYPTICA.

℞. Vitrioli albi, ... }
Aluminis, ... } ana unciam ſemis.
Sacchari albi, ... }
Aquæ Plantaginis, ... libram unam.

Diſſolve, & filtra ſecundum artem, & liquor, ſive Aqua ad uſum ſervetur.

Ad omnem fluxum ſanguinis, non ſine fructu adhibetur.

AQUA AD GINGIVAS.

℞. Cinnamomi acuti, . . } ana drachmam unam
Gummi Laccæ crudi, . } & ſemis.
Caryophyllorum, ... ſemidrachmam.
Aluminis rupei, ... ſemiunciam.

Modicè contunde, & in

Aquæ bullientis, ... libris duabus.

Digerantur uſque dum omnino frigidus ſit liquor, tum adde

Aquæ Plantaginis, ... uncias ſex.
Naphæ, ... unciam ſemis.
Spiritus Corticum Citrei, ſeu Limonum, ... drachmas duas.
Vini rectificati, ... uncias ſex.

Iterum digerantur per horas viginti quatuor; filtra denique, & ad uſum ſerva.

Dentes vacillantes firmat, & gingivas ſcorbuto affectas ſanat.

AQUA OPHTALMICA.

℞. Aquæ Plantaginis, . . . }
Euphraſiæ, . . . } ana unciam unam
Chelidonii, . . . } & ſemis.
Roſarum, ... }

Sacchari Saturni, ... drachmam ſemis.
Tuthiæ præparatæ, ... drachmas duas.
Camphoræ, ... ſcrupulum unum.

Exactè miſceantur, & in vaſe vitreo benè obturato ſerva ad uſum.

Commendatur pro uſu externo ad ophthalmias, inflammationes, ardores, rubedines, ſimileſque oculorum affectus.

AQUA VITÆ CAMPHORATA.

℞. Aquæ vitæ rectificatæ, . . . libram unam.
Diſſolve
Camphoræ, ... unciam ſemis.

Subindè in vaſe vitreo ritè obturato ſerva ad uſum.

In contuſionibus, luxationibus, rehumatiſmis, & ubi diſcutione opus eſt commendatur: quibus cautionibus verò adhiberi debeat, nimis longum foret, hîc commemorare, igitur lectorem ad practicos ablegamus.

CAPUT IV.

DE SPIRITIBUS ARDENTIBUS VOLATILIBUS.

SPIRITUS VINI SIMPLEX.

℞. Vini generoſi, ... quantum volueris.
Mitte in cucurbitam magnam, cujus partem mediam vinum occupet: adapta capitellum, refrigeratorio ſuo inſtructum, obturatis juncturis, igne moderato diſtilla, donec prodiens liquor flammam non concipiat.

SPIRITUS VINI RECTIFICATUS.

℞. Aquæ vitæ, ... quantum volueris. Diſtilla lento igne vaſe idoneo, quod *Serpentina* vulgo *vocatur*, & habebis Spiritum Vini rectificatum.

Roborat, congeſtiones dolorificas diſsipat: Ut autem agnoſcant quâ prudentiâ in Ambuſtione, Eryſipelate, & Lymphæ congeſtionibus externè adhiberi debeat, juniores Medici provectiores conſulant.

Inſervit præcipuè ad Eſſentias, Tincturas, Elixiria, & alia medicamenta elaboranda.

SPIRITUS VINI TARTARISATUS.

℞. Spiritus Vini, ... libras ſex.
Salis Tartari, libram unam, & uncias quatuor.

Digerantur igne arenæ per horas duodecim in vaſe vitreo benè obturato; ſubindè liquorem ſpirituoſum effunde per inclinationem, & ſerva.

Ad idem valet.

SPIRITUS VINI CAMPHORATUS.

℞. Spiritus Vini, ... libras duas & ſemis.
Diſſolve
Camphoræ, ... unciam unam.

Mitte in vas vitreum ritè obturatum, & ſerva ad uſum.

Vires magis activæ ſunt, quàm Aquæ vitæ Camphoratæ ſupra deſcriptæ.

SPIRITUS ARDENS CERASORUM NIGRORUM.

℞. Ceraſorum nigrorum maturorum cum nucleis contuſorum, ... libras triginta.

Injice in vaſe terreo capaci, & ſuperaffunde
Mellis optimi, ... libras tres.
Aquæ calentis, ... libras duodecim.

Vaſe obturato macerentur in hypocauſto, vel in loco tepido, ut fermententur, donec vinoſum ſpiret odorem; tunc ex arte diſtilla lento igne, ſeu Balneo Maris, ſpiritus inde prolicitus, repetita diſtillatione rectificetur.

Cephalicus eſt, & hinc in quibuſcumque capitis affectibus proficere creditur, ut in epilepſia, &c.

Doſis à drachma una ad duas.

Simili modo elici poſſunt

Spiritus ardentes
- Baccarum recentium Juniperi,
  - Ebuli,
  - Sambuci, &c.
- Fructuum Fragorum,
  - Cydoniorum,
  - Rubi Idæi, vel
  - Framboeſiæ, &c.
- Herbarum recentium Abſynthii,
  - Roriſmarini,
  - Cochleariæ,
  - Lepidii, &c.
- Florum Roſarum,
  - Stoechados,
  - Lavendulæ,

Nota: Cochlearia, Beccabunga, Lepidium, &c. fermentari non debent, quoniam hujuſmodi Herbarum Sales, quippe qui nimis volatiles ſunt, ob fermentationem in auras velociter effugiunt.

SPIRITUS CARMINATIVUS.

℞. Radicum Enulæ Campanæ, . . } ana drachmas tres.
Imperatoriæ, . . . }
Galangæ, . . . }

Summitatum Roriſmarini, .
Majoranæ, .
Rutæ, ... ana uncias tres.
Ocimi citrati, .
Centaurii minoris,
Baccarum Lauri, ... drachmas ſex.
Seminum Fœniculi, . . .
Leviſtici, . . . ana unciam unam.
Aniſi, ...
Zingiberis, ...
Nucis Moſchatæ, . . . ana drachmas tres.
Macis, ...
Cinnamomi, ... unciam ſemis.
Caryophyllorum, ...
Corticum Aurantiorum, . ana drachmas duas.

Conciſsis, & craſsè contuſis, affunde

Spiritus Vini rectificati, . . libras tres & ſemis.

Digerantur in vaſe clauſo per biduum calore lento, ac diſtillentur Balneo Maris, ſeu Vaporis ad ſiccitatem uſque.

In colicis doloribus, torminibus, ex acido-auſtero oriundis, & flatibus diſcutiendis, magno eſt in uſu.

Doſis à drachma una ad tres.

SPIRITUS, seu OLEUM TEREBINTHINÆ.

℞. Terebinthinæ, ... quantum libuerit.
Aquæ communis, ... triplum.

Inde cucurbitæ vitreæ ſuo capitello inſtructæ, adaptato receptaculo. Diſtilla ex arena uſque ad duas tertias partes. Oleum in receptaculo aquæ ſupernatans pellucidum, tenue, à nonnullis *Spiritus Terebinthinæ*, ob ejus tenuitatem, ac pelluciditatem, dicitur. Colligatur, & ſervetur ad uſum.

Calefacit, attenuat, urinam ciet, tartaream mucila-

ginem evacuat, ac reſolvit: ideòque in colicis doloribus, & nephriticis prodeſt.

Doſis à guttis duabus ad octo, vel decem.

Pari modo diſtillantur

Balſama omnia liquida.

SPIRITUS TEREBINTHINÆ ACIDUS.

℞. Terebinthinæ claræ, ... libras tres.
Liquefacta, adde
Stupæ minutim inciſæ, quantitatem ſufficientem.

Miſce, & immitte in retortam vitream ampliorem, ut duæ tertiæ partes ſint vacuæ, adaptato recipienti, clauſiſque juncturis. Diſtilla ex arena lento igne, & Spiritus prodibit cum Oleo ſubtili miſtus; dein dempto recipienti, Spiritus ab Oleo per infundibulum ſeparetur; & iterum adaptato recipienti, augendo ignem diſtillatio continuetur, donec Oleum flavum, paulò ſpiſsiùs prodeat, & ſeorſim uſui ſervetur.

Spiritus diureticus, & vulnerarius eſt: renes, ureteres, atque veſicam expurgat.

Doſis à guttis ſex ad octo.

Oleum prædictum eiſdem inſervit uſibus, ut Oleum aqua anteà diſtillatum.

Flavum Oleum externè applicatum, vulnerarium, & balſamicum eſt.

SPIRITUS, ET SAL VOLATILE SERICI.

℞. Serici crudi, ſeu Bombylium mundatorum, ... libras duas.

Immitte in retortam vitream loricatam, & igne aperto per gradus aucto, in recipienti amplo, juncturis clauſis, fiat diſtillatio, uſquedùm nebulæ comparare in eo deſinant: ſubindè vaſa refrigerata, Sal volatile colo retortæ

adhærens, & liquor in recipienti una cum Oleo, ac Sale volatili collectus, in Matracium vitreum, ſuo capitello inſtructum, immitte, & leni calore Sal ſublimetur, quod ſeorſim in vaſe vitreo ritè obturato uſui ſervetur.

Liquor ſuperſtes filtretur, ut Oleum à Spiritu ſeparetur, qui per retortam, ſive cucurbitam vitream rectificari debet, & ad uſum ſervetur. Etiam Oleum per retortam rectificari poteſt cum cineribus miſtum, & pro uſu externo inſervit.

Sal volatile, & Spiritus pro ſpecifico anti-epileptico habetur, ac pro Guttis Anglicanis conficiendis inſervit.

GUTTÆ ANGLICANÆ CEPHALICÆ.

℞. Spiritus Serici volatilis, Sale ſuo ſaturati, ... uncias quatuor.
Olei ſtillatitiæ Lavendulæ, drachmam unam.
Spiritus Vini rectificati, . . unciam ſemis.

Digere per viginti quatuor horas, ac diſtilla ex arte ad ſiccitatem uſque. Spiritus, ſive Guttæ prolectæ in vaſe vitreo optimè clauſo, ad uſum ſerventur.

Commendantur, tanquam ſpecificum anti-epilepticum, apoplecticum, & hyſtericum, ideòque omnibus affectibus ſoporoſis, ac ſimilibus prodeſt.

Doſis à guttis decem, vel viginti, vel ad drachmam ſemis, cum vehiculo convenienti.

SPIRITUS, OLEUM, ET SAL VOLATILE CORNU CERVI.

℞. Cornu Cervi in fruſta conciſi, quantum placet.
Imple retortam vitream loricatam, ſeu terream vitreatam. Diſtilla igne aperto ſecundum artem, primò phlegmatis prodibit pauxillum, mox Oleum, denique Sal volatile, cujus pars cum phlegmate confunditur; & altera pars vaſis lateribus adhæreſcit, & poſtquàm vaſa refrigerata ſint, recipienti adempto, agita, ut Oleum, Sal

volatile, & phlegma commiſceantur; hæc omnia inde in matracium, & appoſito capitello, blando igne Sal volatile ſublimetur, quod affuſo Spiritu Vini rectificandum: reliquus liquor filtretur, ut Oleum ſpiſſum à Spiritu ſeparetur, Oleum, & Spiritus, ſeorſim rectificentur, ſicut in elaboratione Spiritus Serici dictum eſt: ac ſeparatim ſerventur.

Spiritus, & Sal volatile ſunt medicamen penetrantiſſimum, alexipharmacum, ſudorificum; cephalicum, antiapoplecticum, epilepticum, & aſthmaticum; urinam pellit, ac in aliquibus morbis, magnopere convenit.

Doſis Salis volatilis à granis quatuor ad ſcrupulum unum, Spiritus à ſcrupulo uno ad drachmam unam.

Simili modo diſtillantur

Cranium Humanum,
Oſſa,
Viperæ,
Ebur,
Capilli,
Millepedes,
Spongiæ,
Bufones,
Lumbrici,
Formicæ, alia Inſecta,
Secundinæ,
Ungulæ Alcis,
  Equorum,
  Cervorum,
Omnes Animalium carnes, &c.

LIQUOR CORNU CERVI SUCCINATUS.

℞. Spiritus rectificati Cornu Cervi, quantum volueris.
Immitte in phialam vitream, & affunde paulatim
Salis volatilis Succini, quantitatem ſufficientem.

Ad perfectam ſaturationem, quæ tum facta cognoſcitur, quando ceſſat omnis efferveſcentia. Obturatâ phialâ liquorem in balneo digere per dies octo, & ſerva ad uſum.

Diaphoreticum eximium eſt: in motibus convulſivis, & epilepticis plurimùm commendatur.

Doſis à guttis quatuor ad duodecim.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI.

℞. Salis Ammoniaci in pulverem redacti, ... } ana uncias octo.
Tartari fixi, ... }

Sal Tartari indatur cucurbitæ vitreæ, & Sal Ammoniacum aqua fontana ſolutum, ſimulque filtratum affundatur, & mox impoſito alembico, adaptatoque recipienti, juncturis clauſis, ex arena igne moderato Spiritus diſtilletur ad uncias octo; & in vaſe exactiſsimè clauſo ad uſum ſervetur.

Liquor in cucurbita relictus, lento igne ad ſiccitatem evaporatus, *Sal Sylvii anti-febrile* præbet.

Spiritus penetrans, & diaphoreticus eſt, in ſuffocatione hyſterica tàm internè exhibitus, quàm naribus admotus, proficit. In obſtructionibus aperiendis, urinâ movendâ, & præcipuè in ſoporoſis affectibus cum fructu exhibetur.

Doſis à guttis viginti, uſque ad drachmam unam.

Sal anti-febrile Sylvii in intermittentibus febribus proficuum eſt; pro digeſtivo, & deobſtruente etiam habetur.

Doſis à ſcrupulo ſemis ad ſemidrachmam.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI URINOSUS.

℞. Salis Ammoniaci, ... uncias octo.
Calcis vivæ, ... libras duas.
Seorſim pulverata, & in retortam capacem mixta, immitte. Affunde
Aquæ vitæ, ... libram unam.
Ori retortæ manum admove, & agita, ſtatimque receptaculum adapta ampliſsimum, commiſſuris non obſeratis (quia vaſa rumpuntur) per ſemihoram, & abſque igne Spiritus diſtillatur; tum commiſſuras obſera, & igne arenæ leniſsimo, primò diſtilla, augendo ad gradum ſecundum, donec nihil ampliùs Spiritus ſtillet.

Refrigeratis omnibus, Spiritum è recipiente illicò exemptum, ſerva in vaſe ritè obturato.

Fugaciſsimus, & penetrantiſsimus eſt. Communitèr naribus applicatus, lethargicos, & ſoporoſos, hyſtericoſque diſsipat affectus: etiam inſervit ad eoſdem uſus, ut Spiritus præcedens.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI ANISATUS.

℞. Salis tartari, ... uncias ſex.
Aquæ communis, . quantitatem ſufficientem.
Ad Sal diſſolvendum, his immiſceantur
Seminis Aniſi modicè triti, . unciæ quatuor.
Fiat digeſtio per biduum, tum eis adde
Salis Ammoniaci pulverati, . . . uncias ſex.
Miſceantur, & in cucurbita immiſsis, capitello appoſito, recipientique optimè adlutato, diſtillentur ex arena ſecundum artem, Spiritus prolectus uſui ſervetur.

In pectoris affectibus, & flatibus debellandis, multùm prodeſt, maximè ab humoribus viſcidis ortis.

Doſis à guttis octo ad drachmam ſemis.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI SUCCINATUS.

R. Spiritus Salis Ammoniaci ſimplicis, libram unam.
Olei Succini rectificati, . . . unciam ſemis.

Miſce, & per triduum digerantur, dein per retortam, ſeu cucurbitam vitream ſpiritus diſtilletur ſecundum artem, qui in vaſe ritè obturato, uſui ſervetur.

In affectibus cephalicis, nervinis, epilepticis, hyſtericiſque pro magno remedio habetur.

Doſis à guttis ſex ad drachmam ſemis.

Nota: quod ſi loco Olei Succini, in Spiritu Salis Ammoniaci ſimplicis injiciatur, & digeratur Oleum diſtillatum, nempè *Cinnamomi*, vel *Caryophyllorum*, vel *Lavendulæ*, vel *Absynthii*, ſeu *Menthæ*, &c. obtinebis Spiritum Salis Ammoniaci virtutem habentem Olei admiſti, ſervata ſupra deſcripta methodo.

SPIRITUS VOLATILIS AROMATICUS OLEOSUS.

R. Corticum exteriorum recentium
Aurantiorum, . . }
Citreorum, . . } ana drachmas ſex.
Vanillæ Mexicanæ, ... unciam ſemis.
Macis, ... drachmas duas.

Omnia contundantur, dein immitte in matracium vitreum, & addantur
Salis tartari, ... }
Ammoniaci, . . . } ana unciæ quatuor.

Affunde
Aquæ Cinnamomi, . . . }
Spiritus Vini, ... } ana uncias ſex.

Matracio benè obturato, per aliquot dies digere, identidem agitando, poſthac mitte omnia in cucurbitam vitream, capitello, & receptaculo inſtructam, juncturis di-

ſigenter clauſis; lento igne diſtilla ad uncias liquoris octo, & uſui ſerva in vaſe ritè clauſo.

In affectibus ſoporoſis, convulſivis, & ſimilibus, animi item deliquiis, valdè proficuus, & ideò frequenter præſcribitur.

Doſis à guttis decem ad triginta.

SPIRITUS, ET SAL VOLATILE URINÆ.

℞. Urinæ recentis juvenis ſani, . quantum libuerit. Decoquatur leni calore ad melleam conſiſtentiam, tum hæc ſapa in retortam, ſeu cucurbitam immittatur, capitelo appoſito, & receptaculo, commiſſuris ritè obſeratis, igne leniſsimo diſtilla: prodibit primùm phlegma tenue cum Olei pauxillo, aucto igne, Sal volatile aſcendet ſimul cum Spiritu, lateribus vaſis adhærens, quod rectificabis. Oleumque à Spiritu ſeparabis, ut dictum eſt.

Reſerat, & obſtructiones aperit; calculum diſſolvere creditur.

Doſis Spiritus à ſemiſcrupulo ad ſemidrachmam.
Salis volatilis à granis quatuor ad ſcrupulum unum.

Sic diſtillantur

Sanguis Humanus calore leni ſiccatus,
Sanguis Hirci, &c.

SPIRITUS FULIGINIS.

℞. Fuliginis Ligni Quercini nigerrimæ compactæ, & ſplendentis, ... quantum placet.

Trituratam immitte in retortam terream, aut vitream loricatam, ut pars quarta impleatur, tum recipienti amplo adaptato, fiat diſtillatio igne reverberii, gradatim ad mediocritatem aucto: aſcendent Spiritus ſub fumi albicantis forma, dein Oleum cum Sale volatili.

Sal, Spiritus, & Oleum in Cucurbita vitrea diſtillen-

tur lento igne : Sal ſeorſim colligatur, & rectificetur, uſuique in vaſe optimè obturato ſervetur. Reliquus liquor, ab oleo filtratione ſeparatus, igne arenæ rectificetur.

Spiritus, & Sal volatile, internè exhibentur in iiſdem affectibus, quibus Spiritus Salis Ammoniaci ſuccurrere ſolet, & à quibuſdam, in febribus peſtilentialibus pro Cardiaco magno habetur.

Doſis Spiritus, ſeu Salis volatilis à granis ſex ad ſcrupulum unum.

SPIRITUS, SAL VOLATILE, ET OLEUM SUCCINI.

℞. Succini flavi, ... libras duas.
Pulverentur, & miſceantur cum
Argillæ figulinæ pulveratæ, . libra una & ſemis.

Immitte in retortam terream, vel vitream loricatam, orificiique amplioris; adapta receptaculum juncturis clauſis, diſtilla igne, primò leni, auge ſenſim ad gradum tertium, uſque nihil ampliùs ſtillet, & Sal volatile, Oleum, Spiritumque habebis. Vaſis refrigeratis receptaculum agita, ut concretum Sal receptaculo hærens, addita aqua calenti, colligatur, ac diſſolvatur : Oleum à ſpiritu per chartam bibulam, priùs aquâ madefactam, ſeparetur : Spiritus ſale imbutus, leni igne evaporetur, & in cella reponatur, ut Sal volatile cryſtallicetur, & à liquore, ſeu ſpiritu ſeparatum ad uſum ſerva. Spirituſque dein etiam ſervetur.

Oleum cum argilla recenti rectificari poteſt, & tunc ſubtile, pulcherrimum, & magis album obtinebis, ex quo Eleo-Saccharum Succini conficitur.

Oleum naribus admotum hyſtericas ſuccurrit paſſiones. Sal volatile multi uſus eſt : nempè ad affectus cephalicos, & nervinos, apoplexiam, letargum, vertiginem, morboſque catarrhales; in aqua Arthemiſiæ ſolutum, menſes movere creditur : frigidis capitis defluxionibus prodeſt, &

urinam pellit: miſcetur etiam in unċturis nervinis, anti-hyſtericis, & aliis.

Doſis Olei pro uſu interno à guttis ſex ad octo.
Salis volatilis à granis octo ad viginti.
Spiritus à ſemiſcrupulo ad ſemidrachmam.

Simili modo diſtillantur

Gagates,
Tacamahaca,
Gummi Ammoniacum,
Maſtiche, & ſimilia.

CAPUT V.

DE SPIRITIBUS SUB-ACIDIS.

SPIRITUS, ET OLEUM TARTARI.

℞. Tartari contriti, ... libras quatuor. Immitte in retortam capacem amplo inſtructam receptaculo, igne leni diſtilletur phlegma, donec nebulæ prodeant albæ, phlegmate abjecto, reſtitutoque receptaculo, & juncturis obſeratis, gradatim augeatur ignis ad ſummum gradum, ut Oleum exeat, dein igne ſemoto, infrigidatiſque vaſis, Oleum fœtidum à ſpiritu (charta emporetica duplicata, ac humectata) ſeparetur. Spiritum igne arenæ rectificatum, in vaſe clauſo ad uſum ſerva.

Incidit, attenuat, reſolvit, obſtructiones reſerat, ſudores movet, atque urinam ciet.

Doſis à ſemiſcrupulo ad drachmam unam.

Oleum rectificari poteſt, ut aliquam fœtoris partem

deponat, & ad varios externè deſervit uſus, in Unguentis permiſtum: ſcilicet ad ſcabiem, tumores duros reſolvendos, & artuum dolores mitigandos.

Caput mortuum calcinatum inſervire poteſt ad *Sal Tartari fixum* conficiendum.

Simili modo Spiritus, & Oleum omnium Salium eſſentialium extrahi poſſunt.

Spiritus, et Oleum Ligni Guajaci.

℞. Raſuræ Guajaci, . , . . quantum volueris.

Immitte in retortam vitream benè lutatam, ita ut tertia pars remaneat vacua, & in furno reverberii, amplo applicato recipienti, diſtillatio incohetur; primùm lento igne, ut calefiat, & phlegma exeat, uſquequò guttæ nullæ ampliùs appareant; abjecto phlegmate, receptaculum denuò imponatur, obſeretur optimè, igniſque gradatim augeatur, ſic ſpiritus prodibit, & Oleum ſub nebularum forma: vaſis refrigeratis, Oleum nigrum à Spiritu, per chartam madefactam, ſeparetur: ſpiritus igne arenæ in cucurbita vitrea rectificetur.

Spiritus ſub-acidus urinam ciet, atque ſudorem.

Doſis à ſemiſcrupulo ad ſemidrachmam.

Oleum ſupra cineres, ſive oſſa calcinata, rectificandum: ad externos inſervit uſus, ut ad dolores venereos, vulnerum mundificationem, fungoſarum carnium abſumptionem, oſsium cariem, & ſquammationem multùm prodeſt; ad dentiumque dolores, optimo cum ſucceſſu applicatur.

Ex capite mortuo, more ſolito, *Sal fixum* elicitur.

Pari modo diſtillantur

Ligna Buxi,
Juniperi, & ſimilia.

OLEUM CERÆ.

℞ Ceræ flavæ, ... libram unam.
Pulveris tegularum, ... libras duas.

Liquefacta Cera, tegularum pulverem permiſce, remove ab igne, & aſsiduè agita, donec refrigeſcat, ex qua materia nondum obturata, globuli formentur, qui ex retorta vitrea igne arenæ diſtillentur: prodibit Oleum cum phlegmatis pauxillo, quod abjiciatur: Oleum cum tegularum pulvere commiſtum rectificetur, & uſui ſervetur.

Datur internè *à guttis tribus ad ſcrupulum ſemis* in vehiculo diuretico, & in iſchuria utitur; externè applicatur, & optimum reſolvens eſt: in tumoribus ſcirrhoſis, ac frigidis nervorum affectibus, paralyſi, convulſionibus, & ſimilibus morbis confert.

Similitèr diſtillantur Olea

Saponis,
Pinguedinum, necnon
Gummi, & Reſinarum, quæ in
pulverem redigi non poſſunt.

OLEUM DE LATERIBUS, SEU PHILOSOPHORUM.

℞ Laterum in fruſta mediocria confractorum, ... quantum libuerit.

Candefiant, & illico in Oleo Olivarum immergantur, donec omne Oleum imbiberint, dein confringantur, & per retortam igne reverberii Oleum diſtiiletur ſecundum artem, quod à phlegmate ſeparatum, uſui reponatur.

In Paralyſi, ſpaſmo cynico, Iſchiadi, gonagra, podagra, cæteriſque articulorum affectibus, & morbis omnibus frigidis prodeſt.

CAPUT VI.

DE SPIRITIBUS ACIDIS.

SPIRITUS VITRIOLI.

℞. Vitrioli viridis ad albedinem calcinati, ... quantum placet.

Immitte in retortam loricatam, ut duæ tertiæ partes remaneant vacuæ, & in furno reverberii ſuo cum receptaculo ampliſsimo impoſito. Diſtilla lento igne donec phlegma prodire incipiat, quo ſeparato, commiſſuras aptè conglutina: ignem vero auge per gradus omnes ad vehementiam ſummam. Vaporibus albis implebitur recipiens, Spiritus, & ultimo liquor denſus, id eſt Oleum vulgo dictum exibunt. Ubi per multas horas, labore ſine ulla interruptione die, ac nocte continuato ignem ſuſtinueris, ceſſa; refrigeratiſque omnibus recipiens amove, & liquores in eo contentos in lagenam vitream prudentèr effunde. Ut vero Spiritum ab Oleo ſepares, rectificationem adhibe per alembicum calore arenæ. Spiritus quidem ſtillabit. Oleum vero ita dictum in fundo cucurbitæ remanebit.

Spiritus refrigerat; bilem compeſcit, ac urinam promovet.

Doſis á guttis duabus ad ſex.

Ex capite mortuo *Sal Vitrioli* conficitur, ſolutione mediante, filtratione, & evaporatione.

Pari modo diſtillantur

Spiritus Martis, & qui ſunt ejus naturæ.

SPIRITUS VITRIOLI DULCIS.

℞. Olei, ſeu Spiritus Vitrioli, . . . uncias ſex.
Vini rectificati, uncias duodecim.

Immite in matracium amplum; obturetur altero cum matracio, ut fiat vas circulatorium, juncturis clauſis, per

biduum lento igne circuletur, dein in vaſe idoneo uſui ſervetur.

Ab aliquibus in hæmorrhagiis, ſanguinis ſputo, cum aqua Plantaginis permiſtus ad aciditatem gratam, utitur ſub nomine *AQUÆ RABELLIANÆ*; febribus ardentibus, & ſiti convenit; ac urinam ciet.

Doſis á guttis quatuor ad octo in appropiato liquore.

LIQUOR ANODYNUS MINERALIS.

℞. Olei Vitrioli per rectificationem ab omni phlegmate liberati, ... unciam unam.
Spiritus Vini rectificatiſsimi, qui ne veſtigium aquæ continet, ... uncias quatuor.

Infuſo Vini Spiritu in cucurbitam altioris colli, guttatim, & per intervalla Oleum Vitrioli inſtilla, noxium vaporem vitans, & cucurbitam ſæpenumero concutiens, ut omnimoda fiat permixtio, in qua ſtrepitus ſuborietur, non ſecus ac candenti ferro aquæ immiſſo: mixtura etiam incaleſcet, & colorem acquiret rubrum. Tum capitellum cæcum aptans cucurbitæ, deficiente effervescentia, digere in cineribus per dies octo, calore primi gradus æquabilitèr conſervato. Poſt digeſtionem mixturam transfunde in retortam vitream, quam in balneo cinerum collocabis non ſine recipiente ſatis amplo. Diſtillatio fiat igne admodum leni, donec materia intra retortam nigreſcere incipiat, ac in bullas attolli. Subtracto igne, propio ſedimento affunde liquorem in excipulo contentum, & diſtilla iterum: id ubi tertia vice peregeris, oleum ſubtiliſsimum, quod liquori diſtillato ſupernatabit, diligenter aufer, atque ad uſus peculiares reconde: eſt enim Oleum Vini, ſive Oleum Vitrioli dulce. Reſiduo liquori æquam portionem aquæ puræ affunde, digere per aliquot horas, & ex alembico diſtilla igne leniſsimo tamdiù continuato, dum ſtriæ quaſi pingues non ampliùs decurrant, & ſolum phlegma rema-

neat in cucurbita. Habebis ex ultima diſtillatione accuratiſsimè elaboratum *Liquorem Anodynum Mineralem.*

Morbis à debilitate fibræ motricis oriundis, Apoplexiæ, Paralyſi, Vertigini, ac Epilepſiæ incomparabile auxilium habetur. *Doſis à guttis ſex ad ſexdecim.*

SPIRITUS SALIS.

℞. Salis communis decrepitati, . libram unam.
Terræ figulinæ ſiccatæ, & pulveratæ, libras tres.

Simul mixta in retorta capaci lutata, & appoſito receptaculo, igne leni diſtilla: primùm phlegma exhibit, dein juncturis clauſis ignis augeatur per horas quatuordecim: receptaculum tepeſcet, & nihil prodit ampliùs: vaſis refrigeratis, ſpiritus in vaſe clauſo ſervetur.

Vires habet aperientes, & diureticas, ob idque appetentiam excitat, ſed vix utitur niſi dulcificatus.

Doſis à guttis quatuor ad decem.

Prædicta methodo, pauca Spiritus Salis obtinetur quantitas. Sed longè uberior, & longè valentior *Spiritus Salis*, extrahitur ſequenti modo:

℞. Salis communis pulverati, . uncias ſexdecim.
Olei Vitrioli, ... uncias octo.

Excipulum ſtatim adaptetur, benè muniatur: deindè igne arenæ gradatim aucto, diſtillatio incipiatur, donec guttæ nullæ diſtillent: Spiritus in vaſe accuratè obturato ſervetur.

Humores à corruptione præſervat.

Quod in retorta remaneat, in crucibulo igne aperto calcinatum (more ſolito) præbet *mirabilem Salem Glauberi.*

SPIRITUS SALIS DULCIS.

℞. Spiritus Salis, ... uncias duodecim.
Vini rectificati, . . uncias viginti quatuor.

Funde paulatim in retortam vitream capacem, ampliſſimo receptaculo inſtructam; digere per horas viginti quatuor, dein leniſsimo igne arenæ diſtilla ad ſiccitatem uſque.

Spiritus hic ſuavis eſt, ac temperatus: quapropter, ſæpiùs in uſu venit; ſtomachicus, & aperitivus eſt; appetentiam excitat; in affectibus renum, ac obſtructionibus proficuus valdè.

Doſis à guttis decem ad ſcrupulum unum.

SPIRITUS NITRI ACIDUS.

℞. Nitri puriſsimi triti, ... libram unam.
Terræ figulinæ ſiccatæ, & pulveratæ, libras tres.

Exactè miſce, & in retortam loricatam immitte, ut duæ tertiæ partes vacuæ remaneant; adapta receptaculum ampliſsimum, juncturis obſeratis, diſtilla, primùm lento igne, dein gradatim augeatur, donec guttæ nullæ exeant; poſteà, vaſis infrigidatis, Spiritum prolectum ſerva.

Pro menſtruo corroſivo, ſicut Aqua fortis in Chymia deſervit; neutiquam internè utitur, niſi priùs dulcificetur, & cum appropriatis diluatur liquoribus.

Spiritus præcedens methodo ſequenti ſubtilior fit, atque valentior.

Tum adde

Nitri puriſsimi, ... uncias decem.

Pulveriſato, & in retortam vitream immiſſo, ſuperaffundantur guttatim

Olei Vitrioli, ... unciæ octo.

Statim excipulum adaptetur, ac benè obſeratum, igne arenæ Spiritus diſtilletur ſecundum artem, & uſui ſervetur.

Viribus eſt conſimilis præcedenti.

SPIRITUS NITRI DULCIS.

℞. Spiritus Nitri, ... uncias ſex.
Vini rectificati, . . . uncias duodecim.

Immitte guttatim in retortam vitream capacem, receptaculo ampliſsimo ritè obſerato inſtructam; poſt biduum diſtilla, ex arena ad ſiccitatem; & ſpiritum ſatis volatilem, & odoratiſsimum obtinebis.

Virtutes ſunt febrifugæ, anti-pleuriticæ, diureticæ, & anti-colicæ.

Doſis à guttis decem ad ſcrupulum unum.

SPIRITUS, ET OLEUM SULPHURIS.

℞. Sulphuris communis vireſcentis, quantum libuerit. Divide in fruſta oblonga, & mitte in vas expanſum ſive in fictile vitreatum amplum, & capax, ex cujus medio aſſurgat fulcrum: vas cum ſulphure pone ſuper fulcrum, ſulphur accende; deſuper ſuſpendatur campana vitrea, vel vitreum infundibulum inverſum; ita ut liber aeri pateat aditus: Aſcendet Spiritus, & ſtillabit in vas ſubjectum; abſumpto ſulphure, novum in fruſta diviſum reponatur: procede ut ſuprà, donec Spiritus optatam obtinueris quantitatem, & ſervetur ad uſum.

Nota: quòd feliciùs, humido cœlo, opus ſuſcipitur.

Spiritus hic ejuſdem eſt naturæ, ac Spiritus Vitrioli, & eadem poteſt dulcificari methodo.

Ad eoſdem inſervit uſus.

Doſis quoque eadem eſt.

AQUA FORTIS.

℞. Vitrioli viridis ad albedinem calcinati, ... } ana libras duas.
Nitri puriſsimi, ... }

Seorſim trita, & mixta, ſimul mitte in retortam capacem loricatam, receptaculo ampliſsimo inſtructam, commiſſuris clauſis; diſtilla igne reverberii per gradus: dein ſerva ad uſum. Intra horas duodecim finietur operatio.

In Chymia ad Metalla, Mineraliaque diſſolvenda præcipuè inſervit.

AQUA REGIA.

℞. Salis Ammoniaci pulverati, . uncias quatuor.
Aquæ fortis, ſeu Spiritus Nitri, uncias ſexdecim.

Immitte in matracium vitreum amplum, ac digere ad integram Salis ſolutionem, decanta, & ſerva.

Ad ſolvendum aurum deſervit.

SPIRITUS ACETI.

℞. Aceti accerrimi, . . . quantum volueris.

Mitte in cucurbitam ſtanneam aut vitream, capitelo, & receptaculo inſtructam; diſtilla ex arena partem tertiam (quæ phlegma eſt) ſeorſim ſervandam; ulteriùs diſtillatio continuetur, uſque liquor ſtillans empyreumaticum ſpiret odorem.

Putredini, ac nimiæ humorum colliquationi reſiſtit: in febribus malignis ac peſtilentialibus uſurpatur; refrigerat, & ſitim ſedat.

Doſis à drachmis duabus ad unciam unam.

CAPUT VII.

DE OLEIS DISTILLATIS EX HERBIS, ET FLORIBUS AROMATICIS.

OLEUM ABSYNTHII.

℞. Herbæ Abſynthii inciſæ, ſeminibus onuſtæ, ... quantum placet.
Aquæ fontanæ ad ſuper eminentiam digitorum quatuor.

Digere per biduum, deindè fiat diſtillatio per Alembicum magnum, cum ſuo refrigeratorio, vel per veſicam cupream, ſuo cum operculo, & roſtro oblongo in ſpiras con-

voluto, per frigidam aquam tranſeunte: Oleum cum aqua elicitum ſeparetur per infundibulum, vel *Vitrum ſeparatorium* dictum: Aqua ab oleo ſeparata ad novam diſtillationem ſervetur: ac Oleum in vaſe ritè obturato uſui aſſervetur.

Calefacit, roborat, flatus diſsipat; lumbricos necat, ac vomitum cohibet.

Doſis à guttis quatuor ad ſex.

Pro uſu externo in Unguentis ſtomachicis, & aliis appropiatis miſcètur.

Eodem modo parantur Olea
Menthæ, & ſimilium.

OLEUM ANISI.

℞. Seminis Aniſi contuſi, . . . quantum libuerit.
Aquæ fontanæ, . . . ſufficientem quantitatem.

Infunde, & macera per dies aliquot, poſteà diſtilla per veſicam, ſuo refrigeratorio, & receptaculo inſtructam. Refrigeratis vaſis, oleum ab aqua ſeparetur, uſuique ſervetur.

Flatus diſsipat; pectoris affectibus, & colicis doloribus mirè ſuccurrit, ventriculi concoctionem adjuvat, ac ventris tormina, à cauſa frigida orta, ſedat.

Doſis à guttis duabus ad ſcrupulum unum.

Aqua ſpirituoſa eſſentialis idem præſtat, ſed minore cum efficacia.

Doſis ab uncia una ad uncias duas.
Simili modo diſtillantur Olea
Seminum Fœniculi, & ſimilium.

OLEUM CARYOPHYLLORUM.

℞. Caryophyllorum contuſorum, . libram unam.
Aquæ communis ferventis, . libras duodecim.

Macerentur in vaſe benè cooperto per quindecim dies; dein diſtillationi committe, in veſica cum Alembico, & ſerpentina inſtructa, igne nudo ad liquoris medietatem. Oleum

poſteà ab Aqua ſpirituoſa ſeparetur, uſuique reponatur.

Ventriculum corroborat; cephalalgiæ, vertigini, & ſimilibus ſuccurrit affectibus; febribus intermittentibus, à pituita, flatulentiſque humoribus deductis, prodeſt: ſudores etiam movet.

Doſis à gutta una ad quatuor. Externè applicatum, dentium mitigat dolores.

Aqua ſpirituoſa eſſentialis ad idem valet.

Similitèr diſtillantur Olea

Cinnamomi, &c.

OLEUM CORTICUM LIMONUM.

℞. Corticum exteriorum Limonum, quantum placet. Incidantur, ac macerentur in ſufficienti Aquæ quantitate per biduum in vaſe optimè clauſo: dein in veſica ſuo Alembico, & Serpentina inſtructa, diſtilla: Oleum ab aqua ſeparetur, & utrumque uſui ſervetur.

Stomachum roborat; appetentiam excitat; flatus diſcutit, & colicis doloribus proficit.

Doſis à guttis duabus ad ſex. Aqua eſſentialis idem præſtat ab uncia una ad duas.

Eodem modo parantur Olea

Corticum Aurantiorum, & ſimilium.

OLEUM MYRRHÆ PER DELIQUIUM.

℞. Ova ad duritiem cocta, & per medium ſecta. Vitelli eximantur: tum albuminum Myrrhâ tritâ cavitates impleantur, ac denuò eorundem conjungantur partes, filoque levitèr compreſsæ, & ſic paratæ, immittantur in pannum lineum, & filo appenſum in cella, vel humido loco ſubterraneo, in paropſidem Myrrhæ liquatus humor diſtillabit. Vulnerarium, & anti-hyſtericum eſt.

PARS SEPTIMA.
DE MEDICAMENTIS CHYMICIS.

CAPUT PRIMUM.
DE TINCTURIS, SEU ESSENTIIS, ET ELIXIRIIS.

TINCTURA SUCCINI.

℞. Succini ſubtiliſsimè pulverati, . . uncias duas.
Liquoris Tartari, ſeu Nitri fixi, ejus defectu Salis Tartari, ſeu Nitri fixi in aqua ſoluti, ... unciam ſemis.

Miſce, & macera per biduum, dein humiditas evaporetur: affundanturque

Spiritus Vini, ... unciæ duodecim.

Digerantur ſimul in vaſe optimè clauſo, ut Tinctura extrahatur, & à fæcibus per filtrum ſeparata, uſui aſſervetur.

Adversùs omnes uteri paſsiones, cephalalgias, & ſimiles affectiones pro magno remedio habetur.

Doſis à ſemiſcrupulo ad ſemidrachmam.

Eſſentia quoque vocatur Succini.

Sic parantur Tincturæ, ſeu Eſſentiæ

Caſtorei,
Balſami albi,
Kinæ Kinæ,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Contrayervæ,
Coccinellæ,
Myrrhæ,
Benzoes,
Aloes.
Ligni Aloes,
Macis,
Croci, & ſimilium.

TINCTURA GRANORUM KERMES.

℞. Granorum Kermes mediocriter contuſorum, ... uncias duas.
Spiritus Vini rectificati, . . libram unam.

Miſce, & digere ſimul in vaſe optimè clauſo, ut Tinctura extrahatur, & à fœcibus per filtrum ſeparata uſui ſervetur.

Aſtringens, cardiaca, & ſtomachica eſt.

Doſis à guttis ſex ad guttas triginta.

TINCTURA CRANII HUMANI SUCCINATA.

℞. Cranii hominis non humati, . drachmas ſex.
Succini ſubtilitèr pulverati, . drachmas tres.
Liquoris Tartari, vel ejus in defectu
Salis tartari aquæ parum ſoluti, drachmas duas.
Spiritus Vini rectificati, . . . uncias ſex.

Mitte in matracium vitreum exactè clauſum, ac arenæ

Balneo ex arte Tinctura extrahatur, quam filtra, & uſui ſerva.

Anti-epileptica, cephalica, & anti-hyſterica eſt.

Doſis à ſcrupulo uno ad drachmam unam.

TINCTURA, SEU *ESSENTIA CORTICUM AURANTIORUM.*

℞. Corticum exteriorum recentium Aurantiorum modicè ſiccarum, ... uncias quinque.
Spiritus Vini à Corticibus, poſt triduanam digeſtionem diſtillati, ... uncias ſexdecim.

Digerantur ſimul in vaſe vitreo ritè ſigillato, & ex arte, arenæ Balneo, Tinctura extrahatur, quam filtra, uſuique ſerva.

Similitèr fiunt

Tincturæ, ſeu Eſſentiæ Corticum Citrei,
Limonum, & ſimilium.

TINCTURA BEZOARDICA.

℞. Radicum Cardopatii, ſeu Carlinæ, ... ⎫
Imperatoriæ, . . . ⎪
Vincetoxici, . . ⎪
Valerianæ, . . . ⎪
Helenii, ... ⎬ ana unciam unam
Contrayervæ, . . ⎪
Fraxinellæ, ... ⎪
Ariſtolochiæ tenuis, ⎪
Zedoariæ, ... ⎪
Myrrhæ, ... ⎭

Herbarum Scordii, ...
Rutæ, ...
Cardui benedicti,
Dictamni Cretici, } ana uncias duas.

Baccarum Juniperi, . . .
Corticum Citri, ...
Aurantiorum, . } ana unciam unam & ſemis.

Florum Tunicæ, . . .
Croci, ...
Hyperici, . . .
Caryophyllorum, . . .
Cinnamomi, ...
Camphoræ, ... } ana unciam ſemis.

Scindantur, & contundantur, ac in matracio amplo ſimul injiciantur, ſuperaffundendo

Spiritus Vini, ... libras ſex.
Tartari rectificati, . libram ſemis.

Per octiduum ſecundum artem digerantur, dein Tinctura filtretur, & uſui ſervetur.

Pro magno Bezoardico, ſeu Alexipharmaco habetur; & ideò in febribus continuis, mali moris, ſeu malignis, in variolis, morbillis, peſtilentialibus, ac in ipſa peſte utilitèr præſcribitur.

Doſis à drachma ſemis ad drachmas duas.

TINCTURA, SEU ELIXIR VITÆ.

℞. Spiritus Vini, ... libras tres.
Roſarum Rubrarum recentium Alexandrinarum, ... libram ſemis.

Miſceantur, & per biduum macerentur, dein lento igne Spiritus diſtilletur, cui adde

Ligni Aloes gummoſi, . .
Cinnamomi electi, . . . } ana unciam unam.

Flavedinis Citri, ſeu Limonum recentium, ... uncias duas.
Aurantiorum recentium, unciam unam.
Coccinellæ modicè contuſæ, . drachmas tres.

Fiat omnium Tinctura in vaſe vitreo optimè clauſo ſecundum artem, filtretur, & uſui ſervetur.

Cardiaca, & ſtomachica eſt, lipothymiæ, ac omnibus frigidis cordis affectibus convenit; magnoperè exhilarat, & cerebrum roborat.

Doſis à guttis decem ad ſemidrachmam.

Nota, quod Tinctura hæc, ſeu Elixir, pro omnibus Elixiriis Vitæ, ſive Alexipharmacis, & roborantibus Tincturis ſubſtituere poteſt.

TINCTURA, seu ESSENTIA ANTI-HYSTERICA.

℞. Myrrhæ electæ, ... } ana drachmam unam & ſemis.
Aſſæ fœtidæ, . . . }
Croci, ... }
Caſtorei, ... }
Camphoræ, ... drachmam unam.
Salis volatilis Ammoniaci, . drachmas duas.
Olei diſtillati Succini, . . drachmam ſemis.
Spiritus Vini rectificati, . . . uncias octo.

Fiat omnium Tinctura ex arte, quam filtra, & uſui ſerva in vaſe ritè clauſo.

In affectibus Hyſtericis, Epilepticis, & Paralyticis valdè proficua.

Doſis à guttis duodecim ad viginti.

TINCTURA ABSYNTHII.

℞. Summitatum floridarum Abſynthii ſiccarum, à ſtipitibus mundatarum, . . uncias quatuor.
Spiritus Vini, ... libras duas.

Digerantur igne leni per quatriduum, poſteà Tinctura

filtretur, & denuò alteras adde Abſynthii ſummitates, procede ut ſuprà, ac Tinctura uſui aſſervetur.

Stomachica eſt, vermes necat, putredini reſiſtit, ac in febribus intermittentibus, hypochondriacis, & hyſtericis affectibus mirè prodeſt.

Doſis à drachma una ad drachmas tres.

Eodem modo fiunt Tincturæ, nempè

Herbarum Abrotani,
Arthemiſiæ,
Hyperici,
Cardui benedicti,
Scordii,
Rutæ,
Lavendulæ,
Baccarum Juniperi, & ſimilium.

TINCTURA, SIVE GUTTÆ ANGLICANÆ ANODYNÆ.

℞. Corticis Saſſafras, ... } ana unciam unam.
Radicis Aſari, ... }
Ligni Aloes, ... unciam ſemis.
Opii ſelecti, ... drachmas tres.
Salis volatilis Serici, . . . drachmam unam.
Spiritus Vini rectificati, libram unam & ſemis.

Omnia ſimul in matracium vitreum injiciantur, & per viginti dies digerantur: dein Tincturam filtra, & uſui ſerva.

In epilepticis, hypochondriacis, ac uterinis affectibus perutilis valdè.

Doſis à ſemiſcrupulo ad ſcrupulum unum.

LAUDANUM LIQUIDUM.

℞. Opii electi in taleolas diſſecti, . uncias duas.
Croci, ... unciam unam.
Cinnamomi, ... drachmam unam.

Caryophyllorum pulveratorum, drachmam unam.
Mitte in matracium vitreum, & affunde
Vini albi optimi, . . libram unam & ſemis.
Digere per menſem, dein cola, & uſui ſerva.

Ad mitigandos corporis dolores, vigilias coercendas, & fluxus ſiſtendos deſervit.

Doſis à guttis ſex ad ſcrupulum unum.

ELIXIR BALSAMICUM SPIRITUOSUM HOFFMANNI.

℞. Herbæ Scordii, ... unciam unam.
Centaurii minoris, . . .
Flavedinis Corticum Aurantiorum, ...
Myrrhæ electæ, . . . } ana unciam ſemis.
Zedoariæ, ...
Nuciſtæ, ... } ana drachmas tres.
Ligni Aloes, . . drachmam unam & ſemis.
Croci optimi, ... drachmam unam.
Succini, ... drachmas tres.

Inciſis, & contuſis ſuperaffundatur
Spiritus Vini rectificati, . libra una & ſemis.

Digerantur poſt ſufficientem digeſtionem exprimantur, & liquori per filtrum trajecto addatur Olei Caryophyllorum in
Spiritus Salis Ammoniaci, . . . uncia una ſoluti.

Reponatur ad uſum in vaſe benè obturato.

In affectibus diuturnis ventriculi opem fert præſtantiſſimam, chylificationem promovet; febribuſque intermittentibus valdè prodeſt.

Doſis à ſemiſcrupulo ad ſcrupulum unum.

ELIXIR BALSAMICUM STOMACHICUM TEMPERATUM HOFFMANNI.

℞. Extractorum Abſynthii, ...
Cardui benedicti, . ana unciam unam.
Centaurii minoris, .
Gentianæ, ...
Flavedinis Corticum Aurantiorum amarorum, ... uncias quatuor.
Affunde
Vini Hiſpani optimi, ... libras duas.
Spiritus Corticum Aurantiorum rectificati, ... uncias duas.

Stent per triduum infuſa in digeſtione, poſteà filtrata reponantur ad uſum.

Tonum ventriculi roborat, appetitum, & coctionem auget, præſertim iis, qui ſpirituoſa non ferunt, inſervit.

Doſis à drachma una ad duas.

TINCTURA ROSARUM.

℞. Roſarum Rubrarum exungulatarum, & ſiccatarum, ... unciam ſemis.
Aquæ ferventis, ... libras tres.

Infundantur in vaſe figulino vitreato per horæ quadrantem: addendo
Spiritus Vitrioli, . . . ſcrupulum unum.
coletur ad uſum.

Ab aliquibus cum ſaccharo, vel ſyrupo appropiato dulcoratur.

Refrigerat, ſitim ſedat, & ſtomachum roborat.

Doſis ab uncia una ad quatuor.

In ſanguinis ſputo, cuique libræ hujus Tincturæ additur Aluminis crudi cryſtalliſati drachma una.

TINCTURA ODONTALGICA.

℞ Radicis Pyrethri, ... drachmas ſex.
Raſuræ Ligni Guajaci, . . . uncias duas.
Saſſafras, . . unciam unam.
Foliorum Nicotianæ, . . . drachmas tres.
Thymi, . . }
Origani, . . } ana drachmas duas.
Caryophyllorum, . . . drachmam unam.
Camphoræ, ... }
Opii, ... } ana drachmam ſemis.
Omnia inciſa, & mixta infundantur in
Aquæ vitæ rectificatæ, . . . libris tribus.
Digerantur per duodecim dies, coletur, & uſui ſervetur.

In dentium doloribus, ſi parum in ore detineatur, humorem ſtagnantem, & acidam limpham dolores producentem, reſolvit.

ELIXIRIUM PROPRIETATIS.

℞ Aloes Soccotrinæ, . . . }
Myrrhæ, ... } ana unciam unam.
Croci minutim conciſi, . . unciam ſemis.
Mitte in vas vitreum, ſeu matracium, & affunde
Spiritus Vini rectificati, libram unam & ſemis.

Benè obturato vaſe, digere per menſem loco tepido, identidem vas agitando; poſteà Tincturam decanta, & uſui ſerva.

Si prædicta Tinctura diſtillatur, elicitur *Elixirium proprietatis Album* (quod à Medicis *Helmontii* vocatur) & ſi loco Spiritus Vini, cum aqua Cinnamomi Tinctura extrahatur, ac diſtilletur: auxilium ad multa nobile erit.

Stomachicum eſt; appetentiam movet, in putredine, peſte, ſcorbuto, febribus intermittentibus egregium eſt; in affectibus hypochondriacis, hyſtericis, & omnibus obſ-

tructionibus prodeſt. Vermes necat, ſudorem promovet, levitèr alvum ſolvit, Icteroque medetur.

Doſis à guttis octo ad ſemidrachmam.

ELIXIRIUM PROPRIETATIS CUM ACIDO.

℞. Spiritus Sulphuris, ſeu Vitrioli, . . uncias tres.
Superſtiti materiæ Elixirii præcedentis affunde.
Digere per aliquot dies igne arenæ, tum adde
Elixirii ſine acido, ... libram unam.
Iterum digere per dies decem; dein Tincturam decanta, & uſui ſerva.

In ſtomachi vitiis, præſertim à putrefactione alimentorum, efficacitèr ſuccurrit.

Doſis à guttis quatuor ad duodecim.

ELIXIRIUM PROPRIETATIS DULCE.

℞. Aloes Soccotrinæ, . . . } ana unciam unam.
Myrrhæ, ... }
Croci, ... unciam ſemis.
Pulveratis, & in matracium immiſſis, affunde
Liquoris Nitri, ſeu Tartari, . . uncias duas.
Digere per biduum, dein adde
Spiritus Vini, . . . libram unam & ſemis.
Leni digeſtione per triduum Tincturam extrahe, decanta, & uſui ſerva.

Elixirio hoc utuntur Medici in ægrotis, qui acidum abhorrent.

Doſis à guttis ſex ad ſcrupulum unum, & DULCE vocatur, quia ACIDO caret.

ELIXIRIUM CAMPHORÆ.

℞. Camphoræ, ... unciam ſemis.
Croci optimi, ... drachmas duas.
Spiritus Vini rectificati, . . . uncias ſex.

Fiat lege artis Tinctura in vaſe vitreo idoneo ritè obturato, poſteà filtretur, & uſui ſervetur.

Commendatur in Peſte, in Hyſterica paſſione, & aliis cordis affectibus.

Doſis à ſemiſcrupulo ad ſcrupulum unum.

ELIXIRIUM VITÆ MAJUS.

℞. Radicum Zedoariæ,
Angelicæ,
Gentianæ,
Valerianæ,
Tormentillæ,
Galangæ,
Ligni Aloes,
Santali citrini, ana unciam unam & ſemis.

Foliorum Meliſſæ,
Menthæ,
Majoranæ,
Hyſſopi, ana drachmas duas.

Baccarum Lauri,
Juniperi,
Corticis Limonum,
Aurantiorum,
Seminis Seſeleos,
Fœniculi,
Aniſi,
Citri,
Cardui benedicti, ana unciam unam.

Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Macis,
Zingiberis,
Cubebarum,
Cardamomi, ana drachmas ſex.

Piperis longi, ... } ana drachmas ſex.
Nigri, ...
Spicæ Nardi, ...

Benzoini, ... } ana drachmas tres.
Myrrhæ, ...
Olibani, ...
Maſtiches, ...

Florum Roriſmarini, . . } ana unciam ſemis.
Salviæ, ...
Stœchados, . .
Lavendulæ, . .

Mellis optimi, ... libram ſemis.
Aquæ vitæ rectificatæ, ... libras ſex.

Fiat infuſio, & digeſtio per octiduum in vaſe ritè clauſo: poſteà diſtillentur ad libras quatuor

Quibus adde

Granorum Kermes tritorum, . . ſemiunciam.
Croci integri, ... drachmam unam.
Sacchari canti, ... uncias quatuor.

Fiat Tinctura ſecundum artem, filtretur, & uſui ſervetur.

Anti-epilepticum eſt: in paralyſi, apoplexia, lethargo, lipothymia, aſthmate prodeſt, & in ſtomachi affectionibus utile valdè.

Doſis à drachma una ad tres.

ELIXIRIUM VITÆ MINUS.

℞. Radicis Gentianæ, . . . unciam unam & ſemis.
Galangæ, . . . } ana unciam ſemis.
Cinnamomi, ...
Macis, ...
Caryophyllorum, . . .
Florum Salviæ, ...

Florum Roriſmarini, . . . unciam ſemis.
Vini optimi, ... libras tres.

Digerantur per octiduum, poſteà diſtillentur ad libram unam & ſemis:

Quibus adde

Corticum Aurantiorum, . . . unciam ſemis.
Granorum Kermes, . . . drachmam unam.

Fiat Tinctura ſecundum artem, filtra, & uſui ſerva.

Ad idem valet.

Doſis eadem eſt.

TINCTURA STOMACHICA.

℞. Cinnamomi acuti, ... unciam unam.
Caryophyllorum, ... } ana ſemiunciam.
Nucis Moſchatæ, ... }
Macis, ... drachmas duas.
Calami aromatici, ... drachmas tres.

Contuſa, & inciſa, ſimul infundantur in

Aquæ Vitæ optimæ, ... libris quatuor.

Identidem agitando, per aliquot dies digerantur: Tincturæ per decantationem ſeparatæ adde

Syrupi Corticum Citri, ſeu Limonum, ... uncias quatuor.

Miſce, & uſui ſerva.

In iis, qui ſtomacho laborant, à frigida cauſa, & flatulenta, prodeſt.

Doſis cochleare unum, aut duo, quacumque hora.

TINCTURA GUMMI LACCÆ AQUOSA.

℞. Gummi Laccæ recentis, ſuis è baccillis exemptæ, ... unciam unam.
Aluminis uſti, ... unciam ſemis.

Aquæ Plantaginis, ...
Salviæ, ... } ana uncias octo.
Roſarum, ...

Simùl digerantur donec Tinctura rubicundiſsima extrahatur: filtretur, & uſui ſervetur.

Ad gingivas putridas, laxas, & fœtentes corrigendas, & ad cariem dentium, nigredinemque inſervit.

TINCTURA GUMMI LACCÆ SPIRITUOSA.

℞. Gummi Laccæ recentis, ſuis è baccillis exemptæ, ... unciam unam.
Aluminis uſti, ... drachmam unam.
Spiritus ardentis Cochleariæ, . uncias octo.

Digerantur ſimul in arena, donec rubedine Tinctura ſaturata appareat, quam decanta, & ſerva.

Eiſdem inſervit uſibus ac præcedens Tinctura.

TINCTURA POLYCHRESTA.

℞. Extracti Polychreſti ſupradicti, . unciam unam.
Aquæ Polychreſtæ, ... libram unam.

Immittantur in matracium, & benè obturatum per ſex dies loco calido digerantur, poſteà Tincturam filtra, & uſui ſerva.

Bezoardica eſt, ſudorifera, cephalica, alexipharmaca, hyſterica, ac ſtomachica, & ſi aliquot guttæ Spiritus Nitri dulcis addantur, anticolica quoque redditur, & carminativa.

Doſis à ſcrupulo uno ad drachmam unam.

TINCTURA AMBRÆ GRISEÆ.

℞. Ambræ griſeæ, ... drachmam unam.
Sacchari, ... drachmas duas.

Pulverentur ſimul, & ſuperaffunde

Aquæ Cinnamomi ſpirituoſæ, . . uncias ſex.

Digerantur per dies decem in matracio benè obturato: dein Tincturam filtra, & uſui ſerva.

Cephalica, & alexipharmaca eſt, in apoplexia, vertigine, lipothymia, memoriaque roboranda prodeſt.

Doſis à guttis octo ad viginti.

TINCTURA, SEU ANIMA RHABARBARI.

℞. Radicis Rhabarbari electi, & contuſi, ſemiunciam.
Salis Tartari, ... drachmas duas.
Aquæ communis, ... uncias octo.

Digerantur ſimul per horas tres leniſsimo calore, dein Tinctura filtretur.

Pro medicamento anti-icterico, hydropico, & cachectico habetur.

Doſis ab uncia ſemis ad unciam unam.

TINCTURA CORALLIORUM.

℞. Fragmentorum Corallii rubri, uncias quatuor.
Injice in matracio, & ſuperaffunde
Spiritus mellis, ... libram unam.

Mediante digeſtione in igne arenæ Tinctura extrahatur, quam poſteà decanta: eidem Corallio totidem Spiritus Mellis affunde: digere, & decanta ut ſuprà: hæc toties repete, uſquedùm Corallium album appareat. Tincturæ omnes miſceantur, & evaporentur ferè ad ſiccitatem: extracto ſuperſtiti affunde

Spiritus Vini rectificati, . . . libram unam.

Digere donec rubicundiſsima Tinctura extrahatur, quæ filtretur, & reponatur.

Laudatur ad cohibendos alvi fluxus, & hæmorrhagias.

Doſis á drachma una ad duas.

LIQUOR, SEU DELIQUIUM EX NITRO, ET MARTE, SEU TINCTURA ELASTICA.

℞. Nitri fixi cum carbonibus, . . uncias octo.
Limaturæ Martis pulveriſati, . uncias duas.

Miſceantur in crucibulo terreo ad ignem poſito, donec in unam, eandemque maſſam liquidam coierit.

Separa ab igne, & in mortario ferreo, aut marmoreo in pulverem redige.

Exceptam paropſide fictili, repone in loco humido; faceſcet in liquorem, quem filtratum ſerva.

Prodeſt omnibus obſtructionibus ab humoribus craſsis, hypochondriacis, hyſtericis affectionibus, febribus intermittentibus, cachexiæ, & ſimilibus.

Doſis ad drachmam unam, in aquæ communis libris quatuor, pro potu ordinario.

TINCTURA MARTIS APERITIVA TARTARISATA.

℞. Limaturæ ferri nitidæ, ... uncias octo.
Tartari albi, ... uncias ſexdecim.
Aquæ communis, ... libras ſexdecim.

Coquantur ſimul identidem ſpathulâ ferreâ agitando per horas duodecim, aquam ferventem ſuperaddendo, dein ſupernatantem liquorem decanta, filtra, & in vaſe fictili vitreato ad Extracti conſiſtentiam evaporetur.

Tum adde
Extracti prædicti, ... uncias tres.
Vini albi electi, ... libram unam.

Digerantur ſimul per aliquot dies in vaſe vitreo bene obturato; poſteà Tincturam filtra, & uſui ſerva.

Egregiè deobſtructiva eſt, in affectibus cachecticis, menſium retentione, & hydrope mirè præſtat.

Doſis à drachma una ad duas.

TINCTURA MINERÆ MARTIS NATIVÆ VAN-ZELST.

℞ Mineræ Martis Nativæ, . . quantum libuerit. Fiat pulvis ſubtiliſsimus, qui in maſſam coaleſcat cum Aquæ, vulgò *de* PUERTOLLANO, ſufficienti quantitate. Ex hac maſſa formentur globuli libræ unius pondere, qui Aeri libero (tempore ſereno) exponantur, præcipuè rori; ſi vero pluat, tegendi ſunt, donec Minera hæc omnino ſit ſoluta, ac in Vitriolum converſa; et quò diutius Aeri libero exponatur, eò meliùs convertetur.

Nam ſæpiſsimè per annum integrum extrahi debet, antequam Minera ſit omnino ſoluta; quod patebit, ſi digitis friabilis reperiatur cum pinguedine tactu farinacea, ita ut nullum amplius pulverem ſentire liceat.

Hoc accuratè facto Materia hujuſmodi coquatur in Aquæ memoratæ *de* PUERTOLLANO, ſufficienti quantitate, per viginti quatuor horas continuas, materiam continuò agitando, donec Tincturam benè ſaturatam, ad Cerviſiæ conſiſtentiam, omnis acrimoniæ expertem receperis; quam decanta, filtra, uſuique ſerva.

Humores viſcidos, ac tartareos mirum in modum incidit, attenuatque, Viſcera infarta ſolvit, atque liberat, Meſenteriique obſtructiones aperit, Ventriculum ſua aſtrictione corroborat, & Nervis egregiè robur conciliat.

Hujus Tincturæ uſus nonnumquam urinas, menſes, hæmorrhoides elicit, ac tàm varias, & pugnantes uno tempore evacuationes promovet, ut vix ullum Pharmacum id præſtare poſsit.

Doſis à drachma una ad duas, in convenienti vehiculo.

TINCTURA MARTIS VOLATILIS.

℞. Florum Salis Ammoniaci Chalybeatorum, uncias duas
Spiritus Vini rectificati, . . . libram unam.

Fiat omnium Tinctura ſecundum artem, quam filtra, & ſerva.

In obſtructionibus hypochondriorum, meſenterii, pancreatis, & viſcerum prodeſt; Chloroſi, ac Cachexiæ multum juvat.

Doſis à guttis decem ad ſcrupulum unum.

Pari modo fit

Tinctura Lapidis Hæmatites volatilis.

TINCTURA LAPIDIS HÆMATITES ASTRINGENS.

℞. Lapidis Hæmatites lævigati, . . uncias quatuor.
Salis Ammoniaci, ... uncias ſex.

Exactè miſta, crucibulo imponantur, & leni igne per horam unam, vel alteram detineatur, donec non exeant vapores; tum ignem auge ad incandeſcentiam per ſemihoram, & poſteà maſſa pulveriſetur.

Tum ſume
Hujus pulveris, ... uncias duas.
Spiritus Vini, ... libram unam.

Digerantur per biduum, & ex arte Tinctura extrahatur, quam filtra, & ſerva.

In fluxibus quibuſcumque potentèr aſtringit, ut in diarrhœa, dyſenteria, lochiis nimiis, & ſimilibus.

Doſis à guttis ſex ad ſemiſcrupulum.

TINCTURA AURI, SEU AURUM POTABILE.

℞. Auri puriſsimi, ... drachmam ſemis.
Aquæ Regiæ, ... uncias duas.

Fiat ex arte ſolutio, cui affundatur

Olei eſſentialis Roriſmarini, ſeu Lavendulæ, vel ſimilium, ... unciam unam.

Liquores contuſi agitentur, poſteà reponantur: ſubſidebit Aqua regia, flavo colore, & Auro ſpoliata: Oleum verò Roriſmarini flavo colore tinctum, & Auro impregnatum ſupernatabit. Oleum ab Aqua regia ritè ſeparetur: miſceatur cum

Spiritus Vini exactè rectificati, unciis quinque.

Digerantur ſimul in loco tepido per quadraginta dies, dein Spiritus tinctus uſui ſervetur.

Tinctura hæc ex Sale Ammoniaco, Auro, Oleoque eſſentiali compoſita eſt; & ideò humorum tranſpirationem per diaphoreſim movet.

Doſis à guttis octo ad ſexdecim.

TINCTURA ANTIMONII.

℞. Antimonii electi, ... libram ſemis.
Salis Tartari, ex æqualibus partibus Nitri, & Tartari facti, ... libram unam.

Pulverentur, & in crucibulo injiciantur; probè ſimul in igne forti fluant, eiſque adjice ſenſim carbones in pulverem redactos; quod reiterabis, donec carbones ſuper maſſam fluentem non ampliùs alacritèr deflagrentur; tunc relinquatur maſſa in igne per horas duas: poſteà effundatur in conum calefactum, ac ſtatim calidè pulveretur: immittaturque in matracium vitreum, affundendo

Spiritus Vini rectificati, ... libras tres.

Optimè vas obturetur, & per triduum lento calore digerantur; dein Tinctura filtretur, ac in vaſe vitreo exactiſsimè clauſo, uſui ſervetur.

Laudatur in morbis, qui per ſudorem terminare ſolent, uti in lepra, lue venerea, ſcabie inveterata, Elephantiaſi *Græcorum*, ſeu Lepra *Arabum*, & ſimilibus.

Doſis à guttis quatuor ad ſemi ſcrupulum.

Eadem Tinctura ex Scoriis Reguli Antimonii ſimplicis in crucibulo optimè calcinatis obtineri poteſt.

TINCTURA SULPHURIS.

℞. Sulphuris electi, ... uncias quatuor.
Injice in patina terrea, igne lento liquefac, deinde adde
Salis Tartari, ... uncias duas.
Continuò agita, uſque dùm craſſam conſiſtentiam, & atrorubentem habeat colorem. Maſſam effunde in vas ligneum madefactum, quæ *HEPAR SULPHURIS* vocatur.
Tum ſume
Maſſæ prædictæ pulveratæ, . . . uncias tres.
Spiritus Vini, ... libram unam & ſemis.
Immitte in matracium benè obturatum, ac digere per dies aliquot leni calore, uſque rubicundiſsima appareat Tinctura; filtretur, & in vaſe ritè clauſo uſui ſervetur.
Internè pectoris affectibus propinatur.

Doſis à guttis ſex ad ſemiſcrupulum.

Externè in affectibus fiſtuloſis, cancroſis, & aliis vitiis cutaneis prodeſt.

TINCTURA SALIS TARTARI.

℞. Salis Tartari albiſsimi, ... libram ſemis.
Funde in valido crucibulo intenſo igne, & in fluore permaneat, donec in cœruleum è rubro tranſierit colorem, tunc crucibulum ab igne tolle; effundatur in mortarium ferreum, priùs calefactum, ut pulveriſetur; cui adde
Spiritus Vini rectificati, libram unam & ſemis.
Mitte in matracium vitreum colli oblongi ritè obſeratum, & in arenæ igne per aliquot dies digerantur, interdum agitando, donec Spiritus Vini rubicundo tingatur colore, quo decantato, novum Vini Spiritum affunde

quando, & quantum opus fuerit: liquores tinctos filtra, ac arenæ Balneo ad tertiam partem diſtilla, & ſerva pro Spiritu Vini tartariſato; & quod in matracio remanet, erit Tinctura, quam optimè clauſam ad uſum ſervabis,

In Melancholia hypochondriaca, Scorbuto, Hydrope, & Obſtructionibus perutilis habetur.

Doſis à guttis ſex ad ſemiſcrupulum.

CAPUT II.

DE PRÆPARATIONIBUS ANTIMONII.

REGULUS ANTIMONII SIMPLEX.

℞. Antimonii crudi, ... libras duas.
Tartari, ... libram unam & ſemis.
Nitri puri, ... uncias novem.

Seorſim, & tenuiſsimè trita, miſtaque in crucibulum ignitum cochleatim detonentur; dein igne forti liqueſiant, & in conum ferreum calefactum, ac ſevo illitum effunde. Concute conum ut in fundum abeat Regulus: tandem ſcorias ab eo ſepara, & Regulum aqua abluendo, ſerva ad uſum.

Vaſa ex eo conflantur, quæ vim emeticam vino conciliant: uſurpatur item ad varias operationes Chymicas.

REGULUS ANTIMONII MARTIALIS.

℞. Apicum clavorum ferreorum, . uncias octo.
Antimonii pulverati, . libram unam & ſemis.

Clavi candeſiant in crucibulo, ſtatimque Antimonium mitte; igne fortiſsimo liqueſiant, & ſuprafuſſam maſſam paulatim projice

Nitri puri benè exſiccati, . . . uncias tres.

Ad fuſionem perficiendam; tum in conum ſevo illitum, & calefactum, materiam effunde, & à ſcoriis Regulum ſepara; dein Regulus pulveretur, ac in crucibulo liquetur, addendo

Nitri puri, & exſiccati, . . . uncias tres.
Antimonii pulverati, ... uncias duas.

Quod ſemel, & iterum repete, omiſſo Antimonio, & uſui ſerva.

Eiſdem inſervit uſibus, ut præcedens.

REGULUS ANTIMONII JOVIALIS.

℞. Stanni Anglicani optimi, . . . uncias tres.
Reguli Antimonii pulverati, . . uncias duas.

Liquefiat Regulus in crucibulo, poſteà injice ſtannum minutim ſectum; materiamque liquatam ſtatim effunde in conum fuſorium calefactum, & ſevo illitum, ut abeat in Regulum.

Ad conficiendum anti-Hecticum, &c.

REGULUS VENERIS.

℞. Cupri in fruſtula diviſi, ... uncias tres.
Injice in crucibulo, ut excandeſcat, & adde
Reguli Antimonii triti, . . . uncias tres.

Materiam liquatam effunde in conum fuſorium, & Regulum ad uſum ſerva.

REGULUS ANTIMONII MEDICINALIS.

℞. Salis communis, ... uncias quatuor.
Tartari, ... unciam unam.
Antimonii crudi, ... uncias quinque.

Pulverata, & miſta exactè fundantur, fuſaque ad refrigerandum reponantur, & à Regulo in fundo ſepoſito, ſcoriæ ſejungantur. Regulus hic eſt friabilis, & purpurei

coloris, qui pulveratus aqua dulcoretur, & uſui ſervetur.

In febribus quibuſcumque intermittentibus à nonnullis pro Panacea habetur.

Doſis à granis quinque ad ſcrupulum unum, vel drachmam ſemis, ſed majòri Doſi ſæpe vòmitum excitâre ſolet: laudâtur étiam ab alìquibus in ſcábie, & áliis cutis vítiis.

HEPAR ANTIMONII.

℞. Antimónii crudi, ... } ana uncias ſex
Nitri. . . . . }

Subtíliter pulverėntur, & miſceántur.

Miſtura cochleatim injiciatur in crucibulo, ſeu olla non vitreata candefacta, ut detonetur, & fundatur: Pars maſſæ ſuperior, quæ inſtar ſcoriarum eſt, ab inferiore parte lucida (quæ ob colorem, Hepar Antimonii dicitur) ſeparetur.

Pro conficiendis diverſis medicamentis vomitivis, ut *Vinum*, *Oxyſaccharum*, ac *Tartarum Emeticum*, *&c.* inſervit.

CROCUS METALLORUM.

℞. Hepatis Antimonii tenuiſsimè triti, . . quantum vis. Aqua calida multoties ablue, uſquequò inſipida evadat, deinde ſicca, & ſerva ad uſus ſupernè dictos.

VITRUM ANTIMONII.

℞. Antimonii ſubtiliſsimè triti, . . . libram unam. Calcina in húmili olla non vitreáta ſupra ignem lentum, ſpathula indeſinéntur movendo, donec ſumum ampliùs non emittat, & in pulverem cinerei coloris convertatur; tum pulvis gryſeus in crucibulo igne forti liquetur, & materiam fuſam, ſupra patinam æneam effunde, & habebis *Vitrum Hyacinthinum*, ſi benè exierit operatio.

Ad varias deſervit operationes.

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM USUALE.

℞. Antimonii crudi pulverati, . . . libram ſemis.
Nitri ſicci, & pulverati, . . libram unam & ſemis.

Exactè miſceantur, & cochleatim injiciantur in crucibulum candens, ut ſingulis vicibus detonentur: dein peracta detonatione, ignis per horam augeatur, mox injiciantur in aqua fervente, ut omnia cum fragore diſſolvantur Salia; miſturaque agitetur, donec lacteſcat, & per vices omnis Antimonii calx ſeparetur; aqua dulcoretur & pulverem inſipidum ſicca, & uſui ſerva.

CERUSSA ANTIMONII, SEU ANTIMONIUM DIAPHORETICUM.

℞. Reguli Antimonii, ... uncias quatuor.
Nitri puriſsimi, ... libram unam.

Seorſim pulverentur, & miſceantur, ac in operatione procede ut ſupra.

Corpus ad ſudorem diſponit; corrigitque humorum acrimoniam; in ſcabie, ac aliis cutis inſectionibus commendatur.

Doſis à ſcrupulo ſemis ad drachmam ſemis.

Miſtum cum Unguento roſato, aut alio ſimili, eiſdem affectibus cutaneis maximè prodeſt.

Nota: Antimonium diaphoreticum uſuale, etiam fieri poteſt, ex Scoriis à Regulo Antimonii relictis, exſiccatis, & cum tribus Nitri partibus miſtis, procedendo, ut in capite de Antimonio diaphorerico dictum eſt.

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM MARTIALE.

℞. Limaturæ ferri, ... uncias duas.
In crucibulo ignito injiciatur; dein ſucceſsivè adde

Antimonii crudi pulverati, . . . uncias quatuor.

Et inter liqueſcendum, maſſam continuò cum ſpathula agita, ut in ſcorias abeat, quas à crucibulo ſepara; & ſi quid reſtet Antimonii, quod nondum in ſcorias ſit redactum, ei adde novam ferri limaturam: ac fuſionem, & agitationem repete, & ſic omne in ſcorias redactum habebis Antimonium, quas ſubtiliſsimè pulvera, ac cum tribus pulcherrimi nitri partibus miſce, & detona, atque per horam calcina: poſtremo pulvis luteus aqua tepida dulcoretur; ſiccetur, & uſui ſervetur.

In cachexia, ſcabie, & ſimilibus morbis inſervit; ſudorem pellit; nonnunquam catharſim movet.

Doſis à ſcrupulo ſemis ad unum.

Nota: ex ſcoriis Reguli Martialis fit etiam Antimonium diaphoreticum Martiale, ſervata methodo ſuprà deſcripta.

ANTI-HECTICUM POTERII.

℞. Reguli Antimonii Martialis, } ana uncias duas.
Stanni Anglicani, . . . }

Liquefiant ſimul in crucibulo; refrigerata, ſubtiliter pulverentur, & miſceantur cum

Nitri puriſsimi, ... libra una.

Omnia ſimul per vices in crucibulo detonentur, & calcinentur, ut in antimonio diaphoretico: materiam calcinatione ex cinereo albeſcentem projice in aquam calidam per ſex horas renovandam: lotiones repete, dum inſipida ſuperſit aqua; exſiccatum pulverem ſerva ad uſum.

In affectibus hyſtericis, phthiſi incipiente, febre hectica, & ſimilibus pro ſpecifico habetur, ſi ſæpiuſculè in diem exigua ejus

Doſis ſumatur à granis quinque ad ſemiſcrupulum.

FLORES ANTIMONII RUBRI.

℞. Antimonii crudi, ... } ana uncias ſex.
Salis Ammoniaci, ... }

Singula ſubtiliſsimè ſeorſim pulverentur, & probè miſta, injiciantur cucurbitæ terreæ humili, alembico vitreo munitæ, ac in arenæ moderato igne ſublimentur, dum tota ferè aſcenderit maſſa: flores rubri exempti, aqua tepida edulcorandi ſunt; lotiones floribus admiſtis trajice per chartam, ac pulverem chartæ inſidentem exſicca, & uſui ſerva.

Si moderato igne ſublimatio inſtituatur, flores, qui aſcendunt, diaphoreticam vim ſaltem obtinent; ſi verò fortiori igne, purgantes fiunt.

Doſis à granis duobus ad decem.

KERMES MINERALE.

℞. Antimonii minutè confracti, . . . libras quatuor.
Immitte in ollam vitreatam, & affunde
Nitri fixi, ... uncias ſex decim.
Aquæ fontanæ, ... libras decem.

Bulliant per horas duas igne æquali, & moderato: liquoris ferventis duas tertias partes per chartam bibulam filtra; tertiæ partis ſuperſtiti affunde

Aquæ ferventis, ... libras ſex.
Nitri fixi, ... uncias ſex.

Coquantur, ut antea, ac duæ tertiæ liquoris partes filtrentur; tertiò adhuc ſuperſtiti affunde

Aquæ ferventis, ... libras ſex.
Nitri fixati, ... uncias octo.

Ebulliant ut ſuprà; dein totus filtretur liquor: omnes filtrati liquores miſceantur in vaſe terreo vitreato, quieſcant per horas viginti quatuor; poſteà liquor decantetur: pulvis reſiduus rubens ſuper papyrum emporeticam

expanſus ; aqua multoties edulcoretur , donec inſipida evadat.

Pulvis exſiccatus mittatur in vaſe fictile , cui affuſa ſpiritus vini rectificati ſufficiens quantitas accendatur , ut artis eſt , quod bis repetendum.

Pro Medicamento Catholico à multis habetur ; ſanguinem per ſudorem purificat , ac per inſenſibilem tranſpirationem , ejuſque fluorem conſervat ; cruditates primarum viarum , per vomitum , & ſeceſſum leniter evacuat ; in pectoris affectibus prodeſt ; in febribus intermittentibus , & continuis , hydrope , vertigine , apoplexia, epilepſia , aliiſque capitis , ac nervorum affectibus proficere dicitur.

Doſis à grano uno ad tria , quatuor , vel quinque , cum eadem ſacchari quantitate miſtum , in vehiculo appropriato propinatum.

SULPHUR AURATUM ANTIMONII.

℞. Scoriarum reguli Antimonii ſimplicis , ... quantum volueris.

Coquantur in ſufficienti aquæ quantitate per ſemihoram , calidè filtretur ſolutio , & affuſione aceti , vel alterius acidi , ut Aquæ fortis , Olei vitrioli , &c. præcipitetur : pulvis ad fundum ſubſidens , repetita affuſione aquæ , per decantationem edulcoretur : dein ſiccetur , & uſui ſervetur.

Febribus intermittentibus , morbiſque ſpaſmodicis inſervit.

Doſis à granis quatuor ad ſemiſcrupulum.

SULPHUR ANTIMONII INFLAMMABILE.

℞. Antimonii crudi pulverati, . . . unciam unam.
Aquæ regiæ, ... uncias quatuor.

Contineatur Aqua in vaſe, ſeu cucurbita vitrea, ac per vices injiciatur aliquid Antimonii crudi pulverati; ſemper autem expectando, uſque dum effervefcentia ſit peracta: poſteaquàm verò omne fuerit injectum Antimonium, cucurbita vitrea in digeſtione ponatur per horas quatuor, tum effundatur ſolutio in ollam vitreatam aquâ purâ repletam, & aqua evadet lactea, quæ decantetur ſtatim in alteram ollam mundam, & in fundo remanebit pulvis craſſus, & gravis, qui eſt ipſum Antimonii ſulphur inflammabile, quod ſiccetur, uſuique ſervetur.

Habetur pro Diaphoretico.

Doſis à granis duobus ad grana quatuor.

Aqua lactea, quæ ſic decantata fuerit, ſi ad aliquod tempus reponatur, & quieſcat, particulæ albæ fundum petunt: aqua verò ſupernatans decantetur, & nova aqua addita, pulvis edulcoretur; per filtrum ſeparetur, & in charta ſiccetur, ac ſic habebis *MAGISTERIUM, SEU FLORES ALBOS ANTIMONII.*

Purgant leniter per alvum.

Doſis à granis tribus ad grana quatuor.

BUTYRUM ANTIMONII.

℞. Reguli Antimonii, ... uncias quatuor.
Mercurii ſublimati corroſivi, . . uncias undecim.

In Mortario lapideo ſeorſim pulverentur, & miſceantur cautè (quia corroſivus, ac venenoſus eſt) deinde indantur retortæ vitreæ brevioris, ac latioris colli (namque ſi orificium retortæ anguſtum fuerit, & Butyrum craſſum cum impetu aſcenderet; obſtiparet quidem ſua butyroſa craſsitie vaſis orificium ſummoque cum fragore

diffringeretur) adapta receptaculum amplum, & juncturis clauſis, applicetur ignis in Arenæ Balneum; hac tamen conditione, quòd ignis primò ad ſpatium horæ unius ſit lenis, poſteà fortior, ac denique fortiſsimus evadat; ac tunc primò liquor quidam pellucidus, tenuis, & acidus aſcendet; poſteà verò, aucto jam igne, liquor aſcendet glacialis, qui frigido aeri expoſitus in veram convertitur glaciem. Si verò collo retortæ butyrum aliquod concretum ſit, carbone ardente admoto, liquabitur; liquatum jam extrahe, & uſui in vaſe ritè clauſo ſerva.

Ob adjunctum Salis communis Spiritum cauſticam vim obtinet, carnem ſupercreſcentem exedit; ulcera calloſa abſtergit: & ſi drachma una hujus Butyri ad libram ſemis Spiritus rectificati vini admiſceatur, podagricorum externè applicata, demulcet dolores; & ad conficiendum *Mercurium vitæ*, *Bezoardicum minerale*, aliaque medicamenta inſervit.

Nota, quod, ſi volueris cum Antimonii butyro Cinnabarim elicere, Butyrum conficies ex una parte Antimonii crudi, & duabus ſublimati corroſivi, procedendo ut ſupra; extractoque Butyro, iterum ignem auge per aliquod horas, & *Cinnabaris Antimonii* in retortæ collum ſublimabitur, quod rectificetur.

Cinnabaris habetur pro ſpecifico in capitis, & nervorum affectibus, ut in vertigine, convulſionibus, epilepſia, febribus continuis, & ſimilibus.

Doſis à granis ſex ad ſcrupulum unum.

BUTYRUM ANTIMONII JOVIALE.

℞. Reguli Antimonii Jovialis, . . uncias quinque.
Mercurii ſublimati corroſivi, . uncias duodecim.

Pulverentur, ac miſceantur, & ut ſuprà diſtilletur Butyrum.

Cauſticum eſt, ac eiſdem uſibus inſervit, ut præ-

cedens, & etiam pro conficiendo Bezoardico Joviale.

BEZOARDICUM MINERALE.

℞. Butyri Antimonii, ... uncias duas.
Leni calore liquato in phiala vitreata guttatim inſtilla

Spiritus Nitri, ... uncias duas, vel quantum ſatis eſt ad perfectam diſſolutionem, vapores ab efferveſcenti mixtura exhalantes ſollicitè cavendo. Evaporetur liquor in cucurbita vitrea ad ſiccitatem: maſſa remanebit albi coloris, quam affuſa eadem Spiritus Nitri quantitate rurſus digeres, rurſuſque evaporabis. Tertia vice hæc omnia perages, & maſſam ab ultima evaporatione relictam igne reverberii per ſemihoram calcinabis, ut candidiſsima evadat.

In acutis morbis frequenter uſurpatur ad inſenſibilem perſpirationem excitandam, conſervandam, augendam, ſudoreſque promovendos.

Doſis à granis ſex ad ſemiſcrupulum.

ALIUD BEZOARDICUM MINERALE.

℞. Mercurii vitæ, ... uncias duas.
Nitri Cryſtalliſati, exſiccati, . . . uncias ſex.

Miſceantur, & in crucibulo, per vices ingerendo, leniſsimè detonentur, edulcorentur; poſteà exſiccentur.

Eaſdem habet virtutes ac præcedens. *Doſis eadem.*

BEZOARDICUM JOVIALE.

℞. Reguli Antimonii ſimplicis, . . . uncias quatuor.
Stanni Anglici, ... uncias duas.

Fundantur ſimul in crucibulo, effuſa, atque refrigerata pulveriſentur; poſteà additis.

Mercurii ſublimati, ... unciis octo.

Atque optimè in mortareo vitreo miſtis, ad intimio-

rem ſolutionem, reponantur per aliquot dies, noctesque in cellam, tum retortæ immiſſa, diſtillentur, Butyri Antimonii inſtar, liquor, qui prodit, affuſa magna aquæ fontanæ quantitate, diluatur, & præcipitabitur pulvis albus, qui repetita aquæ tepidæ affuſione, edulcoratus, exſiccatusque cum triplo Nitri detonetur.

Poſtea affuſſa aqua, omni ſalſedine privatus, ſervetur ad uſum.

Commendatur ad hyſtericos affectus, & ei magnæ tribuntur vires diaphoreticæ, & anodynæ.

Doſis à granis quatuor ad octo.

BEZOARDICUM JOVIALE CARTHEUSERI.

℞. Reguli Antimonii Jovialis, . . . uncias quatuor.
Nitri puriſsimi, ... libram unam.

Pulveriſata & mixta injiciantur crucibulo candenti, & ignis in principio remiſsior per gradus poſteà augeatur, ut mixtura, in principio ſaltem abſque incendio liqueſcens, tandem ebulliat, ſcintillas eructet, & ultimò cum flamma, ac ſtrepitu in crucibulo, quod in principio ultra partem dimidiam mixtura haud replendum eſt, adſurgat. Materia hæc, finito incendio, ac ſtrepitu, paullulum adhuc calcinatur, deindè, ſpathula ferrea è crucibulo extracta, aquæ tepidæ injiciatur, ut in pulverem ſubtilem cœruleo-gryſeum reſolvatur, qui aqua edulcorandus, & ſeparatis partibus craſsioribus, exſiccandus eſt.

Anthyſtericum, & Anti-Hecticum eſt præſentiſsimum.

Doſis à granis ſex ad duodecim.

MERCURIUS VITÆ, SEU PULVIS ALGAROTH.

℞. Butyri Antimonii rectificati, . . quantum volueris.
Huic in capace vitro magna aquæ quantitas ſuperaffundatur, & ſtatim pulvis albus ad fundum præcipitabitur, qui ſæpius edulcorandus, & uſui ſervandus.

Internè rarò utitur, quia efficacitèr ſurſum, & deorſum purgat.

Doſis à grano uno ad grana tria.

Nota: ſi præcipitatio fiat cum *urina humana*, loco *aquæ communis*, Mercurius vitæ rubicundi coloris erit, quem aliqui *Mineralem Rosam* nominant: ſi Mercurius vitæ, ſeu Antimonii Magiſterium cum triplo nitri in crucibulo calcinetur, & dulcoretur *Bezoardicum minerale* verè vocatur, & eiſdem uſibus inſervit.

Si liquor Acidulus à præcipitatione Mercurii vitæ reſiduus, rectificetur ex cucurbita igne arenæ, nihil aliud eſt, quàm Spiritus Salis, priùs in Butyro Antimonii concretus, ad Mercurii ſublimationem impenſus, & iterùm ſuo juri redditus, & reſolutus, liberatuſque à dicto Magiſterio. *Spiritus*, ab aliis, *Vitrioli Philosophicus* perperam vocatur.

Hujus Spiritus uſus, idem eſt ac Spiritus Salis communis.

CAPUT III.

DE PRÆPARATIONIBUS MERCURII.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS ALBUS.

℞. Mercurii vivi optimè depurati, . . uncias quatuor.
Spiritus Nitri, ſeu Aquæ fortis, . . uncias ſex.

Vel quod ſufficiat: ſtent per noctem in Matracio vitreo, vel donec Mercurius ſolutus fuerit, deinde ſume.

Aquæ communis, ... uncias ſexdecim.
Salis communis, ... uncias duas.

Fiat ſolutio, & filtratio, affundatur diſſolutioni Mercurii, & fiet præcipitatio, cui adde uncias ſexdecim Aquæ

fontanæ ; ſicque ad fundum præcipitabitur pulvis albus: poſteà liquorem decanta, & Aquæ puræ lotionibus pulverem edulcora, ac in umbra exſicca, & uſui ſerva.

Externè utitur miſtus in unguentis contra lichenes, ſcabiem, pruritum, & ſimiles affectus.

Doſis à ſemidrachma, ad drachmam unam, pro quacumque unguenti uncia.

Internè quoque à quibuſdam adhibetur ad ſalivationem excitandam.

Doſis à granis quatuor ad quindecim.

Vomitum etiam movet, ac ſeceſſum; ſed magna cum cautela adminiſtrari debet.

Nota: ex hoc præcipitato Mercurius ſublimatus dulcis fieri poterit: ſi in phiala vitrea poſitus, igne arenæ ſublimetur.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS RUBER.

℞. Mercurii vivi, ... quantum placet. Diſſolvatur ex arte in Aquæ fortis ſufficienti quantitate. Solutio evaporetur in phiala igne mediocri ad ſiccitatem: erit maſſa alba, quæ igne ad tertium gradum aucto colorem ſenſim mutabit, ut poſtremo evadat ruberrima.

Intrinſecus eo nonnunquam utitur ad ſalivationem promovendam.

Doſis à grano uno ad grana quatuor.

Extrinſecus, Chirurgi eo utuntur, ut rodente & eſcharotico, in ulceribus inveteratis fiſtuloſis venereis, & ſimilibus.

ARCANUM CORALINUM.

℞. Mercurii præcipitati rubri, . . quantum volueris. Immitte in Matracium vitreum, & igne arenæ calcinetur, uſquequò Matracium candeſcat; remove ab

igne, & ſuper materiam pulveratam affunde Spiritum Vini rectificatum ad eminentiam tranſverſi digiti: accende, & ſæpiùs repete Spiritum Vini, uſque ad ſiccitatem ſemper deflagrando, & uſui ſerva.

In morbo gallico, in obſtructionibus contumacibus, podagra, & hydrope inſervit.

Doſis à granis duobus ad grana ſex.

Externè pro medicamento exſiccativo in ulceribus venereis, & ſimilibus applicatur.

TURPETHUM MINERALE, SEU PRÆCIPITATUS FLAVUS.

℞. Mercurii vivi, ... uncias duas.
Olei Vitrioli rectificati, ... uncias ſex.

Mercurium mitte in retortam, & affunde oleum vitrioli, dein vas impone igne arenæ, dum bulliat liquor, & Mercurius ſolvatur: peracta ſolutione, aucto igne, ad ſiccitatem evaporetur: materiam exemptam tere in mortario vitreo, tritamque conjice in aquam calentem, & præcipitabitur pulvis flavus, qui repetitis aquæ lotionibus dulcoretur, ſiccetur, & uſui ſervetur.

Salivationem, & alvum movet, ac ſæpe vomitum.

Doſis à grano uno ad grana quinque.

Nota: Medicamentum prædictum videtur eſſe illud tantoperè à Paracelſo laudatum, & pro maximo arcano in morbis venereis ab eo habitum.

Si autem Spiritus Vini tartariſatus prædictæ operationi addatur, & per aliquod dies digeratur, ac deinde accendatur ad ſiccitatem, benignius operatur; ſemper autem cum cautela uti debet.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS VIRIDIS.

℞. Mercurii vivi, ... uncias duas.
Limaturæ Cupri, ... unciam ſemis.
Seorſim diſſolve in
Aquæ fortis, ... quantitate ſufficienti.

Solutiones miſceantur, & per retortam igne arenæ Aqua fortis evocetur uſquequò fumus à Mercurio exiens craſſus appareat: igne aucto materiam calcina, exemptam, & pulveratam in Aceto diſtillato per biduum digere: ultimò ebulliat acetum per horam circiter, dein filtretur; materiæ ſuperſtiti novum acetum diſtillatum adde: digere, & filtra ut ſuprà; liquores tandem miſceantur, ac ad Mellis conſiſtentiam vaporentur, materia ad frigus indurata in vaſe vitreo ſervetur.

Vermes necat, gonorrhœæ virulentæ opem præſtat.

Doſis à granis duobus ad grana ſex.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS PER SE.

℞. Mercurii vivi puri, . . . quantum volueris.
Inde pluribus ampullis fundo planis, taliter ut uniuſcujuſque ampullæ fundus tantummodò obtegatur, ex arena digere igne leni, & gradatim aucto per menſem & ultra, uſquequò ebullire videatur: ſicque pulverem ſubrubrum obtinebis: in Mercurio ſuperſtiti ſuperiorem proceſſum repete, donec omnis Mercurius in rubicundum pulverem abierit.

Ad exterminandam luem veneream, cunctoſque ab ea ortos affectus, à quamplurimis ſummopere extollitur, ſuas autem exerit vires per vomitum, ſeceſſum, ſalivationem, ac diaphoreſim, ut & alia prædicta medicamenta mercurialia.

Doſis à granis duobus ad grana quinque.

SUBLIMATUS CORROSIVUS.

℞. Mercurii puri, ... libram unam.
Mitte in Matracium, & affunde, ...
Spiritus Nitri, ſeu Aquæ fortis, . . uncias decem & ſex.

Impone arenæ calidæ ad abſolutam diſſolutionem; dein in cucurbita vitrea igne arenæ leni, ad ſiccitatem evapora: maſſam ſuperſtitem in mortario marmoreo pulvera, & miſce cum.

Vitrioli ad albedinem calcinati, . . } ana libra una.
Salis marini decrepitati, ... }

Miſturam inde in Matracium triplo capacius, ita tamen ut dimidia Matracii pars in arena demergatur, deindè ignem admove per gradus ad ſummum urgendum; duodecim fermè horarum ſpatio. Mercurius vaſis lateribus adhærens ſublimabitur: refrigerato vaſe exime, & uſui ſerva.

Externè utitur in aqua ſolutus, ſeu miſtus cum unguentis, ad carnem ſupercreſcentem exedendam, & ſcabiem, impetigines, ſimileſque affectus cutaneos ſanandos.

Internè verò numquam utitur, quia præſentaneum venenum eſt.

SUBLIMATUS CORROSIVUS ALIO MODO FIERI POTEST.

℞. Mercurii crudi, ... } ana libram unam
Vitrioli ad flavedinem calcinati }
Nitri purificati, ... } ana ſemilibram.
Salis communis, ... }

Seorſim pulverentur, miſceantur, & dividantur in duodecim partes æquales, dein ſume

Mercurii Crudi . . . . . . unciam unam.
Salium miſtorum, ... uncias duas.

Triturentur in mortario ligneo cum piſtillo, donec

in pulverem reducantur, nec ampliùs Mercurii globuli ſub conſpectum cadant: miſtura ſervetur, & prædicta operatio repetatur uſque ad ſalium, & Mercurii conſumptionem in eadem quantitate. Miſturæ omnes indantur in Matracium ejus capacitatis, ut non ultra tertiam ſphericam cavitatem implere poſsint. Collocetur vitrum ultra medietatem in arena, & fornaci convenienti; ubi ſuppoſito, & per gradus, ad ſummum aucto igne, duodecim vel ſexdecim horarum ſpatio peracto, Mercurius ſuperiori vaſis parti ſublimatus adhærebit. Vaſe refrigerato ſublimatum exime, & uſui ſerva.

Eoſdem uſus habet, quàm præcedens.

MERCURIUS SUBLIMATUS DULCIS.

℞. Mercurii ſublimati Corroſivi, ... uncias octo.
Mercurii crudi puri, ... uncias ſex.

Sublimatum tere in Mortario marmoreo miſcendo paulatim Mercurium crudum, donec penitus reddatur inconſpicuus: divide in ampullas igni arenæ ſuperpoſitas: ignem per gradus augendo, ſublimationem inſtitue: Mercurium per aliquot horas, vaſorum lateribus hærentem, exime, ac eundem à ſordibus ſeparatum, tere; ſublima iterum ex aliis ampullis: ſublimationes ſexies ſaltem repete, uſquedum ad guſtum nullum corroſionis indicium deprehendatur, vel ſi cum pauxillo Salis Tartari ſit admiſtum, & in aqua ſolutum, color niger evadat; ſi tamen pallidus, aut rubicundus appareat, indicium verum eſt, non eſſe ſatis ſublimatum, nec dulcificatum, donec candidiſsimus, & omnis ſaporis expers evadat.

In gonorrhœa virulenta, aliiſque affectibus à lue venerea pendentibus internè adhibetur, itemque ad vermes necandos.

Doſis à granis quinque ad ſcrupulum unum, vel ſemidrachmam.

Nota: Mercurius dulcis ab aliquibus diſpenſatur ſub nomine *CALOMELANOS RIVERII.*

PANACEA MERCURIALIS.

℞. Mercnrii dulcis, ... uncias ſex.

Lævigetur in mortario marmoreo, & mittatur in ampullam vitream capacem, arenæ impoſitam, igne leni primò (poſteà per gradus augendo) ſublimetur, & ſuperacta ſublimatione, ampullam refrigeratam frange, ſublimatum facilè exemptum, iterum læviga, & ſublima ex alia ampulla, idque ſepties repete, ſemper fæcibus abjectis: ſublimato, lævigato, & cucurbitæ vitreæ indito, ſpiritum vini rectificatum affunde, & aliquibus reſinoſis aromatum partibus impræegnatum, ad quatuor digitorum eminentiam: digere per dies quindecim, maſſam ſæpiùs agitando: tunc vaſis refrigeratis, ſpiritum vini per inclinationem effunde, Panaceam exime, exſicca, & ſerva.

Ad ſalivationem excitandam in morbis venereis præſcribitur.

Doſis à granis decem ad ſemidrachmam.

MERCURIUS VIOLACEUS.

℞. Florum Sulphuris, ... uncias quatuor.

Mitte in vas terreum, liquefiant, & vaſe ab igne remoto, ſenſim adde

Mercurii vivi puri, ... uncias ſex.
Salis Ammoniaci pulverati, . . uncias quatuor.

Omnia ſpathula ferrea move, & miſce: fluentem adhuc materiam extrahe, & ſtatim ac materia frigefiat, pulveretur, & capaci Matracio indatur; poſtea ſublimetur igne ſenſim aucto ad tertium gradum. Diſruptis vaſis, albos flores exime, & abjice. Subtractam materiam omnem tere, ac in Matracio iterum ſublima; idem adhuc bis repete, ac habebis maſſam ſupernè luteam, & levem; in-

ſernè verò ponderoſam, nigricantem, quandoque violaceam: hanc portionem ſuper porphyritem læviga, & Mercurium Violaceum obtinebis, quem ſpiritu vini ſuper accenſo edulcorabis.

Medicamentum hoc pro diaphoretico habetur, & nihil aliud eſt quam Æthiops mineralis. Obſtructionibus, Rheumatiſmis, affectibus venereis; Epilepſiæ, Scrophulis, Aſthmati, ac ſimilibus prodeſt; vermes etiam necat.

Doſis à ſemiſcrupulo ad ſcrupulum unum.

ÆTHIOPS MINERALIS.

℞. Mercurii vivi puri, ... uncias duas.
Florum Sulphuris, ... uncias quatuor.

Miſce, & tere in mortario vitreo, donec Mercurius reddatur inconſpicuus, ac pulvis intensè nigreſcat: reponatur, & ſervetur.

Ad enecandos, & expellendos lumbricos pro ſpecifico habetur.

Doſis à ſemiſcrupulo ad drachmam unam.

Cum Balſamo de Copaiva, vel Rob Juniperino in Pilulas redactus propinatur: ad ſcabiem, luèm veneream, gonorrhœam, & ſimiles affectus inſervit.

Nota: Mercurii, & Sulphuris miſtura in patella terrea levi igne calcinetur ad ſulphuris deflagrationem, reſtabit pulvis niger, ſeu fuſcus, qui ÆTHIOPS MINERALIS CUM COMBUSTIONE vocatur.

Doſis à granis ſex ad ſemi drachmam.

CINNABARIS ANTIMONII.

℞. Maſſam ſuperſtitem ex Antimonii Butyro, cum una Antimonii crudi parte, & duabus ſublimati corroſivi confecto.

In retortam immitte, ſivè in ampullam, & igne are-

næ per gradus aucto ad ſummum ſublimabitur : Cinnabaris in collo retortæ, ſeu ampullæ adhærens, ſeparetur, & aqua dulcoretur, tum nova ſublimatione rectificetur, ac uſui ſervetur.

Vires ejus prædicantur ſpecificæ ad epilepſiam, vertiginem, & ad humores coagulatos reſolvendos.

Doſis à granis ſex ad ſcrupulum unum.

CINNABARIS COMMUNIS OFFICINALIS.

℞. Sulphuris communis citrini, . . . libram unam.
In olla terrea liquefiat, eique admiſceantur ſenſim, continuò agitando

Mercurii vivi, ... libræ tres.

Donec Mercurius extinctus conſpiciatur, quibus peractis, maſſam in cucurbitam terream humilem immitte, & patella terrea foraminulata tegatur, igne aperto ſublimetur in maſſam rubram, quæ à vaſis ſeparata ſervetur.

Ad eoſdem uſus, ac Æthiops mineralis inſervire dicitur, quia nihil aliud eſt, quàm Æthiops mineralis per ſublimationem factus.

SACCHARUM MERCURII, SEU VERMIFUGUM.

℞. Mercurii puriſsimi, ... uncias duas.
Sacchari albiſsimi, ... uncias quatuor.

Tere ſimul in mortario marmoreo, donec Mercurius penitus ſit extinctus, qui ad uſum ſervetur.

In infantibus pro vermibus necandis, eo utuntur Medici.

Doſis á granis ſex ad ſcrupulum unum.

AMALGAMA MERCURII CUM PLUMBO.

℞. Mercurii vivi, ... uncias quatuor.
Calefiat in crucibulo modico igne: calefacto affunde

Plumbi in alio crucibulo liquefacti, . . unciam unam.
Agitentur ſpathula lignea ad perfectam mixtionem.
Miſcetur unguentis, aut linimentis mercurialibus.

AMALGAMA JOVIS.

℞. Stanni puriſsimi Anglici, ... uncias duas.
Liquefiat in crucibulo.
Mercurii vivi, ... uncias tres.

Immitte in alio crucibulo, quod in igne maneat, donec fumos emittat Mercurius, qui mox affundatur Stanno liquefacto. Agitentur aſsiduè ſpathula lignea in mortario marmoreo, addendo pauxillum ſalis communis ad perfectam purificationem. Paſtam multoties aquà ablue, donec inſipida evadat.

Pro paranda aqua diuretica, & antihyſterica, in officinis in uſu eſt.

CAPUT IV.

DE CROCIS.

CROCUS MARTIS (*vulgo*) APERIENS.

℞. Limaturæ ferri, ... quantum volueris.
Aqua pluviali, vel rore majali identidem irroretur, donec in rubiginem redigatur, dein ſupra porphyritem lævigetur, & uſui tandem ſervetur.

In abſorbendis acidis in primis viis, ſingulare remedium eſſe dicitur: propterea in obſtructionibus corporis totius, & in affectibus ab eis productis, mirè prodeſt.

Doſis à granis quinque ad ſcrupulum unum.

Nota : Idem crocus fieri poteſt cum urina , aqua communi , aceto , & ſimilibus liquoribus ; ſi limatura ferri irroretur aqua , addito Spiritu Nitri, Sulphuris , Vitrioli , Salis , &c. ut acida reddatur , idem fit CROCUS.

CROCUS MARTIS (VULGO) ASTRINGENS.

℞. Limaturæ Martis, . . . quantum volueris. Injice in crucibulum, patinam, ſeu ollam terream, deinde in igne reverberii calcinetur , donec in pulverem rubrum , & leviuſculum abierit , qui multoties aquâ ablutus , exſiccatus , & lævigatus , uſui ſervetur.

In morbis , quibus adſtrictione opus eſt , perutilis cenſetur.

Doſis à granis quinque ad ſcrupulum unum.

GLOBULI MARTIALES , SEU MARS POTABILIS, VULGO DE WILLISIO VOCATUS.

℞. Limaturæ ferri , ... uncias octo.
Tartari albi pulverati , . . . uncias duodecim.

Miſceantur in cucurbita terrea , & affundatur Aqua vitæ ad digiti eminentiam , deinde in radiis Solaribus , vel alio lento calore ad ſiccitatem digerantur. Maſſæ exſiccatæ , ac pulveratæ iterum aquam vitæ affunde : digeratur ut ſuprà , idque toties repete , donec Maſſa exſiccata, quaſi reſinoſa appareat , ex qua globulos efformabis ad ovi magnitudinem , ad uſum ſervandos.

Ex globulis in aqua communi maceratis , fit Aquæ ſpecies Mineralis , quæ in omnibus affectibus , in quibus Marte utitur , mirè præſtat ; ſi in aqua vitæ diſſolvatur, hæc tinctura ulceribus cavernoſis , ſeu fiſtuloſis per ſyringam injecta , ſive applicata , prodeſt.

Globuli, seu Mars potabilis magis activus.

R. Limaturæ Martis, ... } ana uncias ſex.
Lapidis Hæmatites præparati, . . }

In patella terrea miſceantur cum vino electo ad digiti eminentiam, dein radiis Solaribus, vel alio tepido loco ad ſiccitatem digerantur. Maſſa pulveretur, & denuò cum vino irroretur, digeratur, ac exſiccetur; idque toties repete uſquequò Maſſa tamquàm reſinoſa appareat, ac deinde ſume

Maſtiches, ... } ana ſemi unciam.
Croci, ... }
Aloes, ... }
Mirrhæ, ... }

Omnia ſubtiliter pulverata cum ſufficienti quantitate vini miſceantur, ut liquida Maſſa fiat; tunc digerantur ad ſpiſſam conſiſtentiam, ut Globuli poſsint efformari, quæ exſiccati, uſui ſerventur.

Ad Cachexiam, Icterum, & ad reſerandas obſtructiones exiſtimantur.

CAPUT V.

Methodus generalis conficiendi, ex vegetabilibus Sal Ackali Fixum, ſeu Livixioſum.

R. Plantam mediocriter ſiccam, ut Abſynthium; concrema igne moderato in cineres albos, quos decoque in

Aquæ fontanæ, ... ſuficienti quantitate.

Ut inde fiat lixivium, filtra; cineribus relictis, no-

vam aquæ quantitatem affunde : procede ut ſupra ; ſic repete, quouſque aqua omnis ſalſedinis, atque pinguedinis expers fuerit : lixivium filtratum ad ſiccitatem evapora; tunc igne moderato, (ita tamen, ut candeſcat aliquantum, & neutiquam autem fluat (ad albedinem calcina; quo facto, mediante ſolutione, filtratione, evaporatione que Sal obtinebis candidum ; ſed ſi ſatis candidum non fuerit, calcinationem, ſolutionem, filtrationemque repete.

Doſis à ſemiſcrupulo ad drachmam unam.

Sic parantur Salia ex Plantis, nempè

Centauri minoris,
Cardui benedicti,
Gentianæ,
Tamariſci, & ſimilium.

METHODUS GENERALIS CONFICIENDI EX VEGETABILIBUS SAL ESSENTIALE.

℞. Plantæ alicujus recentis, & ſucculentæ magnam ſatis quantitatem.

Contundatur in mortario lapideo, dein ſuccum per torcular exprime, & per manicam trajice : ſuccus colatus vaporetur ad mellis liquidi ſpiſsitudinem, reponatur in vaſe vitreo, vel fictili vitreato, loco frigido per octiduum ſaltem ; & in cryſtallos albas concreſcit liquor, quo effuſo, propria aqua abluantur, & ſiccentur ad uſum.

Pari modo parantur Salia eſſentialia.

Abſynthij,
Arthemiſiæ, & ſimilium.

Nota : Herbas viſcoſas, igne leni emolliendas eſſe, antequàm prælo committantur, atque etiam ſicciores, ex aquæ ſufficienti quantitate elixandas.

Nonnulli Salia eſſentialia ſequenti conficiunt modò,

Supuesto que las Causas de los Diviesos no son locales jamas, sino que provienen de una mala disposicion de los organos gastricos, ó sea del Vientre, ó tambien de Saburras en las primeras vias, su Curacion consiste principalmente en la administracion de los evacuantes, remedios capaces p.ª destruir la causa de donde dependen: Una Onza de Tartaro soluble disuelto en una Libra de agua, de dos en dos días, ó cada día, ú otro purgante minorativo, basta para cumplir la indicacion. Este es mi sentir que podrá el Amigo consultar con su Facultativo.

videlicet: herbas recentes contuſas, magna in Aquæ copia ad dimidias circiter decoquendo, colando, ac prælo fortiter exprimendo, & in reliqua ut ſuprà procedendo, cujus methodus, haud eſt contemnenda.

Non abſimili modo, Salia Eſſentialia ex ſuccis fructuum præparantur.

Eſſentialia nominantur, quoniam poſsident (quamvis non penitùs) vires ſimplicium, ex quibus extrahuntur.

CAPUT VI.

DE SALIBUS FIXIS ACIDIS.

SAL PRUNELLA, SEU CRYSTALLUS MINERALIS.

℞. Nitri puri, ... libras duas & ſemis.
Florum Sulphuris, ... ſemiunciam.

Mitte in ollam terream igne impoſitam; liquefacto nitro, per vices ſulphuris flores injice: deflagratione peracta, olla parùm infrigidata, Nitrum in pelvim effunde continuò verſandam, ut expandatur, quod exime, & ſerva. In febribus malignis, & ardentibus magni uſus eſt; humores craſſos incidit, æſtum febrilem mitigat; inflammationibus conducit.

Doſis à ſcrupulo ſemis ad duos.

SAL SULPHURIS.

℞. Salis Prunellæ, ... libram ſemis.
Mitte in cucurbitam vitream, ſolve in
Aquæ communis, . . . ſufficienti quantitate.
Affunde
Spiritus Sulphuris, ... uncias quatuor.

Miſtura filtretur, & arenæ lento igne ad ſiccitatem evaporetur.

Refrigerans eſt egregium, & ſat gratum in febribus ardentibus; bilis effervefcentiam compeſcit; gargariſmatibus miſtum, putredinem dentium, oriſque fœtorem emendat.

Doſis à granis tribus ad ſcrupulum unum.

SAL VITRIOLI.

℞. Colcotharis, ... libras quatuor.
Aquæ ferventis, . . quantitatem ſufficientem.

Stent per biduum, ſæpius agitando, dein parùm bulliant, & quiete ſubſideant; decantetur liquor, tunc alteram aquam affunde, digere, & decanta, ut ſuprà, idque pluries, donec inſipida exeat aqua: ſolutiones omnes filtrentur, ac lento igne ad ſiccitatem evaporentur: Sal reſiduum uſui ſerva.

Emeticum eſt, ac Errhinum; & ad conficiendum Sal Volatile anodynum, ſeu ſedativum inſervit.

Doſis à ſemiſcrupulo ad ſemidrachmam.

Nota: Sal hoc ſpecies Vitrioli albi eſt: propterea ab aliquibus *Gilla Vitrioli* vocatur. Communiter fit hoc modò.

℞. Vitrioli albi, ... uncias quatuor, diſſolve in
Aquæ communis, . . . ſuficienti quantitate.

Filtra per chartam, evapora in vaſe vitreo igne arenæ ad pelliculam: dein ad cryſtalliſandum in loco frigido repone, liquorem decanta, & cryſtallos omnes, collectas uſui ſerva.

Doſis, & uſus ſunt ut præcedentis.

SAL, SEU VITRIOLUM MARTIS.

℞. Limaturæ ferri, ... libram unam.
Aquæ communis, ... libras quatuor.
Spiritus Vitrioli, . . . libram unam & ſemis.

Mittantur in matracium amplum, & lento igne arenæ per viginti quatuor horas digerantur, ſæpius agitando: liquor decantetur; filtretur, ac ad pelliculam evaporetur: tandem in frigido loco imponatur ut concreſcant cryſtalli, quæ ſeparentur, & prædictæ repetantur operationes, donec nullæ appareant cryſtalli, & uſui ſerventur.

Obſtructiones viſcerum omnium aperit; aliquando nauſeas excitat, & vomitum, ſi in majori doſi propinetur.

Doſis à granis tribus ad ſemiſcrupulum.

Nota: ſi in vaſe ferreo injiciantur Olei Vitrioli, & Spiritus Vini partes æquales, & in lento calore Solis, ſeu arenæ per triduum digerantur, ac in frigido loco reponantur, fiunt cryſtalli diverſi coloris, quæ communiter SAL MARTIS RIVERII vocantur.

Eeoſdem uſus, & Doſim ut præcedens habet.

SAL, SIVE SACCHARUM SATURNI.

℞. Ceruſſæ electæ, ... quantum libuerit.
Inde in vas vitreum; affunde
Acetum ad eminentiam quatuor digitorum.

Efferveſcentia peracta, digeratur igne arenæ per triduum, identidem agitando; tunc ſolutionem decanta, materiæ ſuperſtiti adjice novum acetum, digere, & decanta, ut ſuprà; idque toties repete, donec acetum non amplius dulceſcat.

Liquor primò decantatus ACETUM SATURNI eſt.

Liquores omnes decantati in vaſe vitreo, igne lento arenæ. ad pelliculam decorantur, & frigido loco impoſiti in cryſtallos concreſcunt; evaporationem, cryſtalli-

ſationemque repete, donec nullæ exeant cryſtalli; ſicca, & ſerva ad uſum.

Nota: ſi magis album, nitidumque Sal deſideretur, ſolve in aceti diſtillati, & aquæ partibus æqualibus, liquorem filtra, evapora, ac denuò cryſtalliſa, ſicca, & uſui ſerva. Loco Ceruſſæ injici poſſunt *MINIUM*, *LITHARGYRUM*, ſeu aliæ *SATURNI CALCES*.

Externè confert ophthalmiæ, lippitudini oculorum, ulceribus ſordidis, membris ambuſtis, imò quibuſcumque cutis affectibus.

Doſis ad libitum.

SAL, SIVE SACCHARUM LACTIS.

℞. Seri Lactis clarificatiſsimi, . . quantum volueris. Vaporet ad pelliculam in vaſe vitreo, Balneo maris. Repone in cella, ut concreſcant cryſtalli, aquâ frigidâ abluendæ.

Specifici loco commendatur ad podagricos affectus.

Doſis à drachma una & ſemis ad drachmas duas.

SACCHARUM LACTIS.

℞. Lactis Vaccini, ... quantum placet. Bulliat leniter in cucurbita, & evaporetur ad apparentiam pelliculæ; reponatur in loco frigido; concreſcet ad latera ſubſtantia ſalina, ſubdulcis, ſal nempe eſſentialis, ſive ſaccharum lactis.

Antiſpaſmodicum, demulcens, antiarthricum eſt, ſcorbuticis, hecticis, & nephriticis convenit.

Cavendum verò eſt, ne ſit rancidum, ſed recens paratum.

Doſis à drachma una ud duas.

ALUMEN SACCHARINUM.

℞. Aluminis electi, ... libras tres.
Indantur in retortam vitream, ac igne lento arenæ diſtilla phlegma, dein ſuper caput mortuum injice, & digere per integram diem, tum diſtilla denuò phlegma: operatio hæc ſexies repetatur, retorta cum reſidua materia frigido loco, humidoque imponatur, ut in liquorem convertatur; poſteà liquor injiciatur in circulatorio vaſe, & in arenæ igne per duodecim dies digeratur, quibus peractis, humiditas ad ſiccitatem evaporetur; id, quod remanet, *Aluminis Saccharum* vocatur.

In dentium doloribus inſervit: ab aliquibus creditur in febribus hecticis, & ſimilibus prodeſſe.

Doſis à ſemiſcrupulo ad ſcrupulum unum.

SAL JOVIS, SEU STANNI.

℞. Calcis Stanni, ... libram ſemis.
Aceti diſtillati, ... libras duas.

Injice in cucurbitam vitream, digere per quatriduum igne arenæ, dein ſolutionem per chartam bibulam filtra; materiæ ſuperſtiti adde acetum diſtillatum, digere, & filtra, ut ſuprà; id repete uſquequò acetum non ampliùs Stannum diſſolvat.

Omnium ſolutionum fiat evaporatio igne lento ad pelliculam, deinde in frigido loco reponantur ad cryſtalliſationem, cryſtalli ſeparentur; liquor denuò, ut anteà evaporetur, ac in loco frigido imponatur, ut in cryſtallos concreſcat, quæ exſiccatæ ſerventur ad uſum.

In affectibus uterinis, & hypochondriacis magnoperè dicitur prodeſſe.

Doſis à granis duobus ad ſex.

Nota; Stannum, ſi non benè calcinatum, neutiquam ab aceto diſſolvitur, quia ſulphureæ particulæ nempe Stanni

aceti penetrationem, ac diſſolutionem impediunt; proptereà in igne reverberii per triduum calcinetur. Si ſolutioni addatur Oleum per deliquium Tartari, fit præcipitatio, & pulvis, qui in vaſis fundo reperitur, *Stanni Magisterium* vocatur.

SAL, SEU VITRIOLUM VENERIS.

℞. Viridis Æris, ſeu Limaturæ Cupri, ... quantum volueris.

Immitte in cucurbitam vitream, & ſuperaffunde

Aceti diſtillati, . . . quantitatem ſufficientem.

Ut ſupereminеat duos digitos, digere in lento igne arenæ per biduum, ſolutionem filtra, idque repete, uſquedum in fundo nihil ampliùs niſi pars impura, ſeu terreſtris remaneat; ſolutiones miſceantur, & ad cuticulam evaporentur; loco frigido reponantur ad cryſtalliſandum, cryſtalli ſeparentur; liquoremque remanentem, ut ſuprà evapora, cryſtalliſa, & uſui ſerva.

Hoc Vitriolum pro diſtillatione Veneris Spiritus inſervit; ſed nihil aliud eſt, quàm ſpiritus aceti reconcentratus. Externè in ulceribus mundificandis, ac exſiccandis prodeſt.

ALUMEN TINCTUM.

℞. Aluminis rupei, ... uncias duas.

Sanguinis Draconis electi, . . . unciam unam.

Liquefiat Alumen in ſcutella ſuper prunas, illicò adde Sanguinem Draconis, tenuiſsimè pulveratum, agita ſuper ignem lentum, ut ritè miſceantur; refrigerata maſſa ſervetur, vel ex eadem adhuc calenti, pilulæ formentur uſui ſervandæ.

In ſanguinis ſputo, & in hæmorrhagiis perutile habetur.

Doſis à ſcrupulo ſemis ad drachmam unam.

CAPUT VII.

DE SALIBUS ALKALIIS.

SAL TARTARI.

℞. Tartari albi crudi triti, . . quantum volueris, Corniculis papyraceis madentibus include; fiat ſtratum, ſuper ſtratum cum carbonibus intra furnum, in igne aperto calcina ad albedinem, ex calcinata maſſa, fiat lixivium, filtra, & ad ſiccitatem evapora.

Sal hoc valdè Alkalinum eſt, & ideò in aperiendis, ſeu reſerandis Mineralibus, Vegetabilibus, & Animalibus Corporibus ad elaborandas eorum Tincturas, ſive Eſſentias magno in uſu eſt: humores viſcidos, craſſoſque attenuat, & diſſolvit.

Doſis à ſemiſcrupulo ad ſemidrachmam.

OLEUM PER DELIQUIUM TARTARI.

℞. Salis Tartari, ... quantum libuerit. Pone in vaſe vitreo plano, & in humido loco in liquorem faceſsit, quem filtra, ac uſui ſerva.

Eiſdem inſervit uſibus, ac præcedens.

NITRUM CUM CARBONIBUS FIXATUM.

℞. Nitri puri, ... libram unam & ſemis. Liqueſcat in crucibulo capaci, tum carbonum pulveratorum cochlear unum adde, detonatione peracta, alterum cochlear projice: repete, donec Nitrum nec ampliùs fluat, nec detonet; Nitrum adhuc calens ex crucibulo exemptum, aquâ calente ſolve, filtra, & ad ſiccitatem evapora; & Nitrum Fixatum obtinebis, quod ſi in

humido loco imponatur, in liquorem liqueſcit, qui ALKAEST GLAUBERI dicitur.

A Sale tartari. ratione virtutum, & Doſis haud multum diſcrepat.

NITRUM EX TARTARO FIXUM.

℞. Nitri puri, ... } ana quantum volueris.
Tartari crudi exſiccati, }

Miſce, & in olla terrea non vitreata candefacta per vices injice, ut detonentur, facta detonatione, maſſam ſolve in

Aquæ communis, . . . quantitate ſufficienti.

Filtra per chartam, & ad ſiccitatem evapora, idque in cella liquatum HELMONTII ALKAEST vocatur.

Eiſdem uſibus, ac præcedens inſervit.

Nota: Si Nitri, & Tartari miſtura in ollam fictilem non vitreatam injiciatur, & candenti carboni applicetur, illicò cum detonatione deflagratur, poſteà refrigerata maſſa, in aqua diſſolvatur, ſolutio filtretur, & ad ſiccitatem evaporetur.

CAPUT VIII.

DE SALIBUS NEUTRIS.

TARTARUS VITRIOLATUS.

℞. Olei per deliquium tartari, ſeu
Salis Tartari, optimè depurati, quantum libuerit.

Affunde Spiritum, ſeu Oleum Vitrioli rectificatum, & limpidum, ad ſaturationis punctum, effervеſcentia ſedata, miſtura igne leni ad pelliculam evaporetur: mox in frigido loco ad cryſtalliſationem reponatur; cryſtallis ſe-

paratis, liquorem affunde, ac denuò ad pelliculam vaporet, addendo prius non nihil Salis Tartari: repone, ut anteà, & concreſcent novæ cayſtalli: & ad uſum ſerva.

Valet ad digerendam, & incidendam humorum viſciditatem, ob id in omnibus viſcerum obſtructionibus prodeſt. *Doſis á ſemiſcrupulo ad ſcrupulum unum vel ad ſemidrachmam.*

Nota: ſi à drachmis tribus ad drachmas ſex adminiſtretur alvum ſolvit.

ARCANUM DUPLICATUM, SEU SAL DE DUOBUS.

℞. Nitri, ...
Vitrioli viridis, . . . } ana partes æquales.

Miſce, & igne aperto calcina, uſque ad intenſam rubedinem, ac nulli vapores exhalent. Tum ſolve in

Aquæ ferventis, . . . ſufficienti quantitate.

Filtra per chartam, & lixivium ad pelliculam evaporetur, ac in frigido loco imponatur, ut in cryſtallos albas concreſcat, ad uſum ſervandas.

Nota: ſi cryſtalli virides ſint, iterum calcinationi ſubjiciendæ ſunt, ſolutioque repetenda, & cryſtalliſatio, ut metallica Vitrioli pars omninò ſegregetur. Si ex capite mortuo Aquæ Fortis optimè calcinato lixivium fiat, filtretur, evaporetur, & ut ſuprà cryſtalliſetur, præbet Sal, quod etiam *Arcanum duplicatum*, ſive *Sal de duobus* eſt.

Non abſimili modo idem Sal confici poteſt, ex reſidua materia in Spiritus Nitri diſtillatione, aut in Oleo Vitrioli, quod ab alijs *Sal Nitri mirabile* vocatur.

Ad idem valet, ac Tartarus Vitriolatus.

Doſis eadem.

SAL FEBRIFUCUM SYLVII.

℞. Materiæ ſuperſtitis à diſtillato Spiritu volatili Salis Armoniaci cum Tartari Sale , quantum placet.
Solve in Aquæ communis , . . ſufficienti quantitate.

Filtra per chartam , & in vaſe vitreo , igne arenæ ad pelliculam evapora : in frigido loco reponatur , ut liquor in cryſtallos concreſcat , qui per decantationem effundatur : & cryſtalli uſui ſerventur.

Deobſtructivum , diureticum , ac febrifugum eſt.

Doſis à ſcrupulis duobus ad drachmas duas.

SAL MIRABILE.

℞. Salis marini, ſeu communis, . . . uncias ſexdecim.
Olei vitrioli , ... uncias duodecim.

Miſceantur in retortam vitream , & recipienti amplo applicato , igne arenæ diſtillentur , & ſpiritus Salis fortiſſimus prodibit , qui ſervetur ad uſum. Maſſam in retorta ſuperſtitem exime , ac igne aperto calcina , donec ampliùs non exhalet fumus , fac lixivium aqua ferventi , & filtra : ſolutio igne arenæ in vaſe vitreo ad pelliculam vaporet , & ad cryſtalliſandum frigido loco reponatur; Cryſtallos ſepara , & uſui ſerva.

Ad obſtructiones inveteratas aperiendas pro magno remedio habetur.

Nota , quod ab aliis *Sal Catharticum* vocatur ; & differt â Sale *Ebsionense* , ſeu *Angliæ* , vel de *Vacia Madrid* in hoc , quod ſalia prædicta naturalia ſunt , illud verò artificiale.

SAL POLYCHRESTUM.

℞. Nitri pulverati, ... libras duas.
Florum Sulphuris, ... libram unam.

Mixta, per vices in crucibulum candens projice, nec nova projiciatur materia, quin prior prorſus deflagrata ſit: deflagratione peracta, ignis per horam urgeatur. Maſſam refrigeratam, ex aqua calenti ſolutam, filtra: liquor in vaſe vitreo igne arenæ ad pelliculam vaporet, & in frigido loco cryſtalliſetur: Cryſtallos ſepara, ad uſum ſervandas.

Pro incidendis, & detergendis humoribus viſcido-tenacibus, viſcera obſtruentibus, inſervit: ideò pro ſtimulo in purgantibus adhibetur.

Doſis à ſemidrachma ad duas.

TARTARUS SOLUBILIS, SEU SAL VEGETABILE.

℞. Salis Tartari, ... ſemilibram.
Solve in
Aquæ communis calidæ, ... libris ſex.
Tum adde
Cremoris, ſeu Cryſtalli tartari tenuiſsimè pulverati, ... libram unam.

Leviter in ollam fictilem vitreatam ebulliant, refrigeratum liquorem per chartam filtra. Vaporet ad pelliculam, ut cryſtalliſetur, vel ad ſiccitatem. Etiam *Tartarus Laxativus* vocatur.

Deobſtructivum valdè, & diureticum eſt: ob id cachexiæ, hydropi, & ictero inſervit.

Doſis à ſcrupulo uno ad quatuor.

TERRA FOLIATA TARTARI.

℞. Salis Tartari puriſsimi, . . . uncias quatuor.
Inde in cucurbitam vitream, affunde
Spiritus aceti acerrimi, . . uncias ſexdecim.
Donec ſpiritus non amplius efferveſcat: vaporet ad ſiccitatem, ſeu diſtilletur, dein iterum affunde
Spiritus aceti, . . ſufficientem quantitatem.
ad ſaturationis punctum.

Vaporet ad ſiccitatem, ut ſuprà, & hoc repete, donec ſpiritus ſtillet acidus: tunc maſſam ſuperſtitem ſolve in
Spiritus vini communis, . quantitate ſufficienti.
Filtra, & ad ſiccitatem vaporet: ſolutionem, & vaporationem repete, donec materia ſicca, alba, & foliacea appareat, quæ uſui ſervetur.

Magnum, & admirabile deobſtructivum eſt: ob id in ſchirro, & aliis obſtructionibus tenacibus magnopere laudatur.

Doſis à granis decem ad ſcrupulum unum.

SAL POLYCHRESTUM, SEU TARTARUS SOLUBILIS (*vulgò*) DE SEIGNETTE.

℞. Salis Kali Alicantini (vulgò) *Sosa*, . uncias octo.
Diſſolve in
Aquæ communis, . . , ſufficienti quantitate.
Solutioni adde
Cryſtalli Tartari ſubtiliter triti, uncias quatuordecim.
Poſt efferveſcentiam, ſeu ſaturationem factam, filtretur, & lento igne ad cuticulam evaporetur, ac frigido in loco cryſtalliſetur: cryſtalli ad uſum ſerventur.

Tartarus hic pro diuretico magno, lithontryptico, digeſtivoque, & aperitivo habetur. Communiter in Ga-

lia tamquam ſpecificum medicamentum in omnibus viſcerum obſtructionibus uſurpatur.

Doſis à ſcrupulo uno ad drachmas duas.

Nota : idem Sal fieri etiam poteſt, ſi cryſtallus tartari pulveriſata (ſuper lixivium Kali filtratum) injiciatur uſque ad ſaturationem : dein liquorem evapora, & ad cryſtalliſandum repone.

SAPO TARTAREUS, SIVE CORRECTOR STARCKEY.

℞. Salis Tartari puriſsimi, ... ſemilibram.

Fluat in crucibulo, forti igne, per horam unam, aut alteram, ſicut pro paranda tinctura Tartari fieri ſolet, ut igneus quaſi ac acerrimus fiat. Hunc Salem effunde in mortarium ferreum probe calefactum, & piſtillo pari modo calente in pulverem tenuem tere, quem, ab igne adhuc ferventem & tantum non candentem, immitte in purum, ſiccum, calidiſsimum Vitrum (Urinale vulgò dictum) in loco calido & ſicco, die ſereno ; ipſo momento, quo ſal fervidus in vitri fundo collectus hæret, inſtillatur Oleum Terebinthinæ diſtillatum, puriſsimum ac æthereum, nullo modo adulteratum, pariter calefactum, guttatim, ita, ut gutta guttam trudat, in mediam partem ſalis ferventis, tum, ingenti cum fumo, & ſibilo ſtrepente, trahetur illapſum oleum illico in ſalem ſiticuloſum, ad intima uſque, & diffundet ſe per totam maſſam ſalinam. Inſtillatio continuatur ocyſsime, donec tantum olei in ſalem attractum ſit, ut purum ſupernatet, ſicque omnem acceſſum aeris à ſuperficie ſalis arceat, impediatque. Reponitur Vitrum in locum ſubterraneum, charta tectum, brevi oleum diſparebit, unitum ſali alkalino ; affunditur tum iterum aliquid olei calidi ejuſdem, & baculo ligneo miſcetur priori maſſæ. Reponitur, ut prius, ſicque pergitur, donec triplum fere olei ſale ſic adunatum ſit;

eritque maſſa Saponacea, Æquabilis, mirè Penetrabilis. Quæ, quò magis conteritur, & movetur, eò citius & felicius perficetur.

Cognoſcimus benè abſolutum eſſe opus, quando hic Sapo Aquæ miſcetur, ſine Olei nota.

Additur hic Sapo pilulis Polychreſtis Starckeyanis: ſuo loco deſcriptis.

Corrector vocatur, quod ſi Opio, vel alij Vegetabili, ob vehementiam alias Nocuo, exempli gratia, Helleboro additur, eum corrigat, & ſalutare reddat.

Abſtergit, aperit, diureticus & balſamicus eſt atque in Gonorrhœa, Ictero, Hydrope felicitèr adhibetur.

Doſis à granis octo, ad undecim in vehiculo aquoſo.

NITRUM STIBIATUM.

℞. Lotiones Antimonii Diaphoretici, ſeu Anti-hectici Poterii

Injice in vaſe fictili vitreato, & igne lento ad ſiccitatem vaporent, ſeu ad pelliculam, ſi cryſtallos volueris, quas ad uſum ſepara: & Nitrum antimoniatum, ſive SAL POLYCHRESTUM STIBIATUM obtinebis.

Craſſos humores incidit, febribus adverſatur, æſtumque febrilem mitigat.

Doſis à ſemiſcrupulo ad ſcrupulos duos.

TARTARUS CHALYBIATUS, SEU MARTIALIS.

℞. Cryſtalli tartari pulverati, ... libram unam & uncias quatuor.
Limaturæ ferri præparati, . . . uncias quatuor.

Miſce; coquatur in
Aquæ communis, ... libris octo.

Soluto Tartaro, calidè liquorem filtra per manicam, in cella reponendum, ut cryſtalli concreſcant: his exemp-

tis, iterum liquor ebulliat ad cuticulam, & procede ut ſuprà, donec omnes cryſtallos obtinueris.

Aperitivus eſt, viſcerum obſtructiones tollit; & earum fibras laxatas, roborat.

Doſis à ſemiſcrupulo ad ſemidrachmam.

TARTARUS CHALYBIATUS SOLUBILIS.

℞. Tartari Solubilis, ... uncias quatuor.
Tincturæ Martis, ... libram unam.

Miſceantur, ad ſiccitatem in vaſe vitreo igne arenæ decoquantur: poſteà in vaſe ritè clauſo uſui ſervetur.

Ad idem valet, ac præcedens, quamvis vires ejus efficaciores.

Doſis à granis decem ad ſcrupulum unum.

TARTARUS EMETICUS.

℞. Vitri Antimonii, ... } ana uncias ſex.
Croci Metallorum, ... }
Cremoris Tartari, ... uncias ſexdecim.

Fiat omnium pulvis, & injice in
Aquæ ferventis, ... libris octo.

Bulliant in vaſe fictili vitreato, ſeu ferreo per duodecim horas, addendo identidem aquam ferventem, liquor calens filtretur, & ad ſiccitatem evaporetur.

Vires nomen indicat.

Doſis à granis duobus ad ſex.

Nota: ſi loco Cremoris Tartari, Tartarus ſolubilis injiciatur, *Tartarum Emeticum* habebis SOLUBILEM.

Doſis à granis duobus ad grana quatuor.

SAL, ET MAGISTERIUM MATRIS PERLARUM.

℞. Matris Perlarum pulveratæ, . . . uncias ſex.
Mitte in matracium vitreum, & affunde ſenſim
Aceti diſtillati, ... uncias decem.

Donec acetum nihil amplius effervefcat: finita effervefcentia, digere ex arena per quatriduum, ſolutionem decanta, & filtra: dein liquor leniſsimo calore ad ſiccitatem ebulliat, & *SALEM* obtinebis.

Magisterium verò fit, ſi ſolutio, mediante Oleo Tartari, in pulverem albiſsimum præcipitetur, aqua communi multoties dulcorandum, & ſiccandum, uſui ſerva.

Ad diarrhœas, hæmorrhagias, dyſenterias, & ſimiles fluxiones ſiſtendas, inſervit.

Doſis à ſemiſcrupulo ad ſcrupulos duos.

Simili modo parari poſſunt Salia, & Magiſteria
Margaritarum,
Oculorum Cancrorum,
Coralli Rubri,
Cryſtalli Montanæ, &
ſimilium.

FLORES BENZOINI.

℞. Benzoini electi craſsiuſculè triti, quantum libuerit.
Mitte in ollam fictilem, deſuper ritè adaptato corniculo papyraceo, ſeu capitello ligneo intùs papyro involuto; igne leni fiat ſublimatio, refrigerato vaſe, & corniculo, flores obtinebis albos, ſingulis horis colligendos, donec flavi ſublimentur.

Flores ſaporis ſub-acidi ſunt, ob id pectoris affectibus perutiles habentur, præſertim in anti-aſthmaticis, bechiciſque immiſceri ſolent.

Doſis à granis tribus ad ſemiſcrupulum.

FLORES LAPIDIS HÆMATITES, SEU MARTIS.

℞. Salis Armoniaci, . . . } ana partes æquales.
Lapidis Hæmatites, . . . }

Simul pulverata, inde in cucurbitam ſuo capitello inſtructam, adaptato recipienti, & digeſtione facta per biduum, ſublimentur igne primò leni, dein gradatim aucto, Spiritum Salis Armoniaci, & Lapidis Hæmatites Flores obtinebis, & ſeorſim ſerva.

Diaphoretici, diuretici, & deobſtructivi ſunt.

Doſis à granis ſex ad ſcrupulum unum.

Spiritus Salis Armoniaci eiſdem gaudet virtutibus.

Nota: ſi caput mortuum in humido loco imponatur in liquorem faceſsit; & Tincturam Lapidis Hæmatites adſtringentem magnarum virium habebis.

Doſis à guttis duabus ad guttas quatuor.

Si ex prædictis floribus Tinctura, Spiritû Vini extrahatur, *TINCTURAM MARTIALEM*, ſeu *LAPIDIS HÆMATITES, APERITIVAM VOLATILEM* obtinebis: & in menſenterii obſtructionibus præſcribitur.

Doſis à guttis ſex ad guttas decem.

FLORES SULPHURIS.

℞. Sulphuris communis triti, . . quantum placet. Mitte in ollam fictilem ſuo capitello vitreo inſtructam, igne arenæ ſublima; identidem capitellum renova, ut flores colligantur, donec totum Sulphur (relictis in fundo fœcibus) in flores ſublimetur.

Flores Sulphuris eaſdem habet virtutes, quas Sulphur commune purificatum, quamvis præſtantiores.

Doſis à ſemiſcrupulo ad ſemidrachmam.

ENS VENERIS.

℞. Vitrioli veneris optimè reverberati, & dulcificati, ... uncias quatuor.
Salis Armoniaci, ... uncias octo.

Seorſim pulverentur, & miſceantur, immittantur in cucurbitam terream vitream, ſeu vitream loricatam, appoſito capitello juncturiſque clauſis per biduum leni igne digerantur, dein igne aperto, & aucto gradatim ſecundum artem, flores ſublimentur: poſteâ denuò pulverentur, ſimul cum capite mortuo, & ut ſuprà, ſublimentur: quod repete duo, vel ter ſemper cohobando: flores exceptos flaveſcentes, in vaſe idoneo, ad uſum ſerva.

In rachitide, & in febribus intermittentibus, præſertim quartana, pro inſigni habetur remedio.

Doſis à granis quinque ad ſemiſcrupulum.

SAL ARMONIACUM VOLATILE.

℞. Salis Armoniaci, ... libram unam.
Tartari fixi, ... libras duas.
Spiritus vini rectificati, . . uncias quatuor.

Salia benè exſiccata pulverentur ſeorſim, & miſta in retortam mitte, ac per duodecim horas macera, dein affunde Spiritum Vini, retorta benè obturata per alias duodecim horas deſine; admove receptaculum, juncturis obſeratis, arenæ igne leni ſecundum artem diſtilla, diſtillatione finita, & vaſis refrigeratis Sal Volatile, â ſpiritu ſeparatum, ſeorſim utrumque ſerva.

Omnes acidos humores blandè ſubducit: ob id eorum viſciditatem deſtruit.

Doſis à granis quatuor ad ſemiſcrupulum.

SAL VOLATILE AROMATICUM.

R. Salis volatilis Armoniaci prædicti, . uncias duas.
Olei diſtillati Roris marini, Salviæ, Lavendulæ,
Aut alterius cujuslibet aromatici, . drachmam unam.

Mitte in cucurbitam vitream, & capitello poſito, juncturiſque clauſis, igne arenæ ſublima ſecundum artem, & Sal ſublimatum collige, ac ad uſum in vaſe exactiſsimè clauſo ſerva.

Ad idem valet.

FLORES, SEU SAL ARMONIACUM RECTIFICATUM.

R. Salis Armoniaci, . . . } ana uncias quatuor.
Communis decrepitati, . }

Pulverata, ſimul immitte in cucurbitam vitream capitello ſuo inſtructam, & igne primum leni, dein gradatim aucto in flores albos ſublimentur, uſui ſervandos.

Ad idem valet.

SAL SEDATIVUM.

R. Salis Colcotharis ex Vitrioli diſtillatione ſuperſtitis, ... uncias duas.
Solve in aquæ ferventis, . quantitate ſufficienti.
Boracis tritæ, ... uncias duas.
Pariter ſolve in
Aquæ ferventis, . . . quantitate ſufficienti.

Solutiones miſceantur, & filtrentur, dein mittantur in cucurbitam vitream humilem fundi latioris: vaporentur ad pelliculam; tunc capitellum, receptaculumque adaptetur, & igne arenæ ad ſiccitatem diſtillentur: aqua omnis elicita abjiciatur, exceptis quatuor ultimis unciis, quæ ſervantur; cum verò nihil humoris ſtillet amplius, Sal vola-

tile, nivis inſtar, ſublimatur, finita ſublimatione, ac vaſis refrigeratis, flores ſeparentur: ex quatuor unciis ſuprà aſſervatis fiat cum materia in cucurbitæ fundo reſidua, cohobatio: diſtilletur, & liquorem ſerva. Sublima, ut ſuprà, & ſublimatio hæc erit priori copioſior: cohobationes, diſtillationes, ac ſublimationes repete, donec amplius nulli ſublimentur flores.

Effervefcentias ſanguinis mirè compeſcit, in febribus continuis, ac deliriis ſalubris eſt.

Doſis à granis duobus ad ſex.

Nota: idem Sal parari poteſt ex una parte Olei Vitrioli, loco Salis Colcotharis, & duabus, tribuſve partibus Boracis, eadem methodo ſuprà deſcripta.

In Phthiſicis, vel pectoris affectibus propter aciditatem rariſsimè à Medicis præſcribitur.

AURUM FULMINANS.

℞. Auri limati, ... drachmam unam.
Aquæ Regiæ recenter factæ, . quantum ſufficiat, ut Aurum omninò diſſolvatur: ſolutione facta, duplum Aquæ calentis ei addatur, dein guttatim inſtilla
Olei per deliquium Tartari, . . quantum ſufficiat.

Ad præcipitationem. Sine ut liquor reſideat, qui per inclinationem effundatur: pulverem in fundo præcipitem aquâ tepidâ ablue, donec inſipida evadat: exſicca, & uſui ſerva.

Suavitèr alvum in parva doſi movet; pro diaphoretico, & epileptico medicamento exiſtimatur.

Doſis à grano uno ad quatuor.

MAGNESIA ALBA, SEU LAC TERRÆ.

℞. Aquæ matris Nitri, ſeu reſiduæ poſt Nitri Salis extractionem, . . quantum volueris.

Evaporetur in vaſe fictili vitreato ad ſiccitatem; materia ſuperſtes calcinetur optimè; dein in pulverem redactam multoties aqua tepida ablue: Sicca, ac denuò iterum calcina, & ablue, donec aqua inſipida reddatur: tum materia ex crucibulo excepta, ſubtiliſſimè pulveretur, & uſui ſervetur.

Abſorbens eſt: ob id in affectibus omnibus, in quibus Alkalinum remedium deſideratur, utitur; pro blando laxativo etiam adminiſtratur; & humorem omnem ſalſum, viſcidumque, evacuat.

Doſis à ſemidrachma ad duas.

Nota: hoc remedium *Panacea solutiva*, ſeu *Anti-hypochondriaca* ab aliis vocatur.

LAPIS MEDICAMENTOSUS.

℞. Vitrioli ad rubedinem calcinati, . . uncias duas.
Lithargyri, ...
Boli armenæ, ...
Aluminis, ... } ana uncias quatuor.

Imponantur in olla terrea vitreata ſuperaffundendo
Aceti acerrimi, . . quantitatem ſufficientem ad duorum digitorum eminentiam, vaſe obturato, per biduum, vel triduum macerentur, materiam identidem agitando, tum adde
Salis Nitri, ... uncias octo.
Armoniaci, ... uncias duas.

Coquantur igne lento ad ſiccitatem, materia exſiccata vehementi igne per horam calcinetur, & uſui ſervetur.

Si unciæ duæ hujus lapidis in libris duabus aquæ plan-

taginis, ſeu communis diſſolvantur, pro *AQUA ARTERIALI* uſurpatur. In ulceribus, & vulneribus applicata prodeſt, etiam ad exſiccanda vulnera, ulceraque inveterata.

LAPIS MEDICAMENTOSUS CROLLII.

℞. Vitrioli Viridis, ... librам unam.
Albi, ... ſemilibram.
Aluminis. . . . . libram unam & ſemis.
Salis marini, ... }
Fellis Vitri, ... } ana uncias tres.
Salis Tartari, ... }
Abſynthii, ... }
Artemiſiæ, ... } ana ſemiunciam.
Cichorii, ... }
Perſicariæ, ... }
Plantaginis, ... }
Aceti Roſati, ... libras duas.

Coque omnia ſimul lento igne in olla vitreata, ſpathula ferrea agitando: ubi denſari cœperit materies adde
Ceruſſæ, ... uncias ſex.
Boli Armenæ, ... uncias quatuor.

Diligenter miſce omnia, donec igne mediocri in lapidis duritiem maſſa concreſcat.

Ulcera maligna & venerea mundificat, dentes confirmat, & gingivas à putredine præſervat. Modus utendi hic eſt: Liqueſcat ejus uncia una in libra una aquæ pluvialis, vel fluviatilis, filtretur, & poſtmodum filtrato liquore utere tùm lavando, tùm linteolo imbuendo & imponendo.

LAPIS DIVINUS, SEU OPHTHALMICUS.

℞. Vitrioli Cœrulei Cyprini, . . }
Nitri, . . , ... } ana uncias ſex.
Aluminis rupei, ... }

Exactè pulverentur, ac miſceantur, dein mittantur in matracium, liqueſcant igne arenæ, liquefactis adde

Camphoræ pulveratæ, . . . drachmas duas.

Materiam refrigeratam, effracto vaſe, excipe, & ſerva.

In oculorum affectibus, Aqua Roſarum, Euphraſiæ Chelidonii, & ſimilium admiſtus prodeſt.

LAPIS MAGNES ARSENICALIS.

℞. Antimonii noſtratis, . . }
Sulphuris flavi, . . . } ana uncias quatuor.
Arſenici albi pulveratorum, }

Excipiantur omnia in cucurbita vitrea, igneque arenæ lento liqueſcant, quæ refrigerata ſerventur ad uſum.

Pro conficiendo *Emplastro Magnetico Arsenicali.*

LAPIS MARTIALIS IN GLOBULIS.

℞. Tartari pulveriſati, . . . }
Limaturæ Martis depuratæ, } ana unciam unam.

Affunde Spiritum Vini ad eminentiam trium digitorum, macerentur per viginti quatuor horas. Poſtea adde adhuc

Spiritus Vini, ... quantitatem ſufficientem.

Coque & Spiritum Vini evapora: ex paſta autem forma globulos.

Inſervit in primis pro uſu externo ad vulnera, & hæmorrhagias, diſſolvitur in Aqua & Spiritu Vini, uſque dum liquores bene ſaturati ſint, & tum imbuuntur lintea-mina, & applicantur, vel liquor injicitur ad hæmorrhagiam uteri, & nimium menſium fluxum.

SPECIFICUM ROSETTI AD PRÆSERVANDAM EPILEPSIAM.

℞. Sulphuris Vitrioli philoſophici, . . nncias duas.
Spiritus Vitrioli anti-epilectici, uncias tres & ſemis.
Miſce in vaſe clauſo & digere diebus tribus.
Poſtea ad uſum ſerva.

Doſis uſque ad drachmas duas.

SULPHUR VITRIOLI PHILOSOPHICUM, SEQUENTI MODO CONFICITUR.

℞. Vitrioli Romani, ... quantum volueris.
Calcinetur Sole in Leonem per Vitrum Uſtorium, calcinatum pulveriſetur, demum ſume
Vitrioli hujus calcinati, ... libras duas.
Salis Armoniaci triturati, . . . libram unam.

Miſce in vaſe apto, igne arenæ ſublimentur. Sublimati Flores pulveriſentur, & in caput mortuum reſtituti; denuò ſublimentur, quod tertia vice reiteretur. Flores demum Aqua Pœoniæ diſtillata diluantur, & exſiccentur. Poſteà cum Spiritu Vini Tinctura extrahatur, abſtractoque demum Vini Spiritu, Sulphur Vitrioli in vaſis fundo reſidens probè exſiccatum, ſervetur.

SPIRITUS VITRIOLI ANTI-EPILECTICUS, ITA CONFICITUR.

℞. Vitrioli Romani, ... libras quinque.
Urinæ Pueri ſani, ... libras decem.

Miſce & digere vaſe ritè clauſo in Balneo Maris tepido diebus octo, poſtea diſtilletur ad ſiccitatem. Phlegma diſtillatum vaſe clauſo ſervetur pro conficienda Aqua Anti-epileptica, Caput mortuum in retorta ignis gradibus diſ-

tilletur, quod ter cohobetur, & ſimiliter diſtilletur. Spiritum denique acidulum, & ſulphureum vaſe probè clauſo ſervare convenit.

Mixtura, quæ ex dictis duobus componitur in ſequenti Aqua Anti-epileptica propinari debet.

AQUA SIC CONFICITUR.

℞. Phlegmatis Vitrioli ſupra præſcripti, ... libram unam

Spiritus Vini non dephlegmati, libram unam & ſemis.

Liquoris Tiliæ temperati, ... libras ſex.

Florum Pœoniæ, ... } ana manipulos ſex.
Tiliæ, ... }

Cinnamomi acuti contuſi, . . . ſemiunciam.

Miſce omnia in vitro amplo, & digere diebus tribus.

Poſtea diſtilla ad ſiccitatem, & probè ſerva.

Integri demum hujus Remedii uſus ſequens in Adultis eſſe debet:

IN HUNC MODUM.

℞. Mixturæ ſupra memoratæ ex Sulphure, . . . & Spiritu Vitrioli, ... drachmas duas.

Aquæ Anti-epilepticæ nunc præſcriptæ, ... unciam unam & ſemis.

Miſce & propina mane & ſero per dies viginti pro Doſi, duabus tantum horis ante cibum.

Efficaciſsimum auxilium eſt ad Epilepſiæ curationem, & præſervationem, & ſæpenumerò felicitèr adhibetur; ſin autem integrè eam ſemper non expugnat; ſaltem illius ferociam plurimum minuit.

LILIUM PARACELSI.

℞. Reguli Veneris, ... }
Jovis, ... } ana uncias quatuor.
Antimonii Martialis, . . }

Pulverati & mixti ſimul liquefiant in regulum ſecundum artem. Huic pulverato admiſce.

Nitri puriſsimi, . }
Tartari pulverati, } ana libram unam & uncias duas.

Projice per vices in crucibulum, & detonet. Tum igne vehementiſsimo liquentur. Materiam ex crucibulo extractam pulvera, quam adhuc calentem mitte in matracium, & illicò ſuperaffunde.

Spiritus Vini rectificati, . ſufficientem quantitatem.

Digere per aliquos dies igne arenæ, identidem agitando, ut ſaturata *Metallorum Tinctura*, ſeu *Lilium Paracelsi* eliciatur.

In Febribus malignis. Apoplexia, Paralyſi, Rheumatiſmo, Scabie, Scorbuto, Hydrope, Menſium ſuppreſsione nihil efficacius.

Doſis à guttis viginti uſque ad triginta in vehiculo convenienti.

SAL VIRTUTIS.

℞. Cinerum ligni Fraxini cribatorum, . . partes tres.
Salis Ammoniaci, ... partem unam.

Miſce optime, lentoque ignis gradu per cucurbitam ſublima. Sic elevabuntur flores admodum compacti, affunde Spiritum Vitrioli guttatim tamdiu continuando, donec Spiritus Vitrioli omnes diſſolverit flores, & ſpiritus limpidus conſpiciatur. Hunc poſteà moderato igne evapora ad ſiccitatem, videbis tunc Sal partim in altum elevatum, & in ramulos elegantes nive candidiores diſperſum, partim in fundo in cryſtallos Nitrum puriſsimum repræ-

ſentantes coactum. Omne deinde Sal collige & uſui ſerva.

Sal hoc commendatur tanquam remedium attenuans, aperiens, & deoppilans, quam maxime conveniens in febribus, morbiſque Chronicis.

Doſis á ſcrupulo uno ad duos.

MAGISTERIUM CORALLIORUM ROSATUM.

℞. Roſarum rubrarum, ... unciam unam.
Aceti diſtillati, ... libras quatuor.

Digere ad extractionem Tincturæ: Aceto filtrato immitte.

Coralliorum Rubrorum, . . . quantum ſufficit.
ut penitus dulcificetur. Solutioni inſtilla.

Spiritus Vitrioli, ... quantum ſatis.

Præcipitabitur pulviſculus ſubruber, quem effuſo per inclinationem liquore, ſine ulla ablutione in umbra ſiccatum ad uſum ſervabis.

Celebratur ut cardiacum, roborans, & anthyſtericum.

Doſis à granis duobus ad grana ſex.

MAGISTERIUM, SEU BUTYRUM SULPHURIS.

℞. Florum Sulphuris, ... uncias quatuor.
Salis Tartari Alkalini, ... libram unam.

Mixtis affunde

Aquæ communis, ... libras octo.

Bulliant in olla terrea vitreata, donec liquor rubeſcat: filtrato inſtilla.

Aceti diſtillati, ... quantum ſufficit.

Turbabitur liquor, & pulviſculus præcipitabitur, quem aqua pluries ablues, ut à graveolentia liberetur, & in umbra ſiccabis.

In morbis pulmonum, præſertim aſthmate ac phtiſi

& quidem efficacius , quàm *Flores Sulphuris* valere exiſtimatur.

Doſis à granis ſex ad grana ſexdecim.

VIRIDE ÆTERNUM.

℞. Viridis Æris, ... quantum placet.
Aceti diſtillati, ... quantum ſufficit.

Digere in phiala arenæ calore per triduum : Acetum tingetur cœruleo colore : hoc per effuſionem ſeparato novum immitte, & ſic perge donec nihil amplius extrahatur cœruleæ tincturæ. Solutiones omnes filtratas evapora ad medietatem : ubi repoſueris in loco frigido Cryſtilli concreſcent Cœruleæ ; erunt *Sal Veneris* , vulgò etiam, *Viride Æternum.*

Externè adhibetur ad ulcera ſordida.

Chirurgis uſitatiſsimum eſt ad calloſas ulcerum excreſcencias abſumendas.

INDEX
RERUM ALPHABETICUS.

A

ACacia. pag. 22.
Acetum. 134.
- Florum Calendulæ. 134.
- Roriſmarini. 134.
- Roſatum. 134.
- Sambuci. 134.
- Tunicæ. 134.
- Herbarum Rutæ. 134.
- Scordij. 134.
- Sennæ. 134.
- Saturni, ſeu Plumbi. 135.
- Scylliticum. 134.
- Theriacale, ſeu Bezoardicum. 135.

Acorus Verus. 22.
Adipum Præparatio. 111.
Ægyptiacum. Vide Unguentum Ægyptiacum 337.
Æris Uſtio. 117.
Ætiops Mineralis. 471.
- Cum Combuſtione. *ibid.*

Agallochum. 22.
Agaricum 23.
Albi Græci Præparatio. 115.
Alkaeſt Glauberi. Vide Nitrum fixum 484.
- Helmontij. *ibid.*

Aloe, ſeu Aloes. 23.
- Caballina *ibid.*
- Hepatica. *ibid.*
- Roſata 200.

Soccotrina. 23.
Violata 200.

Aloes Lotio 111.
Nutritio. 112.

Alumen. Hiſpanicum. Anglicum. Plumeum. Romanum. Rupeum. Saccharinum. Tinctum. 24.

Aluminis Purificatio. 123.
Uſtio. 112.

Ambra Gryſea 24.
Amalgamatio. 106.
Amalgama ſeu Paſta Jovis. 473.
Mercurij cum Plumbo. *ibid.*
Ammi, ſeu Ammeos. 25.
Ammoniacum Gummi. *ibid.*
Ammoniacum Racemoſum 26.
Anacardium. *ibid.*
Anima Rhabarbari. 447.
Anime Gummi. 27.
Aniſum Indicum Stellatum, *Badian.* dictum 28.
Antifebrile Concharum, ſeu Febrifugum Crollianum. 119.
Anti-hecticum Poterij. 457.
Antimonium. 27.
Diaphoreticum. Uſuale. Martiale. 456.

Apocema. 149.
Anti-Venereum Solutivum. 150.
Apri Dentium Præparatio. 114.
Aqua Abſynthii 380.
Acetoſæ. 378.
Ad Gingivas. 409.
Aluminoſa 408.
Angelica Communis Solutiva 153.
Anti-Apoplectica, & Epileptica 399.
Anti-Epileptica Roſetti. 501.
Anti-Hyſterica. 400.

Antimonialis, ſeu Anti-Venerea 139.
Argentinæ. 379.
Artemiſiæ. *ibid.*
Arterialis, ſeu Styptica. 409.
Baccarum Juniperi. . . . . . . 381.
Lauri. 381.
Seminum Anéthi. 381.
Aniſi. 381.
Apij. 381.
Carvi. 381.
Cumini. 381.
Dauci. 381.
Fœniculi. . . . . . 381.
Aqua Bardanæ. 379.
Beccabungæ 380.
Berulæ. *ibid.*
Betonicæ. 379.
Borraginis. 378.
Bryoniæ Compoſita, ſeu Anti-hyſterica 400.
Bugloſsi. 378.
Bugulæ. 379.
Calcis. 408.
Calendulæ. 383.
Caponis vulgo *de la Palata*. 406.
Cardui Benedicti. 378.
Carmelitana, ſeu Meliſſæ Compoſita. 395.
Carminativa 404.
Centaurij Minoris. 379.
Centinodij. *ibid.*
Ceraſorum nigrorum. 383.
Chamæmeli. 380.
Chærophyllij. *ibid.*
Chelidonij. 378.
Chicorij. *ibid.*
Cinnamomi Cydoniata. 386.
Eſſentialis. 387.
Hordeata. 386.
Lacticinoſa, ſeu Lac cinnamomi. 385.
Spirituoſa. 386.
Cochleariæ 379.
Conſolidæ Majoris. *ibid.*
Aqua Corticum Aurantiorum. 385.

Aqua Corticum Aurantiorum Spirituoſa. 387.
Caſsiæ Ligneæ. 388.
Citrei. 387.
Spirituoſa. *ibid.*
Cordialis Temperata. 407.
Coſti Albi. 388.
Macis. *ibid.*
De la Palata. 406.
Ex Albuginibus Ovorum. 388.
Epidemica. 397.
Epileptica Langij. 402.
Corticum Aurantiorum. 387.
Citrei. 384.
Limonum. *ibid.*
Aqua diſtilata Euphraſiæ. 379.
Florum Anthos.
Aurantiorum. . . . . .
Caryophyllorum.
Lavendulæ.
Liliorum Alborum.
Convallium.
Nimphææ. 383.
Papaveris Rhœados.
Pœoniæ.
Sambuci.
Stœchados.
Tiliæ. . . . .
Aqua Fluviatilis. 377.
Fortis. 429.
Fructuum Aurantiorum. 384.
Ceraſorum nigrorum. 383.
Ceraſorum Acidorum. . . .
Citruli.
Cucumeris. 384.
Cucurbitæ.
Cydoniorum. . . . .
Fragorum. 383.
Melonum. . . . .
Mororum Rubi Idæi. 384.
Pomorum dulcium. . . . .
Fumariæ. 378.
Hederæ terreſtris. 379.

Aqua Herniariæ. 379.
Hirundinum 403.
Imperialis. 402.
Lactis Alexiteria. 407.
Lactucæ. 378.
Lepidij. 380.
Ligni Aloes. Aquilæ. Cupreſsi. Juniperi. Rhodij. Santali Citrini. 388.
Saſſafras. 387.
Mellis. 388.
Meliſſæ Compoſita. 395.
Mille florum, ſeu ſtercoris Vaccini. 388.
Mulſa. 204.
Naſturtij. 380.
Nucum Viridium. 385.
Ophthalmica. 409.
Cœrulea. 159.
Oxytriphyllij. 378.
Phagedænica. 408.
Plantaginis. 378.
Polychreſta. 390.
Portulacæ. 378.
Rabelliana. 426.
Radicum ſiccarum Ariſtolochiarum. Calami Aromatici. Carlinæ. Cyperi. Cichorij. Fragorum. Enulæ. Meu. Tormentilæ. Viperinæ. 388.
Raphani Ruſticani. 380.
Regia. 430.
Reginæ Hungariæ. 389.
Roris Majalis. 377.

Roſarum 382.
Sabinæ. . . . . .
Scabioſæ.
Saniculæ. . . . . } 379.
Seminum Anethi.
Aniſi.
Apij. . } 381.
Carvi. . . .
Cumini.
Dauci.
Fœniculi. . . } 381.
Sempervivi. 378.
Seri Lactis. 377.
Solani. 378.
Spermatis Ranarum. 388.
Summitatum floridarum Chamæmeli.
Chærophylli.
Fœniculi.
Hyſſopi.
Lauri.
Lentiſci.
Majoranæ.
Matricariæ.
Meliſſæ.
Menthæ.
Myrti.
Pulegij.
Rutæ. . . . } 380.
Aqua Summitatum floridarum Salviæ. . . .
Tanaceti.
Thymi. . . . } 381.
Totius Citri 384.
Theriacalis. 396.
Temperata. 395.
Trifolij fibrini. 380.
Tuſsilaginis. . . .
Verbenæ.
Veronicæ. . . . . } 379.
Vitæ Camphoratæ. 410.
Mulierum. 405.
Ulmariæ. 379.
Vulneraria. 398.

Spirituoſa. 399.
Aquæ Cordiales. 101.
Pleuriticæ. *ibid.*
Arcanum Corallinum. 465.
Duplicatum. 485.
Argentatio. 109.
Arſenicum Album. 28.
Aſſa dulcis. 29.
Fœtida. *ibid.*
Aſſellorum Præparatio. 112.
Aſpalathus 30.
Aſphaltum. *ibid.*
Auricolla. 36.
Auripigmentum 30.
Aurum fulminans. 496.
Aurum potabile. 450.
Axungiarum Præparatio. 111.

B.

BAlneum ad Paralyticos. 181.
Ad refrigerandum. *ibid.*
Balſamum Ægyptiacum, ſeu Gileadenſe. 31.
Anodynum. 320.
Anti-hyſtericum. 321.
Aparitij Viride. 317.
Apoplecticum. 322.
Arcæi 319.
Catellorum 312.
Catholicum. 319.
de Copayba. 32.
Embryonum. 405.
Judaicum. 31.
Mariæ. 33
Peruvianum. 33.
Pro Corpore loricando. 375.
Roriſmarini, ſeu *de Porras*. 320.
Saturni. 321.
Sulphuris Aniſatum. 322.

Balſamum Sulphuris Rulandi. } 322.
Succinatum. } 322.
Terebinthinatum. } 322.
Tolutanum. 34.
Tranquillans. 324.
Verum Syriacum. 31.
Viride. 323.
Bdelij Depuratio. 122.
Benzoinum. 29.
Bezoar Lapis Occidentalis. 34.
Orientalis. 35.
Bezoardicum Curvianum. 255.
Cartheuſeri. 463.
Joviale. 462.
Minerale. *ibid.*
Aliud. *ibid.*
Boli Armenæ Præparatio. 112.
Bolus Anodynus Adſtringens. 171.
Purgans. *ibid.*
Borax. 36.
Bufonum Præparatio. 116.
Butyrum Antimonij. 460.
Anti-herpeticum, ſeu Spermatis. 345.
Joviale. 461.
Saturni 421.
Rutæ. 327.
Butua, ſeu Pareyra Brava. 73.

C

CAchou. 44.
Cadaverum Conditura. 373.
Cadmia Æraria. 36.
Lapidoſa. *ibid.*
Calaguala. 37.
Calaminaris Lapis. 36.
Calamus Aromaticus Officinarum. } 36.
Verus. } 36.
Amarus. } 36.
Calcinatio Plumbi 447.

Cagoſanna. 58.
Calcinatio . 106.
Calomelanos. 470.
Camphora. 38.
Canchilagua. 37.
Cancrorum oculorum Præparatio. 118.
Canella Alba , ſeu Cortex Winteri. 42.
Ceylanica. 46.
Cantharides. 39.
Caragna. *ibid.*
Carbunculus. 77.
Cardamomum Majus. . . . . } 40.
Medium.
Minus. . . . .
Caryophylli. 40.
Caſsia Fiſtula. . . . . } 41.
Lignea.
Odorata.
Solutiva. . . . .
Caſtoreum. 42.
Cataplaſma ad Singultum. 186.
Anodynum. *ibid.*
Cruſtæ panis. 184.
Emolliens. 183.
Capitale. 185.
Farinarum. 184.
Nidi Hirundinum. 185.
Catechu. 43.
Cauterium , ſeu Lapis Cauſticus. 190.
Infernalis. 189.
Septicus , ſeu Luna Cauſtica. *ibid.*
Ruptorium Commune. 44.
Cebadilla. 44.
Ceratum Refrigerans. 328.
Cerviſia Medicata. 131.
Ceruſſa 44.
Antimonij. 456.
Chalcitidis Præparatio pro Theriaca. 112.
Chalybis cum aceto Præparatio. 117.
Cum Sulphure. 118.
Chermes. 44.
China Chinæ. 45.

China Dyſenterica. 58.
Mexicana. 46.
Chryſocolla. 36.
Chryſolithus. 90.
Chryſopazius. *ibid.*
Cinnabaris Antimonij. 471.
Factitia, ſeu Communis. 472.
Nativa. 47.
Cinnamomum. 46.
Circulatio. 107.
Clarificatio. *ibid.*
Clyſter Adſtringens. 162.
Carminativum. *ibid.*
Emolliens. *ibid.*
In Apoplexia. 163.
Coagulatio. 106.
Coccinella, ſeu Coccinilla. 47.
Coccum infectorium. 44.
Coccus Baphica. 45.
Cochinilla 47.
Cochlearum teſtarum Præparatio. 119.
Coctio. 107.
Cœmentatio. 106.
Cohobatio. 107.
Colcotharis Edulcoratio. 113.
Præparatio. *ibid.*
Collyrium Detergens. 160.
Lanfranci. 161.
Ophthalmicum. 160.
Roborans. 159.
Seu Aqua Ophthalmica Cœrulea. *ibid.*
Seu Tinctura Ophthalmica. 160.
Siccum. 161.
Combuſtio. 106.
Confectio Alkermes. 259.
Gentilis Cordialis. 261.
Hyacinthorum cum & ſine acido. 260.
Conſerva Florum Borraginis. . . . . .
Bugloſsi.
Calendulæ.
Malvæ.
Nimphææ. } 206.

Conſerva Florum Pœoniæ. ......
Papaveris Rhœados. } 206.
Perſicorum.
Rorismarini .....
Roſarum Rubrarum. 205.
Altera. *ibid.*
Salviæ. 206.
Tunicæ *ibid.*
Violarum *ibid.*
Foliorum Capillorum Veneris. 207.
Cochleariæ. ....
Hederæ terreſtris.
Meliſſæ.
Menthæ. } 207.
Rutæ.
Scordij. ....
Fructuum Ceraſorum acrium. ....
Oxyacanthæ.
Prunorum Damaſcenorum. } 208.
Sylveſtrium. ...
Diacornum. 207.
Radicis Angelicæ. 209.
Cichorij. *ibid.*
Helenij. 208.
Pœoniæ. 209.
Satyrij. *ibid.*
Scorzoneræ. *ibid.*
Symphyti majoris. *ibid.*
Summitatum Abſynthij. 207.
Contrayerva Alba major. 48.
Corallium, vel Corallus. ...
Album.
Nigrum. } 49.
Rubrum. .....
Cornu Cervi ad albedinem calcinatum. 113.
Præparatio Philoſophica. 114.
Pulveriſatio. 113.
Correctio Euphorbij. 122.
Scammonij cum Succo Cydoniorum. 120.
Corroſio 106.
Cortex Peruvianus. 45.
Winteranus Spurius. 42.

Coſtus Amarus. 49.
Arabicus. *ibid.*
Corticoſus. 42.
Dulcis. 49.
Craneum Humanum. 50.
Cremor Hordei. 146.
Cribatio. 107.
Cryſtallus. 50.
Mineralis. 477.
Montana. 50.
Crocus Martis *vulgo* Adſtringens. 474.
vulgo Aperiens. 475.
Metallorum. 455.
Crollianum Febrifugum. 119.
Cubebæ 50.
Cucupha. 176.
Roborans. *ibid.*
Curcuma. 50.

D

DActilus Idœus, ſeu Lapis Lyncis. 61.
Daucus Cretcus. 51.
Decantatio 108.
Decoctum Album. 138.
Amarum Alterans ex Bateana. 141.
Purgans. *ibid.*
Anti-Ictericum. 140.
Anti-Peſtilentiale, ſeu Antiloimicum. 141.
Anti-Nephriticum. 140.
Anti-Venereum ſive Aqua Antimonialis. 139.
Bezoardicum Completum Curvi. 142.
Incompletum. *ibid.*
Carminativum. 145
è Lignis. 238.
Emolliens. 145.
Febrifugum. Vide Ptiſana Febrifuga. 148.
Hordei. 146.
Communis. Vide Ptiſana. *ibid.*

Decoctum Pectorale. 137.
Solutivum. *ibid.*
Viperæ. Vide Conſummatum. 143.
Decrepitatio 108.
Deliquatio, aut Deliquium. *ibid.*
Dentis Apri Præparatio. 114.
Dentifricium Anti-Scorbuticum. 175.
Siccum. 174.
Depuratio Gummi Ammoniaci. Bdelij. Galbani. Opoponacis. Sagapeni. 122.
Deſpumatio. 108.
Detonatio. *ibid.*
Diacatholicum Compoſitum. 273.
Diacrydium. Vide Scammonium Cydoniatum. 120.
Dictamus Creticus. 51.
Digeſtio 108.
Diſtillatio. Ad Latus. Obliqua. Per Aſcenſum. Recta. 108.
Drakena Radix. 48.
Dulcoratio. 108.

E

EBoris Præparatio. 114.
Ebur foſsile. 93.
Eclegma, ſeu Lohoch. 209.
Edulcoratio Colcocharis. 113.
Efferveſcentia. 109.
Electrum. 60.
Electuarium Anti-Phthiſicum. 210.
Baccarum Lauri. 272.
Benedicta Laxativa. 275.
Catholicum commune pro Clyſteribus. 274.

Electuarium Catholicum Compoſitum. 273.
Diaphœnicum. 279.
Diaſcordium. 266.
Hamech Majus. 278.
Simplex. 279.
Hiera Logadij. 176.
Magna. *ibid.*
Simplex Galeni. 277.
Philonium Magnum Romanum. 266.
Eleoſaccharum Aniſi. . . . . . . 173.
Cinnamomi. 173.
Citri. 173.
Fœniculi. 173.
Nucis Moſchatæ. 173.
Succini. 173.
Thuris. . . . . . . 173.
Elixir Balſamicum Stomachicum temperatum Hoffmanni 440.
Spirituoſum Hoffmanni. 439.
Camphoræ. 442.
Helmontij. 441.
Propietatis. *ibid.*
Album. *ibid.*
Cum acido. 442.
Dulce. *ibid.*
Vitæ Majus. 443.
Minus. 444.
Embrochatio. 178.
Emplaſtrum Adſtringens ad ventris Regionem. 177.
Ad Herniam, vulgo contra Rupturam de pelle. 360.
Anodynum. 368.
Anti-Hyſtericum. 178.
Anti-Podagricum, ſeu Saponaceum. 352.
Camphoratum. *ibid.*
Benedictum. 368.
Betonicæ. 370.
Capitale. 185.
Carminativum. 369.
Catagmaticum vulgo Confortativum. 359.
Contra Rupturam. *ibid.*
De Pelle dictum. 360.
De Andrea á Cruce. 369.
De Ceruſſa. 348.

Emplaſtrum de Ceruſſa uſta, ſeu Nigrum dictum. 351.
De Cicuta. 363.
De Galbano. 371.
Cocratum. 369.
De Meliloto Compoſitum. 362.
Simplex. *ibid.*
De Ranis cum Mercurio. 355.
Simplex. 354.
Diabotanum. 356.
Cum Mercurio. 358.
Diachylon Gummatum. 350.
Iriatum. 349.
Magnum *ibid.*
Simplex. 348.
Diapalma. 346.
Diaphoreticum. 364.
Diaſulphuris. 371.
Divinum. Vide Manus Dei. 353.
Farinarum. 184.
Guillermi Servitoris. 367.
Imperiale. 372.
Magneticum Arſenicale. 363.
Manus Dei. 353.
Matricale. 366.
Nidi Hirundinum. 185.
Nigrum. 351.
Odontalgicum. 364.
Oxycroceum. 366.
Paracelſi. Vide Emplaſtrum Manus Dei. 353.
Pro Umbilico. Vide Emplaſtrum Matricale 366.
Puncturale. 350.
Ranarum 354.
Cum Mercurio. 355.
Regium vulgo de Minio. 351.
Contra Rupturam 359.
Saponaceum, ſeu Saponis ſimplex. 352.
Camphoratum. *ibid.*
Siliquarum. 372.
Spermatis Ceti. 371.
Stomachicum. 365.
Veſicatorium, ſeu Epiſpaſticum. 188.
Tacamahacæ. 365.

Emulſio Cathartica, ſeu Purgans. 151.
Communis. *ibid.*

Enema. 161.
Ens Veneris. 494.
Epitema Cardiacum. 169.
Cephalicum. 170.
Cordiale Solidum. *ibid.*
Liquidum. 169.
Hyſtericum Liquidum. 170.
Solidum. *ibid.*
Errhynum Anodynum. 167.
Cephalicum. *ibid.*
Solidum Adſtringens. 168.
Erinacei Præparatio. 116.
Evaporatio. 109.
Euphorbij Correctio. 122.
Euphorbium. 52.
Excrementa magis Uſualia. 19.
Excreſcentiæ magis Uſuales. 16.
Exſiccatio. 5.
Extinctio. 109.
Extractio. *ibid.*
Extractum Abſynthij. 198.
Agarici. 197.
Aloes. 200.
Baccarum Ebuli. . . . . .
Hederæ.
Juniperi. } 195.
Lauri.
Sambuci. . . .
Biſtortæ. 197.
Borraginis. . . . .
Bugloſſi. } 198.
Cardui Benedicti. . . . . .
Caſcarillæ. 196.
Catholicum, ſeu Panchymagogum. 201.
Centauri minoris. 196.
Chamædrys. . . . .
Cichorij. } 198.
Cochleariæ. . . . .
Colocynthidis. 197.
Fumariæ. 198.

Extractum Gentianæ. 197.
Gialappæ. 396.
Glycyrrhiſæ. 197.
Hellebori Nigri. 196.
Helenij. 197.
Kinæ Kinæ. 196.
Lupulorum. 198.
Mechoacannæ. 196.
Meliſſæ. 198.
Nucum. 385.
Opij. 198.
Panchymagogum. 201.
Polychreſtum. 394.
Radicis Tomentilæ. } 197.
Rhabarbari. } 197.
Rhapontici. } 197.
Sennæ. } 197.

F

FAba Febrifuga, ſeu Sancti Ignatij. 52.
Farinæ magis Uſuales. 16.
Febrifugum Crollianum. 119.
Fermentatio. } 106.
Filtratio. } 106.
Fixatio. } 106.
Flores Carminantes. } 100.
Cordiales. } 100.
Temperati. } 100.
Flores Antimonij Albi 460.
Rubri. 458.
Benzoini. 492.
Lapidis Hæmatites, ſeu Martis. 193.
Salis Armoniaci. 495.
Sulphuris. 493.
Fœnum Camelorum. 82.
Seu Palea de Mecha. *ibid.*
Folium Indicum. 53.
Orientale. Vide Senna. 83.

Fomentum. 178.
Siccum Anti-hyſtericum, & Colicum. 179.
Fotus ad dislocationes, & Contuſiones. *ibid.*
Anodynus. *ibid.*
Anti-Colicus. 180.
Vaporoſus, ſeu Anti-hæmorrhoidalis. *ibid.*
Fragmentorum Lapidum Pretioſorum Præparatio. 102.
Frontale Adſtringens. 175.
Anodynum. 176.
Fumigatio. 107.
Fuſio, ſeu Liquatio. 109.

G

GAlanga. 53.
Galbani Depuratio. 122.
Galbanum. 54.
Gargariſma ad Anginam & Uvulæ inflammationem. 156.
Anti-Scorbuticum. 157.
Pituitam è Cerebro eliciens. *ibid.*
Caryophylli. 40
Gelatina Cornu Cervi. 213.
Gialappa. 58.
Gilla Vitrioli. 478.
Gleſſum, ſeu Ambra Citrina. 60.
Globuli Martiales. 474.
Magis activi. 475.
Gluten Auri. 36.
Grana Tinctorum. 45.
Granatus 55.
Granulatio 109.
Granum Paradyſi 39.
Guajacum Lignum. 55.
Gummi Ammoniaci Depuratio. 122.
Achanticum. 56.
Ammoniacum. 25.
Arabicum. 56.
Babylonicum. *ibid.*
Bdellium. 34.

Gummi Catagauna. } 57.
De Gemou. } 57.
De Peru. } 57.
De Senega. 56.
Elemmi. 52.
Galbanum. 54.
Ghitta Gemou. 57.
Guajaci. 56. } 56.
Gutta. } 56.
Gamandra. } 56.
Gamba. } 56.
Lacca. 60.
Myrrha. 71.
Opoponax. 72.
Peruvianum. 57.
Sagapenum. 77.
Sarracenicum. 56.
Serapinum. 77.
Tacamahaca. 87.
Thebaicum. 56.
Tragacanthum. 90.
Guttæ Anglicanæ Anodynæ. 438.
Cephalicæ. 415.

H

HÆmatites Lapidis Præparatio. 120.
Hamech majus. 278.
Simplex. 279.
Hepar Antimonij. 455.
Sulphuris. 452.
Hiera Picra Simplex Galeni. 277.
Logadij. 276.
Magna. *ibid.*
Herbæ Capillares. } 99.
Carminantes. } 99.
Emolientes. } 99.
Hermodactylus. 57.
Hirundinum Præparatio. 116.

Hyacinthus Lapis. 58.
Hydromel. 204.
Vinoſum. *ibid.*

I

Jalappa. 58.
Ignis gradus Primus, Secundus, Tertius. 103.
Quartus. 104.
Imbibitio, Impaſtatio, Imprægnatio, Inauratio, Infuſio. 109.
Infuſio Florum Papaveris Rhœados. 131.
Perſicorum. *ibid.*
Roſarum Alexandrinarum. 130.
Rubrarum. 131.
Injectio Adſtringens. 164.
Anodyna. *ibid.*
Benedicta. 165.
Vulneraria. 164.
Inſolatio. 110.
Inſpiſſatio. 107.
Inſtrumenta Pharmaceutica. 103.
Inſuccatio. 110.
Inteſtinorum Lupi Præparatio. 114.
Ipecacuanha. 58.
Iris, Florentina, Illirica. 59.
Julepus, ſeu Julapium. 214.
Adſtringens & Roborans. *ibid.*
Anti-hyſtericum Cordiale. 216.
Cephalicum, ſeu Capitale. 215.
Pectorale, ſeu Anti-pleuriticum. 216.
Refrigerans Cordiale. 214

Julepus, ſeu Julapium Roſatum. 382.
Stomachicum. 215.
Juncus odoratus. 82.
Juſculum Pulli Gallinacei, Valentinum *vulgo* dictum. 143.
Juſculum, ſeu Conſummatum Viperæ. *ibid.*

K

KArabe, ſeu Succinum. 60.
Kermes. 44.
Minerale. 458.
Kina Kina. 45.

L

LAboratorium Pharmaceuticum. 104.
Lac Terræ, ſeu Magneſia alba. 497.
Lacca. 60.
Lævigatio. 110.
Lapidis Lazuli Præparatio. 120.
Lapides magis Uſuales. *ibid.*
Anthrax. 77.
Arabicus. 93.
Belemites. 61.
Bezoar Occidentalis. 34.
Orientalis. 35.
Calaminaris. 36.
Carbunculus. 77.
Carnalina. 49.
Cauſticus. 190.
Ceratites. 93.
Chryſolithus. 90.
Chryſopazius. *ibid.*
de Contrayerva. 248.
Cornalina. 49.
Cornelus. *ibid.*

Lapides Cryſtallus. 50.
Divinus. 499.
Granatus. 55.
Hæmatites. 57.
Heraclius 63.
Hyacinthus. 58.
Infernalis. 189.
Judaicus. 61.
Lyncis. *ibid.*
Magnes. 63.
Arſenicalis. 499.
Martialis in globulis. *ibid.*
Medicamentoſus. 497.
Crollij. 498.
Nauticus. 63.
Ophthalmicus. 499.
Phœnicites. 61.
Porcinus. *ibid.*
Pyropus. 77.
Rubinus. *ibid.*
Saphyrus. 80.
Sardius. 49.
Smaragdus. 85.
Syderitis. 63.
Syriacus. 61.
Tecolithus. *ibid.*
Topazius. 90.
Lavatio. 110.
Laudanum Cinnabarinum. 199.
Liquidum. 438.
Opiatum. 199.
Simplex. 198.
Urinarium. 200.
Leucopiper. 74.
Ligna magis Uſualia. 13.
Lignum Aloes. 22.
Guajacum, ſeu Sanctum Officinarum. 55.
Lilium Paracelſi, ſeu Tinctura metallorum. 502.
Limatio. 110.
Liquatio. *ibid*
Liquidambar. 62.
Liquor Anodynus. Mineralis. 426.

Liquor ex Nitro , & Marte , ſeu Tinctura Elaſtica. 448.
Lumbricorum. 128.
Ex Inſectis integris. *ibid.*
Lithargyrus. 63.
Lithomarga alba. 93.
Lohoch , ſeu Eclegma. 209.
Album Pectorale. 211.
Anti-Phthiſicum. 210.
Ex Ovo. 112.
Sanum. 209.
Lumbricorum. Præparatio. 128.
Luna Cauſtica , ſeu Lapis Infernalis. 189.
Lutatio. 110.

M

MAceratio. 110.
Macis. 68.
Macropiper. 75.
Magiſterium Antimonij. 460.
Coralliorum Roſatum. 503.
Corallij Rubri. 492.
Cryſtalli Montanæ. 492.
Margaritarum. 492.
Matris Perlarum. 492.
Oculorum Cancrorum. 492.
Stanni. 482.
Sulphuris. 503.
Magneſia Alba , ſeu Lac Terræ. 497.
Malabathrum. 53.
Malaguetta. 39.
Malaxatio. 110.
Mandibulæ Piſcis Lucij Præparatio. 114.
Manna. 63.
Tabullata. 282.
Margaritæ. 64.
Mars Potabilis. 474.
Magis activus. 475.
Maſticatorium. 168.

Maſticatorium Compoſitum. 168.
Mater Perlarum. 65.
Medullarum Præparatio. 111.
Mel Centaurij minoris. 204.
  Mercuriale. 203.
  Perſicum. *ibid.*
  Rorismarini. 204.
  Roſatum pro Vulneribus. 202.
  Rutæ. 204.
  Violarum florum. 203.
Melicratum. 204.
Menſuræ Medicæ. 102.
Mercurius Præcipitatus Albus. 464.
  Flavus. 466.
  Perſe. 467.
  Viridis. *ibid.*
 Sublimatus Corroſivus. 468.
  Dulcis. 469.
 Violaceus. 470.
 Vitæ. 463.
Millepedum Præparatio. 112.
Methodus Generalis conficiendi ex Vegetabilibus Sal Alkali fixum, ſeu Lixivioſum. 475.
Mixtura Anti-hyſterica. 155.
  Balſamica. Nephritica. De Tribus. 154.
  Ad Vomitum Sanguinis Silvij. 155.
Mithridatium. 267.
Miva Cydoniorum aromatica. 217.
  Simplex. *ibid.*
Moſchus. 68.
Mumia 69.
Muſcæ Hiſpanicæ 39.
Myrrha. 71.
Myrobalani. 69
  Bellericæ. Chebulæ. Citrinæ. Emblicæ. Indæ; ſeu Nigræ. 70.
Myrobalanorum Torrefactio. Vide Torrefactio Rhabarbari. 121.

N

NEpenthes Cinnabarinum. 199.
Nil, ſeu Nihili Album. 76.
Nitri Purificatio. 123.
Nitrum cum Carbonibus fixatum. 483.
  Ex Tartaro fixum. 484.
  Stibiatum. 490.
Nutritio. 110.
Nux Moſchata. 67.

O

OCulorum Cancrorum Præparatio. 118.
Oleum Per Diſtillationem. } 303.
  Per Expreſsionem. } 303.
  Per Coctionem, & Infuſionem. } 303.
  Spontè productum. } 303.
  Completum. } 303.
  Omphacinum. } 303.
  Virgineum. } 303.
Oleum diſtillatum Abſynthij. 430.
  Balſamorum omnium liquidorum. 414.
  Bufonum. 416.
  Caryophyllorum. 431.
  Carvi, vide oleum Aniſi. 431.
  Ceræ. 424.
  Cinnamomi. 432.
  Cornu Cervi. 415.
  Corticum Aurantiorum. } 432.
    Citrorum. } 432.
    Limonum. } 432.
  Cranij Humani. 416.
  Cymini. Vide Oleum Aniſi. 431.
  de Lateribus, ſeu Oleum Philoſophorum. 424.

Oleum diſtillatum Eboris. 416.
Fuliginis. 420.
Gagates. 422.
Gummi Ammoniaci. *ibid.*
Lavendulæ. Vide Oleum Abſynthij. 430.
Lignorum Buxi. Guajaci. Juniperi. Saſſafras. 423.
Lumbricorum. 416.
Macis. Vide Oleum Cinnamomi. 432.
Majoranæ. Vide Oleum Abſynthij. 430.
Maſtiches. 422.
Menthæ. 431.
Millepedum. 416.
Nucis Moſchatæ. Vide Oleum Cinnamomi. 432.
Philoſophorum. 424
Pulegij. Vide Oleum Abſynthij. 430. Roriſmarini. Rutæ. Sabinæ. Salviæ. 430.
Sanguinis Hirci. 420.
Humani. *ibid.*
Saponis. 424.
Seminum Anethi. Aniſi. Carvi. Cymini. Dauci. Fœniculi. 431.
Serici. 414.
Succini. 421.
Tacamahacæ. 422.
Tartari. *ibid.*
Terebinthinæ. 413.
Thymi. Vide Oleum Abſynthij. 430.
Ungulæ Alcis. 416.
Oleum per Expreſsionem Amygdalarum Amararum. 305.
Dulcium. 304.
Avellanarum. 305.
Baccarum Lauri. *ibid.*

Oleum per Expreſsionem Nucis Moſchatæ. 306.
Nucum Juglandium. 305.
Quatuor ſeminum frigidorum majorum. *ibid.*
Seminis Anethi. } 306.
Aniſi.
Cannabis.
Carvi.
Hyoſciami.
Fœniculi.
Lini.
Papaveris Albi.
Vitellorum Ovorum. 305.
Oleum per Infuſionem, & Coctionem Abſynthij. 307.
Anethi. *ibid.*
Anthelminthici. 317.
Anti-pleuritici. 314.
Aparitij Viridis. 317.
Caſtorei. 311.
Catellorum. 312.
Cicutæ. 307.
Croci. 311.
Cydoniorum. 308.
de Capparibus. 313.
Euphorbij. 309.
è Floribus Chamæmeli. } 307.
Liliorum alborum.
Nimphææ.
Roriſmarini.
Sambuci.
Verbaſci.
Hyoſciami. 307.
Hyperici. *ibid.*
Irinum. 312.
Ligni Guajaci. 316.
Lumbricorum. 309.
Majoranæ. 307.
Maſtichinum. 309.
Mellinum. 308.
Menthæ. 307.
Myrthini. *ibid.*
Nardinum Compoſitum. 310.

Oleum per Infuſionem, & Coctionem Nardinum Simplex. *ibid.*
Nicotianæ. } 307.
Nimphææ. } 307.
Roriſmarini. } 307.
Rutæ. } 307.
Sambuci. } 307.
Sanctum. 318.
Scorpionum compoſitum. 314.
Simplex. 311.
Solani. 307.
Verbaſci. *ibid.*
Vulpinum. 313.

Oleum per Deliquium Myrrhæ. 432.
Tartari. 483.
Petræ, ſeu Petroleum. 73.
Olivanum. 89.
Opium. 71.
Opobalſamum. 31.
Opomelle. 204.
Opoponacis Depuratio. 122.
Opoponax. 72.
Origanum Creticum. 51.
Orvietanum. 269.
Oxicratum. 136.
Oximel Scylliticum. 202.
Simplex. *ibid.*
Oxyrrhodinum. 136.

P

Panacea Mercurialis. 470.
Solutiva, ſeu Anti-hypochondriaca. 497.
Perlæ, Margaritæ, ſeu Uniones. 64.
Peſſarium Anti-hyſtericum. 166.
Aliud. *ibid.*
Philonium magnum, ſeu Romanum. 266.
Pilulæ Adſtringentes. 292.
Agregativæ. 287.
Anti-Acidæ Curvianæ. 293.

Pilulæ Æthiopicæ. 292.
Balſamicæ. 291.
Beccherianæ. 286.
Cochiæ. 283.
Contra fluxum Ventris. 292.
Catholicæ. 287.
De Cynogloſſo. 293.
De Ammoniaco. 284.
De Creta. 288.
De Rhabarbaro. *ibid.*
De Succino. 284.
De Terebinthina. 290.
De Tribus cum Rhabarbaro. 288.
Familiares. 287.
Fœtidæ. 285.
Hyſtericæ. 291.
Martiales. 290.
Matthæi aliàs Starkij. 289.
Mercuriales. 289.
Polychreſtæ. 285.
Pro Tuſsi. 290.
Tartareæ Bontij. 283.
Piper Album. 74.
Longum. 75.
Nigrum. 74.
Plumbum. 75.
Uſtum. *ibid.* 117
Pompholyx. 76.
Pondera, & Menſuræ Medicæ. 102.
Poſca, ſeu Oxycratum. 136.
Potio Angelica Communis Solutiva. 153.
Anti-Nephritica. *ibid.*
Vulneraria Communis. 152.
Præparatio. 110.
Præcipitatus Albus. 464.
Flavus, ſeu Turpethum minerale. 466.
Per ſe. 467.
Ruber. 465.
Viridis. 467.
Præparatio Adipum, Axungiarum, aut Pinguedinum 111.
Albi Græci. 115.
Aſſellorum. 112.

Præparatio Boli Armenæ 112.
Bufonum. 116.
Cancrorum fluviatilium. 118.
Calcitidis. 112.
Chalybis cum aceto. 117.
Cum Sulphure. 118.
Cochlearum teſtarum. 119.
Colchotaris. } 113.
Ad Rubedinem. } 113.
Artificiale } 113.
Cornu Cervi ad Albedinem Calcinatum. } 113.
Philoſophica. 114.
Pulveriſatio. 113.
Cranij. Humani. } 114.
Dentis Apri. } 114.
Eboris. } 114.
Erinacei. 116.
Jecoris Lupi. 114.
Inteſtinorum. *ibid.*
Laccæ 116.
Lapidis Armenæ. 112.
Calaminaris. } 120.
Cinnabaris. } 120.
Cryſtalli. } 120.
Hæmatites. } 120.
Judaici. } 120.
Lazuli, ſeu Cyanei. } 120.
Lyncis. } 120.
Magnetis. } 120.
Pumicis. } 120.
Fragmentorum Lapidum Pretioſorum. 119.
Margaritarum. *ibid.*
Oculorum Cancrorum. 118.
Tuthiæ. 120.
Lumbricorum. 116.
Medullarum. 111.
Pinguedinum. *ibid.*
Priapi Cervi. 115.
Ranarum. 116.
Rhinocerontis Cornu. 114.
Sanguinis Hirci. 115.
Sarcocollæ. 121.

Præparatio Scyllæ. 123.
Seri Lactis. 124.
Sevi. 111.
Stercoris Anſeris. 115.
Pavonis. *ibid.*
Terebinthinæ. 124.
Viperarum. 116.
Unicornu. 113.
Ptiſana Adſtringens. 148.
Amara. *ibid.*
Aperiens. 147.
Cardiaca. . . . . } 146.
Communis. } 146.
Cremoris Hordei.. . . . . . . } 146.
Febrifuga. 148.
Laxativa. 149.
Anticolica. *ibid.*
Pectoralis. 147.
Pyropus. Vide Rubinus. 77.
Pulpa Caſsiæ Fiſtulæ. 172.
Tamarindorum. *ibid.*
Pulveriſario. 110.
Pulvis Abſorbens. Wedelij. 254.
Ad carnes replendas. 374.
Ad Caſum. 258.
Ad Hydrophobiam præcavendam. 257.
Ad interanea condienda. 373.
Ad Suppoſitoria. 243.
Algaroth. Vide Mercurius Vitæ. 463.
Anti-Phthiſicus, ſeu Halij dictus. 250.
Ari Compoſitus. 254.
Aromaticus. Roſatus. 243.
Bozoardicum ex Curvo. 255.
Cachecticus. 249.
Capitalis. 251.
Catholicus Solutivus. 243.
Cephalicus Michaelis. 247.
Contra Abortum. 258.
Cornachinus. 242.
De Gutteta. 245.
De Tribus. 242.
Diamargariti frigidi. 244.

Pulvis Diarrhodon. 252.
Diatragacanthi frigidi. 250.
è Chelis Cancrorum, ſeu Lapis de Contrayerva. 248
Epilepticus. 246.
Marchionis. 376.
Halij dictus. 250.
Hannoverianus. 247.
Hydragogus. 243.
Hyſtericus. 257.
Imperialis. 245.
Lætificans. 248.
Nephriticus. 256.
Papæ Benedicti. 253.
Pectoralis Michaelis. 254.
Pleuriticus, ſeu Anti-Pleuriticus. 256.
Pro Corde condiendo. 373.
Reſtrictivus. 251.
Stomachicus, ſive Ari Compoſitus. 254.
Trium Santalorum. 253.
Purificatio Salis Armoniaci. 123.
Cathartici 122.
Marini. *ibid.*
Nitri. 123.
Vitrioli. *ibid.*

Q

Quinquina. 45.

R

Radices magis Uſuales. 14.
Quando ſunt colligendæ. 4.
Radices aperientes Communes. . . . } 100.
Majores. } 100.
Minores. . . . . . } 100.

Radix Braſilienſis Dyſenterica. 58.
Ranarum Præparatio. 116.
Reververatio. 106.
Rectificatio. 111.
Reductio, ſeu Revivificatio. *ibid.*
Regulus Antimonij Jovialis. 454.
Martialis. 453.
Medicinalis. 454.
Simplex. 453.
Veneris. 454.
Reſinæ magis Uſuales. 17.
Quando ſunt colligendæ. 4.
Revivificatio. 111.
Rhabarbarum, ſeu Rheum. 76.
Rhaponticum. 77.
Rhodoſaccharum. 229.
Rob, vel Rohob. 191.
Cydoniorum. 192.
Diamorum Commune. *ibid.*
Granorum Ebulorum. . . . . . . } 192.
Rhamni Cathartici. } 192.
Sambuci. . . . . . . } 192.
Rob Juniperinum. 193.
Ebulinum. *ibid.*
Mororum Commune. 192.
Compoſitum. *ibid.*
Omphacinum. 193.
Sambucinum. 192.
Uvarum, ſeu Sapa. 191.

S

SAccharum Aluminis. 481.
Lactis. 480.
Aliud. *ibid.*
Roſatum Tabulatum. 281.
Saturni. 479.
Vermifugum, ſeu Saccharum Mercurij. 472.
Sagapenum. 77.

Sagapeni Depuratio. 122.
Sal Abſynthij. 475.
Ammoniaci, ſeu Armoniaci. 78.
Armoniaci Rectificati. 495.
Cardui Benedicti. } 476.
Centaurij minoris. } 476.
Gentianæ. } 476.
Tamariſci. } 476.
Catharticum amarum, *vulgò de Vacia-Madrid.* 78.
Coralli Rubri. 492.
Cryſtalli Montanæ. *ibid.*
Cryſtalli Mineralis. 477.
De Duobus, ſeu Arcanum duplicatum. 485.
Eſſentiale Abſynthij. 476.
Artemiſiæ. *ibid.*
Febrifugum Sylvij, ſeu Digeſtivum. 486.
Lactis, ſive Saccharum. 480.
Jovis, ſeu Stanni. 481.
Margaritarum. Vide Magiſterium Matris Perlarum. 492.
Mercuriale Philoſophorum. 78.
Mirabile. 486.
Nitri Mirabile. 485.
Oculorum Cancrorum. Vide Magiſterium Matris Perlarum. 492.
Polychreſtum, ſeu Tartarus Solubilis, *vulgò de Seignette.* 488.
Stibiatum. 490.
Prunellæ, ſeu Cryſtallus Mineralis. 477.
Saturni. 479.
Sedativum. 495.
Solare. 78.
Stanni. 481.
Sulphuris. 477.
Tartari. 483.
Vegetabile. 487.
Veneris. 482.
Vitrioli. 478.
Volatile Armoniacum. 494.
Aromaticum. 495.
Cornu Cervi. 415.
Serici. 414.
Succini. 421.
Urinæ. 420.
Sandalum. 80.

Sanguinis Hirci Præparatio. 115.
Sanguis Draconis. 79.
Santalum Album. } 80.
Citrinum. } 80.
Rubrum. } 80.
Sapo Tartareus, ſive Corrector Starckey. 489.
Saphyrus Lapis. 80.
Sarcocollæ Nutritio. 121.
Sardius Lapis. 49.
Sarſaparrilla. 81.
Saſſafras. *ibid.*
Saturnus, ſeu Plumbum. 75.
Scammonium. 81.
Correctum. 120.
Cydoniatum. *ibid.*
Glycyrrhiſatum. 121.
Sulphuratum. *ibid.*
Schœnanthum, ſeu Juncus. Odoratus. 82.
Scyllæ Præparatio, ſive Coctio. 123.
Exſiccatio. 124.
Scincus Marinus. 82.
Scutum Anti-Hyſtericum. 178.
Ad Ventris Regionem. 177.
Stomachicum. *ibid.*
Semicucupha. 176.
Semen Cinæ. } 83.
Contra Vermes. } 83.
Sanctum. } 83.
Santonici. } 83.
Zedoariæ. } 83.
Dauci Cretici. 51.
Semina Calida Majora. } 100.
Minora. } 100.
Frigida Majora. } 100.
Minora. } 100.
Senna Occidentalis Italica, ſeu Barcinonenſis. 83.
Orientalis, ſeu Alexandrina. 84.
Serapinum Gummi. 77.
Seri Lactis parandi modus. 124.
Clarificatio. 125.
Serpentaria Virginiana 85.

Seſeli Maſsilienſe. 85.
Sinapiſmus. 187.
Ad plantas pedum. 188.
Smaragdus. 85.
Sparadrappus ad Conditum Corpus involvendum. 375.
Albus. 182.
Pallidus. *ibid.*.
Pro Pectore. 183.
Ruber. *ibid.*
Specificum Roſetti ad preſervandam Epilepſiam. 500.
Sperma Ceti. 86.
Spiritus Aceti. 430.
Aromaticus Oleoſus. 419.
Bufonum. 416.
Capillorum. *ibid.*
Carminativus. 412.
Ceraſorum Nigrorum. 411.
Ceræ. 424.
Cornu Cervi. 415.
Cranij Humani. 416.
Eboris. *ibid.*
Fuliginis. 420.
Formicarum. 416.
Gagates. 422.
Gummi Ammoniaci. *ibid.*
Ligni Buxi. } 423.
Guajaci. } 423.
Juniperi. } 423.
Inſectorum. 416.
Lumbricorum. *ibid.*
Maſtiches. 422.
Millepedum. 416.
Nitri acidus. 428.
Dulcis. *ibid.*
Oſsium. 416.
Salis. 427.
Dulcis. *ibid.*
Armoniaci. 417.
Aniſatus. 418.
Succinatus. 419.
Urinoſus. 418.
Sanguinis Hirci. 420.

Spiritus Sanguinis Humani. 420.
Serici. 414.
Spongiæ. 416.
Succini. 421.
Sulphuris. 429.
Tacamahacæ. 422.
Tartari. *ibid.*
Terebinthinæ. 414.
Acidus. *ibid.*
Vini. 410.
Camphoratus. 411.
Ad lotiones Corporis. 375.
Rectificatus. 411.
Tartariſatus. *ibid.*
Viperarum. 416.
Vitrioli. 425.
Dulcis. *ibid.*
Vitrioli Anti-Epilepticus Roſetti. 500.
Spodium. Vide Ebur uſtum. 114.
Stercoris Anſeris Præparatio. 115.
Sulphur Vitrioli Philoſophicum Roſetti. 500.
Styrax, ſeu Storax. 86.
Styrax Calamita. *ibid.*
Liquida. 87.
Syrupus Abſynthij Simplex. 225.
Acetoſus Simplex. 219.
Althææ. 232.
Anodynus Succinatus. 234.
Anti-Rheumaticus. 236.
Aureus Solutivus. 237
Balſami, ſeu Balſamicus. 228.
Borraginis. 224.
Capillorum Veneris. 223.
Carthami, ſeu Comitis. 239.
Caryophyllorum. 228.
Cichorij Simplex. 223.
Compoſitus. 236.
Cum duplicato Rhabarbaro. 238.
Cinnamomi. 228.
Cochleariæ. 224.
Comitis, ſeu Carthami. 239.
Coralliorum. 234.

Syrupus Corticum Aurantiorum. 227.
Citri Amarus. *ibid.*.
Eſſentialis. 228.
De Artemiſia.
De Hyſſopo.
De Meliſſa.
De Mentha ſimplex. } 224.
De Eryſimo Lobelij. 225.
De Mucaginibus. 231.
De Quinque Radicibus. 230.
De Rhamno Cathartico, ſeu Spina Cervina. 238.
De Scordio. 224.
De Stœchade. *ibid.*
De Symphyto. 223.
Ex Acido Limonum.
Ex Succo Acetoſæ.
Agreſtæ. } 219.
Aurantiorum.
Berberum.
Ceraſorum.
Cydoniorum. } 220.
Granatorum acidorum. 219.
Groſſulariæ 220.
Limonum. 219.
Pomorum Redolentium. 222.
Florum Aurantiorum. 228.
Nimphææ. 221.
Tunicæ *ibid.*
Fumariæ. 224.
Hederæ terreſtris. 222.
Infuſionum Florum Perſicorum.
Roſarum Rubrarum.
Violarum. } 238.
Jujubarum. 231.
Kermes. 229.
Kinæ Kinæ. 227.
Laccæ. 233.
Liquiritiæ. *ibid.*
Meconij. 226.
Pœoniæ. 230.
Papaveris Albi. Vide Meconij. 226.
Rhœados. 221.

Syrupus Portulacæ. 224.
Rhodoſacchari. 229.
Roſarum Rubrarum. *ibid.*
Siccarum. 226.
Sarſæparrillæ, *vulgò de los Remedios.* 235.
Solutivus. 232.
Scelotyrbicus. 218.
Scorzoneræ. 223.
Tuſsilaginis. *ibid.*
Violarum Cœruleus. 222.
Simplex Uſualis. 221.
Violaceus. 222.
Urticæ. 224.
Sublimatio. 111.
Sublimatus Corroſivus. 468.
Alio modo parandus. *ibid.*
Succi extrahuntur per Digeſtionem. . . . } 125.
Per Expreſsionem. } 125.
Per Inciſsionem. . . . } 125.
Succus inſpiſſatus Abſynthij. 193.
Baccarum Myrthi. 194.
Cardui Benedicti. *ibid.*
Cydoniorum. 192.
Eupatorij. . . . . } 194.
Granorum Ebulorum. } 194.
Sambuci. } 194.
Meliſſæ. } 194.
Menthæ. } 194.
Omphacij. . . . . } 194.
Prunorum Sylveſtrium, ſeu Succus Acaciæ noſtratis. 193.
Succus liquidus. } 126.
Florum Papaveris Rhœados. } 126.
Roſarum Alexandrinarum. } 126.
Rubrarum. } 126.
Violarum. } 126.
Foliorum Abſynthij. } 126.
Agrimoniæ. } 126.
Fumariæ. } 126.
Plantaginis. . . . . } 126.
Fructuum Agreſtæ. 127.
Aurantiorum. *ibid.*

Succus liquidus Fructuum Ceraſorum. 127.
Citrorum. *ibid.*
Cucurbitæ. 126.
Cydoniorum. *ibid.*
Granatorum. } 127.
Fragorum. } 127.
Limonum. } 127.
Mororum. } 127.
Melonum. } 126.
Pomorum. } 126.
Radicum Bryoniæ. } 126.
Cucumeris. 127.
Iridis. *ibid.*
Suffimentum, ſeu Suffitus. 173.
Anti-hyſtericum. 174.
Siccum Capitale. 173.
Sulphur Auratum Antimonij. 459.
Inflammabile. 460.
Suppoſitorium Commune. 165.
Irritans. *ibid.*

T

Tabellæ de Althæa. } 281.
Florum Roſarum. } 281.
Violarum è Succo. } 281.
Mannæ, ſeu Manna tabulata. } 282.
Tabellæ Manus Chriſti. } 282.
Mechoacannæ. } 282.
Perlatæ. } 282.
Tacamahaca. 87.
Tamarindi. *ibid.*
Tartarus Chalybiatus. 490.
Solubilis. } 491.
Emiticus. } 491.
Solubilis. } 491.
Laxativus. 487.
Martialis 490.
Solubilis, ſeu Sal Vegetabile. 487.

Tartarus Solubilis vulgò de *Seignette*. 488.
Vitriolatus. 484.
Tela Emplaſtrica. 183.
Pro Pectore. *ibid.*
Terra foliata Tartari. 488.
Japonica. 43.
Lemnia. 89.
Merita Officinarum. 50.
Sigillata. 89.
Vitrioli dulcis. 113.
Terebinthina Communis. 89.
Cypria. De Chio. Veneta. 88.
Præparatio. Vide Terebinthinæ lotio. 124.
Theriaca Cœleſtis. 271.
Diateſſaron. 270.
Germanorum. 195.
Magna Collegij Regalis Pharmacopolarum Matritenſis. 263.
Smaragdorum. 262.
Thus, ſeu Olibanum. 89.
Tinkar, ſeu Auricolla. 36.
Tinctura Abrotani. 438.
Abſynthij. 437.
Aloes. 434.
Ambræ Gryſeæ. 446.
Anti-Hyſterica. 437.
Antimonij. 451.
Artemiſiæ. 438.
Auri. 450.
Baccarum Juniperi. 438.
Balſami Albi. 434.
Benzoes. *ibid.*
Bezoardica. 435.
Cardui Benedicti. 438.
Caryophyllorum. Caſtorei. Cinnamomi. Coccinellæ. Contrayervæ. 434.
Coralliorum. 447.

Tinctura Corticum Aurantiorum. Citrei. Limonum. 435
Cranij Humani Succinata. 434.
Croci. *ibid.*
Elaſtica. 448.
Hyperici. 438.
Kermes. 434.
Kinæ Kinæ. *ibid.*
Laccæ Aquoſa. 445.
Spirituoſa. 446.
Lapis Hæmatites Adſtringens. 450.
Lavendulæ 438.
Ligni Aloes. 434.
Macis. *ibid.*
Martis. 448.
Mineræ Martis Nativæ Van-Zelſt. 449.
Aperitiva Tartariſata. 448.
Volatilis. 450.
Myrrhæ. 434.
Odontalgica. 441.
Ophthalmica. 160.
Polychreſta. 446.
Rhabarbari, ſeu Anima. 447.
Roſarum. 440.
Rutæ. 438.
Salis Tartari. 452.
Scordij. 438.
Stomachica. 445.
Succini. 433.
Sulphuris. 452.
Vitæ. 436.
Uterina. 437.
Topazius 90.
Torrefactio. 111.
Trichites. 24.
Tragacanthum. 90.
Trituratio. 111.
Trochiſci Albi Rhaſis cum & ſine Opio. 297.
Alhandal. 294.
Alkekengi. 298.
Anthelminthici. 300.

Trochiſci Cypheos. 199.
De Agarico. 294.
De Karabe. 295.
De Myrrha. 297.
De Terra Sigillata. 296.
Eſcharotici. 302.
Hedycroi. 299.
Ramich. 301.
Scyllitici. 295.
Viperini. 298.
Turpethum. Vide Turbith. 90.
Minerale. 466.
Tuthia, ſeu Spodium Græcorum. 91.
Tuthiæ Præparatio. 120.

V

Vaporatio, ſeu Evaporatio. 109.
Veſicatorium, ſeu Epiſpaſticum. 188.
Ad plantas pedum. *ibid.*
Vinum Abſynthij mediante fermentatione factum. 132.
Extemporaneum, quovis tempore parabile. *ibid.*
Emeticum. *ibid.*
Enulæ Campanæ. . . . 133.
Euphraſiæ. 133.
Kinæ Kinæ. 133.
Rorismarini. 133.
Salviæ. 133.
Stipticum. . . . . 133.
Viperarum Præparatio. 116.
Viperæ Conſummatum.. Vide Juſculum. 143.
Viperina Virginiana. 85.
Viride Æternum, ſeu Sal Veneris. 504.
Vitriolum Album. . . . . 92.
Cœruleum. 92.
Cypreum. 92.
Viride. . . . . 92.
Vitrum Antimonij. 455.
Uuguenta Calida. 101.

Unguenta Frigida. 101.
Unguentum Ægyptiacum. 337.
Agrippæ, ſeu Diabryonias. *ibid.*
Alabaſtrinum. 334.
Album Camphoratum. 330.
Sarracenum. 332.
Simplex. 329.
Althææ Compoſitum. 339.
Simplex. *ibid.*
Ad Herpes. 344.
Ad Mammarum duritiem. 346.
Ad Fiſſuras. 345.
Anti-Herpeticum ſeu Spermatis. *ibid.*
Apoſtolorum, ſive Dodecapharmacum. 349.
Aregon. 336.
Arthanitæ. 338.
Baſilicum Nigrum. 335.
Pallidum. Vide Tetrapharmacum. 334.
Cinnabarinum. 331.
Comitiſſæ. 341.
Cordiale. 342.
Corticum Caſtanearum. Vide Unguentum Comitiſſæ. 341.
Cucurbitæ. 340.
De Linaria. 328.
Deoppilativum. 342.
Diabryonias. Vide Ungnentum Agrippæ. 337.
Digeſtivum. 333.
Aliud. 334.
Diapalmæ, ſeu Diachalciteos. 346.
Camphoratum. 347.
Epiſpaſticum. 188.
Filij Zachariæ. 343.
Gummi Elemi. 333.
Hæmorrhoidale. 346.
Extemporaneum. *ibid.*
Lithargyrij, ſeu Nutritum. 330.
Magiſtrale, ſeu de Minio. 332.
Martiaton. 335.
Mercurij. 333.
Nervinum. 343.
Nutritum. 330.
Ophthalmicum. 329.

Unguentum Ophthalmicum Aliud. 329.
Plumbi. 331.
Pomorum. 328.
Populeon. 326.
Refrigerans. 328.
Roſatum.
Santalinum. } 327.
Rutæ.
Tetrapharmacum ſive Baſilicum. 334.
Tuthiæ. 331.
Veſicatorium. 188.
Unicornu Foſsile. 93.
Marinum. 92.
Minerale. 93.
Verum. 92.
Uſtio Æris. 117.
Aluminis. 112.
Cornu Cervi. 113.
Plumbi. 117.

X

XYloaloes. Vide Lignum Aloes. 22.
Xylobalſamum. Vide Opobalſamum. 31.
Xylocaſsia. Vide Caſsia Lignea. 41.

Z

ZArzaparrilla. 81.
Zebadilla. 44.
Zedoaria. 93.
Zibetha.
Zibethum. } 94.
Zipetium.

INDEX SPECIALIS EORUM, quæ hac ſecunda Editione continentur.

ANiſum Indicum, Stellatum Badian dictum. 28.
Calaguala. 37.
Canchilagua. ibid.
Cebadilla. 44.
Senna Italica, ſeu Barcinonenſis. 83.
Amalgama, ſeu Paſta Jovis. 473.
Mercurij cum Plumbo. *ibid.*
Aqua Cordialis temperara. 407.
Epileptica Langij. 402.
Balſamum tranquillans. 324.
Butyrum Anti-herpeticum, ſeu Spermatis dictum. 345.
Rutæ. 327.
Bezoardicum Completum ſolutivum Curvi. 142.
Incompletum. Curvi. *ibid.*
Joviale Cartheuſeri. 463.
Conſerva Diacornum. 207.
Decoctum amarum ex Bateana. 141.
Alterans. *ibid.*
Elixir Balſamicum ſtomachicum Temperatum Hoffmanni. 440.
Spirituoſum Hoffmanni. 439.
Emplaſtrum Puncturale. 350.
Galbanetum. 323.
Hiera picra ſimplex Galeni. 277.
Juſculum Pulli Gallinacei Valentinum vulgo dictum. 143.
Lapis Martialis in globulis. 499.
Medicamentoſus Crollij. 498.
Lilium Paracelſi. 502.
Liquor Anodynus mineralis. 426.

Liquor Cornu Cervi ſuccinatus. 417.
Lohoch album pectorale. 211.
Ex Ovo. 112.
Magiſterium Coralliorum Roſatum. 503.
Sulphuris *ibid.*
Miſtura ad Vomitum Sanguinis Silvij. 155.
Oleum Anthelminthicum. 317.
Sanctum. 318.
Pilulæ Anti-acidæ Curvianæ. 293.
Beccherianæ. 286.
Familiares. 287.
Mathæi, alias Starkij. 289.
Pulvis Abſorbens Wedelij. 254.
Ad Hydrophobiam. 257.
Bezoardicus Curvi. 255.
Cephalicus Michaelis. 247.
Pectoralis ejuſdem. 254.
Epilepticus Marchionis. 376.
Hannoverianus. 247.
Hydragogus. 243.
Hyſtericus. 257.
Nephriticus. 256.
Saccharum Lactis. 480.
Sal Lactis. *ibid.*
Virtutis. 502.
Sapo liquidus pectoralis. 212.
Tartarus Starckey. 489.
Specificum Roſetti 500.
Sinapiſmus ad plantas pedum. 188.
Syrupus de Eryſimo Lobelij. 225.
Scelotyrbicus. 218.
Tinctura Elaſtica. 448.
Mineræ Martis nativæ Van Zelſt. 449.
Trochiſci Anthelminthici. 300.
Ramich. 301.
Viride Æternum. 504.
Unguentum Hæmorrhoidale extemporaneum. 346.
Alabaſtrinum. 334.
Cinnabarinum. 331.
Digeſtivum. 333.
Aliud. 334.
De Linaria. 328.

ORDO PHARMACOPOEORUM COLLEGII REGII MATRITENSIS.

ANNO M. DCC. LXII.

BArtholomæus Fernandez Ortiz, *Matris Reginæ Pharmacopœus Primarius, Academiarum Medicarum Matritenſis, & Hiſpalenſis Socius, Regii Protomedicatus Examinator, Collegii Regii Pharmacopœorum Matritenſium Præfectus.*

Joſephus Burruezo, *Legatus Primus.*

Antonius Moreno Bote, *Legatus Secundus.*

Joſephus Hieronymus Ruiz, *à Secretis.*

Ludovicus Melendez, *à Rationibus.*

Joſephus Zavaleta, *ab Ærario, Decanus, olim Præfectus, ac Regii Protomedicatus Examinator.*

Joannes Felix Jamarguin, *alter à Secretis.*

Franciſcus de la Fuente, *Fiſci Procurator, & olim Legatus.*

Martinus Urruzola, *olim Legatus.*

Andreas Pardo.

Andreas Cavallero, *olim Legatus, & Quæſtor.*

Franciſcus Lerma, *olim Præfectus.*

Joſephus Hontanillas, *olim Legatus.*

Michael Saez, *olim Legatus.*

Joſephus Cubas, *olim Legatus.*

Clemens Ceydin, *olim Præfectus, nec non Regii Protomedicatus Examinator.*

Antonius Mathet, *olim Legatus, & Regii Protomedicatus Examinator.*
Martinus de Arevalo, *olim Legatus.*
Nicolaus Regidor.
Philippus Utrilla.
Petrus Sebastianus Malo, *olim Legatus.*
Gregorius del Arco, *olim Legatus.*
Matthias Avancens, *olim Legatus.*
Joannes Herrera, *olim Legatus.*
Franciscus Aldea, *à Rationibus, & Regii Protomedicatus Examinator.*
Franciscus Viruega, *olim Legatus, & Societatis Regiæ Hiſpalenſis Socius.*
Georgius Medina.
Bernardus Alverich.
Carolus Salinas.
Josephus Barranco.
Joannes Cuellar.
Georgius Isabal.
Josephus Diaz.
Brunus Sanchez.
Ignatius Fernandez.
Raimundus Castillo.
Franciscus Perez.

HONORARII.

Cyprianus Donado.
Franciscus de Medina.
Bernardus Diaz Gala.
Antonius de la Puerta.
Augustinus de Santiago.
Joannes Antonius del Mazo Solano.
Antonius Sanchez Chaves.

Carolus Lombardo.
Franciscus Atilano Rodriguez.
Antonius Carrera Mendoza.
Ludovicus Martinez Soural.
Joannes Minuart.
Ignatius Franciscus Amellert.
Joannes Diaz.
Michael Corbacho.
Didacus Perez Brabo.
Josephus Olivares.
Rochus Crespo.

ERRATA ITA CORRIGE.

Pagina.	Linea.	Errata.	Corrige.
3.	11.	infuſum.	applicatum.
4.	3.	quo ad.	quoad.
ibid.	19.	Callido	Calido.
5.	16.	indutum.	inductum.
6.	15.	Chalta.	Caltha.
ibid.	21.	Ceterach.	Caterach.
12.	3.	Ubarum.	Vvarum.
ibid.	5.	Vicentoxici.	Vincentoxici.
15.	23.	Vicentoxici.	Vincentoxici.
19.	5.	Jchthiocolla.	Jcthiocolla.
23.	18.	Tridentini.	Tridenti.
24.	17.	Aragonii.	Aragoniæ.
25.	27.	referat.	reſerat.
27.	20.	utitur.	in uſu eſt.
28.	26.	exiſtimant.	quidam exiſtimant.
33.	4.	Vaſibus.	Vaſis.
34.	34.	Subaivido.	Subalbido.
36.	4.	Chyſocolla.	Chryſocolla.
44.	22.	Collatur.	Collocatur.
45.	5.	æquantes.	æquantia.
ibid.	26.	prorſunt.	proſunt.
46.	14.	flabo ſuſco.	Flavo-ſuſco.
49.	12.	dulzorandi.	dulcorandi.
50.	20.	abſorventem.	abſorbentem.
52.	4.	proriunt.	proſunt.
54.	5.	fructice.	frutice.
56.	16.	Achanticum.	Achantinum.
60.	28.	ſit.	fiat.
61.	19.	edulzorans.	edulcorans.
64.	13.	Vulgo.	Vulgus.
ibid.	15.	Maurorum.	à Mauris.
65.	2.	edulzorant.	edulcorant.
66.	4.	Cortibus.	Corticibus.
68.	4.	naturæ.	non legitur.
ibid.	23.	marſupis.	marſupijs.
70.	8.	obſecure.	obſcure.
71.	9.	cæſis.	Cæſijs.
74.	23.	ea inſtante.	ea, inſtante.
75.	15.	fructicis.	fruticis.
84.	16.	cujus.	eſt tertium Principium.
87.	9.	proeſtat.	proſtat.
ibid.	23.	in aliis.	aliis.
90.	29.	Cartarrhos.	Catarrhos.
92.	12.	Cyp.o.	non legitur.
ibid.	13.	fortis.	forte.
94.	23.	obolevit.	abſolevit.
107.	7.	impulverem.	in Pulverem.
ibid.	17.	liquidoris.	liquidioris.
108.	3.	muriaticarum.	muriaticorum.
109.	9.	ad impura.	ab impura.
117.	15.	bractecæ.	bracteas.
123.	4.	inſpergatur.	inſpergantur.
137.	7.	Madicis.	Medicis.
157.	30.	Vvinterani.	Vvinteri.
162.	10.	Clyſter Carminativum.	Clyſter Carminativus.
165.	14.	injuncta.	inuncta.

Pag.	*Linea.*	*Errata.*	*Corrige.*
170.	25.	levitetque.	*leviterque.*
175.	5.	Vvinterani.	*Vvinteri.*
184.	2.	extrahatur.	*extrahantur.*
189.	3.	uncias duas.	*unciæ duæ.*
ibid.	5.	unciam unam.	*uncia una.*
ibid.	7.	uncias tres.	*unciæ tres.*
ibid.	8.	unciam unam.	*uncia una.*
202.	10.	faciliüs.	*facilius.*
206.	2.	libras duas.	*libræ duæ.*
ibid.	31.	hæc.	*hæ.*
232.	8.	quos.	*quas.*
235.	18.	inciſarum.	*inciſæ.*
238.	23.	vomitivum.	*vomitivus.*
ibid.	24.	vomitum.	*vomitus.*
258.	2.	Lactis.	*lac.*
ibid.	3.	obeundam.	*obtundendam.*
261.	1.	Pars tertia.	*Pars quarta.*
266.	15.	ongi.	*longi.*
268.	8.	Poli.	*Polij.*
274.	8.	uncias duas.	*unciæ duæ.*
ibid.	11.	uncias quatuor.	*unciæ quatuor.*
ibid.	31.	uncias octo.	*unciæ octo.*
275.	1.	uncias quatuor.	*unciæ quatuor.*
ibid.	2.	uncias duas.	*unciæ duæ.*
279.	10.	unciam unam.	*uncia una.*
ibid.	13.	drachmas ſex.	*drachmæ ſex.*
ibid.	14.	uncias tres.	*unciæ tres.*
ibid.	15.	ſemiunciam.	*ſemiuncia.*
280.	26.	exaqua.	*ex qua.*
327.	8.	mareſcere.	*marceſcere.*
331.	4.	partes æquales.	*drachmas duas.*
349.	8.	præſtantiſsimas.	*præſtantiores.*
377.	17.	Similium.	*Similes.*
379.	28.	inciſæ.	*inciſas.*
380.	7.	Cochleariæ.	*Cochleariæ lati folij.*
397.	4.	Vertigini.	*vertigine.*
412.	2.	ſpiret.	*ſpirent.*
414.	31.	vaſa refrigerata.	*Vaſis refrigeratis.*
424.	6.	obturata.	*obdurata.*
448.	6.	Coierit.	*Coierint.*
456.	18.	inſercionibus.	*infectionibus.*
458.	22.	partis.	*pars.*
459.	3.	vaſe.	*vas.*
462.	1.	joviale.	*joviali.*
467.	11.	ſuperſtiti.	*ſuperſtite.*
475.	18.	exiſtimantur.	*æſtimantur plurimi.*
ibid.	23.	Ackali.	*Alkali.*
ibid.	24.	Livixioſum.	*Lixivioſum.*
490.	3.	perficetur.	*perficietur.*

His Erratis ita correctis, omnia reſpondent exemplari. Matriti die ſexta Julii anno Domini milleſimo ſeptingenteſimo ſexageſimo ſecundo.

Doct. D. Emmanuel Gonzalez Ollero,
à C. M. Generalis Corrector.

℞. aq. napht. ℥vj melis. c. ʒij.
liq. anodin. laud. liq. @ ʒij —
sirup. citr. ℥j. m.
usos. Antiespasmodico p.ª el is-
terico.
℞. alum. crud. subtil. pulv.
ʒij. precipitat. rubr. ℥j. m.
usos: para consumir las fun-
gosidades, y callosidades.